

Mastro de Serrua del coll.
de la Comp. eccl. de Granada. R. 9142



Maestro de la Cerda del Llo.
y la comp. de los de Granada. R. 912.9



*Mat. & C. de Granada
Ecclesie Comp. d'Ordo.
Granada.*



IOANNI BAPTISTÆ,
VINCENTIO, IOSEPHO,
FABIO SQVARCIAFICIS

Nobilissimis, Doctissimis, Humanissimis,
Concordissimis Fratribus

JOANNES LVDOVICVS DE LA CERDA

S. D.



VLLOS vnquam æquiùs quàm Vo s, viri principes,
optare patronos potui, vt quos exornat Nobilitatis
gloria, Doctrinæ claritas, Humanitatis ius, virtus
Concordiæ. Has lineas non transfiliam. Nobilitatem
vestram annales Genuenses loquuntur, Doctrinam
docti, Humanitatem miseri, Concordiam vniuersi.

Hanc dum agito quadrigam, spectent illi, qui falso
Nobilitatis fuco gloriantur, qui inani Doctrina insolescunt, qui Hu-
manitatis iura abiiciunt, qui parùm in suos Pij sunt.

NOBILITAS vestra non ea est, quæ à vobis inceperit, à vestris pa-
rentibus, auis, atauis: superat longissimè hæc nomina, n. vestros
atauos felicia iam tum cunabula exceperunt; partusque illorum claris-
fimi fuerunt: quantumque mens humana respectare cogitando po-
rest, tantum antiquitatis Nobilitas vestra sibi ab omni æuo vendicat.
Nulla in hac re fides maior, quàm carere certi temporis fide. Claudit
in se antiquitas occultatque primum originis huius principium, &
quo occultius, eo augustius. Id adeò certum, vt iam ab anno septua-
gesimo decimo sexto Varonem Magnum Germaniæ, quem fasti vestri
primum numerant, nobilissimum ex historiis fuisse constet. Secuti
post illum viri omni æuo nobilitate præstantes, siue pacis, aut belli
munia specentur, siue equestrium ordinum & marchionatum tituli.
Fuisset res ista clarior nisi Genuensia archiuia anno centesimo supra
millesimum misero incendio corrupta periissent: quam calamitatem
non florentissima modò Squarciaforum familia, sed reliqua Genu-

entes

enses lugent, ut in qua maxima antiquitatis decora, & maiorum monumenta perierint. At cum de nouo fieri fasti nobilissimae Reipub. cœperunt, statim anno post cladem illam septuagesimo septimo inueniuntur Squarciafici ad publica officia recepti, ad quæ non nisi nobiles; illisque insignis est platea, quæ in eo populo ex more gentis maximum est nobilitatis indicium. Sed ad tantæ familiae gloriæ vos appello illustrissimas animas Nicolai, Iacobi, Ambrosij, quæ diuerso ævo floruitis, sed vnius Squarciaficorum nomine clarissimæ. Certè humus illa, quæ vestra corpora, non gloriæ obruit: adhuc loquuntur cineres victorias partas; & sepulcra maiestatis plena, quales ipsæ fueritis, indicant. N I C O L A V S. in Pisano bello præclarè floruit, egregiamque operam contulit in foederibus illis, de quibus illustrissima mentio in annalibus Genuensium. I A C O B V S præfecturæ biremium quatuordecim præpositus, quas Respublica illi, maritimi Imperatoris ac generalis Principis titulo, administrandas commisit; vix dici potest quæ felicitate maria illa à piratis purgauerit, & Menarolam eiisque castellum Genuensium Imperio subiecerit. A M B R O S I V S verò dominus fuit insulæ Pantalereæ: & quantum est posse in vestra familia numerari principes viros insularum dominos? Iam si ad illustrissimas familiæ conuertar, cum quibus clarissima hæc domus connubia contraxit, nulla penè est earum, quæ cum hac vna nuptias iniuisse non maximopere glorietur. Atque ita ex nobilissimis familiis vxores illustrissimas duxistis clarissimi Squarciafici, & tales Heroinas, qualè omnes tuam, ô V I N C E N T I, in Curia Philippi Regis M A R I A M F I E S C V M vidi mus pulchritudine corporis, modestia vultus, sermonis suauitate, sed maioribus adhuc animi dotibus spectandam: vt in qua ingenij acumen singulare erga reconditas disciplinas, & politiorem doctrinam, præsertim Musas, ita vt auxisse illarum numerum crederetur; tanta in pangendo carmine venustas inerat. Sed cesso, ne tuas, & totius populi lacrymas renouem, qui ingenti luctu vidit illustrissimam feminam annos agentem nondum vnum supra viginti ad sepulturam duci, parvumque filium vix triennem eodem fato abreptum, & tres sorores virgines. Hæc vastitas quem non pupugit? Moerent adhuc mortales vni familie tot acerba funera contigisse; & meas nunc, cum totobius immaturos scribo, lacrymas iam hæc pagina perbibit. Sed recreo calamum obtusum hebetatumque hoc luctu: resumet ille noua acumina scripturus de altera nobilitatis vestræ stirpe, nam haec tenus paternam tantum memorauit: & quanta est etiam materna Iustinianorum? Hi quoq; ad honores omnes admissi, ad quos non nisi nobilissimi Genuenses, eadem decora cum Squarciaficiis, idem splendor generis, maiestas eadem, claritudo eadem: autæ insuper multis Cardinalij galeri, & Episcopaliū infilarum dignitatibus. Quid si memorem ornamenti militiae I O A N N E M, & I A C O B V M Iustinianos? Quoru prior dux maximus Imperatoris Constantini vltimi Principis Byzantinorū Con-

stanti

stantinopolim mense octo supra decem ab impetu Barbarorum defendit, ac tunc illa concidit cum ille concidit: posterior in bello Genuensium contra Alphonsum Regem Aragonum & Neapolitanum non solum egregiam operam nauauit, sed in eo uno alterius partis fortuna posita existimata est, adeò vt vietus Rex Iacobo ditionem se facturum, nemini præterea condixerit, & ita factum; tanta erat auctoritas viri.

Iam verò si non solum illi de vrbibus bene merentur qui nobilitate & rebus gestis sempiternam sui memoriam postea reliquerint, sed etiam qui præclaras artes honore prosequuntur, quid de vobis existimandum est viri D O C T I S S I M I, qui eas etiam exercetis? Vos certè literarum studia coluistis, & nunc colitis. In vestris ædibus Philosophia perstrepit, interque rationales pecuniariæ rei libros Aristoteles cernitur, & quæstiones physicæ passim agitantur: iam Astrologia est locus, inque ipsis pluteis cernuntur coelestis & terrestris machinæ globi magnitudine visendi mira, & formis grandibus decorati; tum etiam insignes sphæræ, & terrarum orbis cartæ: nec carent Musæ honore suo, quando pangendi carminis gloria excellitis: nec ratio ptiudentiæ, quæ discitur à politicis scriptoribus Tacito, Liuio, Sallustio. Quis putaret Genuenses viros tanto literarum ardore incendi, vt librorum cupidi magnam diei partem in illis euoluendis insument: interque alios tum præcipue Doctores magnos Ecclesiæ, Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, alios? O vos maximi Squarciafici, ex quoru ædibus tanquam ex emporio exportatur loco mercium naturalis quæstio aliqua definita, cœli ambitus exsertus, Musarum cantilena, prudenter ratio, & honesta virtus. Existimantur videlicet, idque merito, magnæ esse merces Iustitia, Vrania, Calliope, Minerua, Themis.

HUMANITATEM tertio loco proposui, quam in vobis admiror. Quale enim est viros nobilitate, & opibus præstantes ea esse virtute præditos, quæ faciles omnibus ingressus præbeat, & respuat neminem? quæ nihil sibi arroget & subleuet aliorum inopiam? quæ non ab honesta grauitate deficiens comitatem cunctis & ciuitatem exhibeat? Nomen vestrum tantam hanc virtutem præfert, æquatisque illud quod conuenit Squarciatis diuisi erga omnes humanitatem. Hanc virtutem aliarum cumulus sequatur neceſſe est. Si enim Homero licuit, vt interpretatur magnus ille Euphrada, Humanitati adiungere fidem, iustitiam, integritatem, pudorem, virtutesque alias quæ ab humana charitate proueniunt; cur non easdem vobis adscribam præstantissimi viri? Etenim qui φιλάνθρωπος est, ait ille, inest proinde in eo φιλότης & δολερæ, & ἐπίθετος, nam qui subdolus est & insidiosus, longissime abest ab amore illo, cui erga vniuersos homines vna præest Humanitas. Itaque ædes vestras clementia, benignitas, mansuetudo possident Humanitatis comites, illasque tanquam firmissimi satellites

Cerda in Aeneid. tom. 2.

¶ 3 muniunt,

muniunt, ad quas malignitas nulla succedit, nulla propinquat calamina, criminatio omnis arcetur.

Restat virtus illa omni æuo vt magna, ita etiam rara, quam in vobis stupeo, fraterna scilicet CONCORDIA, qua vna virtus necesse est accedat ingenti aliarum numero comitata, vt quæ sola esse nequeat, sed multis habeat comites administrasque virtutes. Nescio qua mortalium calamitate factum, vt fratres fratribus aduersentur; nisi lues ista à prima conditi orbis origine iam tum eruperit, cum princeps frater vita fratrem priuauit, quod venenum in reliquos fusum est fratres, & inde in primos quoque Romani Imperij conditores propagatum. An vos alia natura estis Genuenses vii, quam reliqui mortaliū non certe, sed alia virtute. Tantum abest, vt inuidia aut odio rapiamini, vt potius mutuo & ardentissimo plusquam credi potest amore innexi, charitatis ignem exspiretis. Vnus vos exercet ludus, vna lætitia dissoluit, seueritas vna coercet, disciplina vna conformat. Ut naturæ necessitas germen cogit eius à qua pullulavit radicis persimile esse, ita vos virtus simillimos facit, nec inuita tamen, sed blando quodam charitatis imperio. Quale, Deus Maxime, spectaculum æuo isto mortales cernimus, fratres scilicet concordissimos, æqualiter non dicō sentientes, sed etiam exspirantes: domum officinam amoris, penum bencuolentia, emporium charitatis! penates in quibus habitant tres Gratiae vno nexu, vno nodo, vno vinculo! Si contentio aliquando, semper ea sancta, quia manente charitate, & ea tandem in id recidit, vt neuter à neutro superetur: quin contentio illa semper ad incrementum siue literarum, siue virtutum ex proba æmulatione: nam hanc qui neget, virtutem neget. Peperit olim Venus Amorem (recurso ad fabulam mysterij plenam) cetera quidem formosum, & tanta dignum parente, cui tamen hoc deerat, vt corpus nunquam cresceret, sed ea semper statura esset, qualis cum editus erat. Mōret mater & Gratiae nutrices, adeūntque Themidem interrogantes, quanam ratione puer deberet in molem corporis excrescere. Tum matri Themis, Tuus puer, ô Venus, nasci solus potest, crescere solus non potest. Anterote tibi opus est, si Erom cupis crescere. Hæc enim amborum fratum natura erit, vt alter alteri incrementi sit causa: cum enim sese inuicem aspicerint, æqualiter adolescent. Paret Venus, & Anterotem parturit, statimque crescere Amor cœpit, & pennas producere, ac fieri grandior. Si quando solus, tunc marcidus; si cum fratre, tunc adultus. O vos felicissimi S Q V A R C I A F I C I, qui semper ex mutuo congreſsu fraternarum æmulatores virtutum crescitis. In vobis vnis agnosco pennatos Erotas, pennatos Anterotas, alter alteri estis incrementi causa. Omnes moribus clementes, quia maior ingenio placidus: omnes singularis eloquentia & nitidæ literaturæ pleni, quia prior ille politiores doctrinas coluit. Omnes denique nescio qua naturæ conformitate

mitate læti vultu, pulchri corpore, amabiles moribus, grati omnibus, iucundi vita; vt nihil ad omnem æqualitatem desit præter astatem quæ esse par nequivit; sed ita dispar, vt uno penè effusi parti videamini. Sic omnes contrà hostes criminum, vitiosum inimici; desidiae osores, fugitantes inuidia, omnium demum animi pestium vitabundi. Magna hæc vestra inauditaque fraternitas omnibus admirationi est, vt non æui huius, & nullius fortasse: mihi vero yenerationi, vt planè cœlestis. Cuius ergo tam felix oratio esse possit, cuius ingenij tanta fœcunditas, vt tot virtutes æquare dicent valeat? Clarissima vestra Nobilitas integrum petit scriptorem; Doctrina encomiasten, Humanitas oratorem, concordia panegyristen. Valete Nobilissimi, Doctissimi, Humanissimi, Concordissimi fratres. Dat. Matrit. VIII. Calend. April.

Ann. M. D C. X. VII.

**

Epigram

Epigrammata fratrum quatuor Squarcia-
ficorum ad Ioannem Ludouicum
de la Cerdæ.

IOANNIS BAPTISTÆ.

Cum Vatem, & tanti cerno sensa eruta Vatis;
Præstas Virgilio? Virgilius ne tibi?
Hoc ausim, quantum Italia decus addidit ille,
Hispanis tantum Cerda dedisse tuis.

VINCENTII.

Cerno Anchisiadem rēvocatum ad luminis oras,
Qui vixit, vinit lumine Cerda tuo.

JOSEPHI.

Vltas quisquis amat cognoscere Palladis artes,
Virgilij euoluat gemmea scripta tui.
Dulcia fecunda mentis libamina præstas
Floribus ex variis sedulius instar apis.
Fama volans nomen clarum iam dedicat orbi,
Eternum viuet, nec morietur opus.

FABII.

Insignis pietate viri memoranda cothurno,
Quæ canit illustri carmine facta Maro,
Obrucent tristes tenebra, ni lumen auara
Mentis Cerda tuum panderet ingenium.
Quam Maro Troiano, tantum decus ipse Maroni
Affers: sic nomen debet vterque tibi.

Dominici Rauascherij ex Comitibus
Lauaniæ Epigramma.

Cerda velis magnis cum Regibus acta tuorum
Faedera, seu Reges enumerare tuos.
Clarum ab stirpe genus pariter pietate, vel armis
Eternum referes, nec tibi vana fides.

Illa olim fuerint veterum decora alta parentum,
Nunc tibi sint Musæ, Castaliūnque nemus.
Atque hac magna satis, dum Phœbo digna locutum
Virgiliōque tuum fama loquetur opus.

Henrici Bentlei Angli.

Octa manus diti si quid calauerit auro,
Materiamne probes ambigis, anne manum?
Dumque probes utram magis, ambigis; utraque seſe
Ambarum iuncta plus tibi laude probat:
Alteraque alterius confusu gratior, auget
Materiesque manum, materiemque manus.
Quam bene, consorti laudis certamine, profert
Doctum opus in dites Cerda Maronis opes.
Vtra prior laus sit dum litigat utraque laudem
Altera ab alterius laus sibi laude capit.
Altera ut alterutri certet; Maro nescio Cerda.
Anne opus, an vincat Cerda Maronis opes?

Ioannis Baptistæ Auendanni Hispani.
Virgilij & Commentatoris
contentio.

Vtrum vter illustret quis iudicet: est tamen hac lis
Arbitrio, Salomon Rex, dirimenda tuo.
Ille sibi pulchrum peperit decus: hunc quoque parti.
Noninis illustris gloria nata decet.
Concubuere simul Vatis, Sociisque labores,
Linxque unum ex duplice reddidit alma decus.
Scilicet oppresit genitum pater unus honorem.
Ille suum repetit, vendicat iste suum.
Divisum inclamat Maro, nec bene credit habere,
Ni scindatur bonus: hoc amat, idque petit.
Non ita, tu contra: detur laus integra Vatis.
Iudicat hic Salomon. Gloria nata tua est.

JVDICIV M

JUDICIVM REGII CENSORIS.

ERTIAM hanc Argumentorum, Explicationum, Notarum partem P. Ioannis Ludouici de la Cerda ex praescripto supremi Senatus perlegi, & perquam audiē: quem enim non illicō adlicerent stili candor, terum varietas, & tanti operis maiestas? Nihil in eo sancta fides non sanctum, nihil probi mores non probum, nihil politiores Musæ non politissimum agnoscunt: tam piē, tam solidē, tam doctē condit omnia, federatque profanos auctores cum sacrī in summi Vatis gloriam summus Scholiaست. Dignissima ergo est hæc eius germana soboles, quæ cum prioribus lucem videat, & communi tum vita, tum honore æternū fruantur supremus Poëta, supremus Interpres. Dat. Matrit. III. Non. Ianuar. Ann. M. D C. X VI.

ANTONIVS ROSSAS.

Facultas Reuerendi Patris Prouincialis Societatis IESV in Toletana Prouincia.

Go Ludouicus de la Palma Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Tole-
tana, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Ferdinando Alber-
to Vicario Generali Societatis IESV, facultatem concedo, vt Argumenta, Explicatio-
nes, Notæ, Patris Ioannis Ludouici de la Cerda in sex posteriores libros Aeneidos, grauium do-
ctorumque hominum nostræ Societatis iudicio approbata typis mandentur. In
quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedi-
mus. Matrii pridie Calendas Maij, Anno Domini M. D C. X V.

LUDOVICVS DE LA PALMA.

Facultas R.P. Provincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi.

Go Bartholomæus Iacquinotius Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi
Præpositus Prouincialis, Opus quod inscribitur, Commentarij P. Ioannis Ludouici de la Cerda Societatis IESV, in Curia Philippi Regis Hispaniae Primarij Eloquentie Professoris in sex posteriores Aeneidos libros, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante 14. Februarij 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus pro-
hibetur, ne libros ab hominibus nostræ Societatis compositos absque Superiorum eius permissione imprimant, permitto HORATIO CARDON Lugdunensi Bibliopola, ut ad sex primos annos imprimere, ac liberè diuendere possit. Datum
Lugduni die 7. Iulij M. D C. XVII.

B. IACQVINOTIVS.

APP R O

APPROBATIO.

OANNES CLAVD IVS DE VILLE in sacra Theologia Magister, & in S. Pauli Lugdunensis Canonicus, & in hac Lugdunensi Diocesi, à Domino Dionysio Simone de Marquemont Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiepiscopo librorum Censor designatus: fidem facimus, nos P. Ioannis Ludouici de la Cerda è Societate IESV in Curia Philippi Regis Hispaniae Primarij Eloquentie Professoris Commentarios in sex posteriores Aeneidos libros perlegisse, nihilque in illis contra doctrinam Catholicæ, Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ contineri. Lugduni apud Sanctum Paulum die 10. Iunij 1617.

DE VILLE.

R.D.D. de Meschatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

HOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesiæ Lugdunensis, in suprema Dombarum Parlamenti Curia Confliliarius, Galliarum Primatiæ Officialis, & in Archiepiscopatu Lugdunensi Vicarius Generalis, visa Theologorum approbatione: Opus quod inscribitur, Commentarij P. Ioannis Ludouici de la Cerda Societatis IESV, in Curia Philippi Regis Hispaniae Primarij Eloquentie Professoris in sex posteriores Aeneidos libros, vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 4. Augusti 1617.

MESCHATIN LA FAYE.

CONCESSIO.

IBRVM hunc, qui inscribitur, Commentarij P. Ioannis Ludouici de la Cerda Societatis IESV, in Curia Philippi Regis Hispaniae Primarij Eloquentie Professoris in sex posteriores Aeneidos libros, Ego Iacobus Daueyne Regis Procurator typis mandari, tum demum in lucem exponi consentio. Lugduni 4. Augusti 1617.

DAVEYNE.

IBRVM hunc inscriptum, Commentarij P. Ioannis Ludouici de la Cerda Societatis IESV, in Curia Philippi Regis Hispaniae Primarij Eloquentie Professoris in sex posteriores Aeneidos libros, ab HORATIO CARDON Bibliopola Lugdunensi in lucem dari permittimus: simul ne quis citra factam ei ab ipso potestatem, denuò excudat, interdicimus. Dat. Lugduni die 4. Augusti 1617.

SEVE.
SUMMA

S V M M A P R I V I L E G I I à Christianissimo Galliarum Rege concessi.

VDOVICI XIII. Galliae & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est; atque patentibus literis cautum, ne quis in Regno suo, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, ac numerandos excudat, vendat, excludendum, vendendumque quoquis modo & ratione conetur librum, qui inscribitur, *Commentarij P. Ioannis Ludouici de la Cerdæ Societ. I E S V, in Curia Philippi Hispania Regis Primarij Eloquentia Professoris in sex posteriores Æneidos libros,* præter **HORATIVM CARDON** Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipse met concesserit. Prohibitum insuper eadem auctoritate Regiæ omnibus suis subditis, eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbi cumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare sine consensu dicti **HORATII CARDON**. Idque omne sub confiscazione librorum, aliisque poenis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Turonibus die 19. Aprilis 1616.


De mandato Regis.

Signatum,

BERRVYER.

PHILIPPI III. Hispaniarum Regis licentiâ data Madriti decima octaua Februarij anno millesimo sexcentesimo decimosexto, & signata MARMOL, concessum est P. Ioanni Ludouico de la Cerdæ Toletano Societatis I E S V, in Curia Regis Hispaniæ Primario Eloquentia Professori, vt *Commentarios in sex posteriores Æneidos libros* extraneo Bibliopolæ cui voluerit, tradat manuscriptos qui excudantur, atque in lucem emissi virtute istius licentiæ in omnibus terris suæ potestati subiectis liberè diuendantur.

P. VIR



P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIBER VII.

ARGVMENTVM.

OLVID Æneas Caieta, solitis prius exequiis nutrici; describitur Circe Regia, eiusque incantationes. Appellunt Troiani ad littus in ea parte Italia, qua Tyberis influit in mare. Narratur genus Latini, Lauinia eius filia, Lauinia procul Turnus, Amata Regina in illum studia, belli Italici prodigium duplex; Fauni oraculum ad Latinum, quo monetur filiam dandam externo. Euulga Latinus oraculum, ac per id tempus Æneas in Italia pedem fixerat. Parant sibi Troiani conuiuolum in loco herbido, & consumpto cibo mensas appetunt; rem primus omnium animaduertit Ascanius, obstupescit, & gaudet Æneas ad tantum omen, ac reuocato in memoriam pristino oraculo, intelligit eum esse fataliter terminum errorum. Firmantur Troiani caelesti signo; mittit Æneas oratores ad Latinum cum donis; describitur Regia Latini, aui, atani. Sequitur oratio eiusdem ad Legatos, cui Ilionensis respondet, & offert munera; quo audito reuocat Rex in memoriam Fauni patris oraculum, quo iubebatur collocare natam externo viro; heretque, an hic sit Æneas, ad quem remittit mandata amoris plena, & addit dona. Hoc punto temporis iacit semen ad rem planè tragicam ex interuentu Iunonis acerrima hostis Troianorum, que tota queribunda interminatur Troianis dirissimum bellum Latinum. Nec mora, adit inferos, eruit inde Alesto Furiam, cui dat negotium turbandæ pacis, ferendi bellum inter Troianos, & Latinos. Rem Furia perficit, assumpta ad tragædiam Amata, que filiam in sylvas abdit; assumpto Turno, quem ad iram incendit: inchoato demum bello ipso ex pretextu percuti cerui; vocatis agricolis ad arma, ubi cadit Almon Tyrri filius, & senex Galeus. Compos itaque cætorum Furia adit Iunonem, promittens maiora; contenta Iuno cœrat plura, illamque cælo exterminat: describitur locus in quem se Furia abdit. Tunc omnes Itali, Iunone acuente, bellum conclamant, pastores, Turnus, urbani iuuenes resiliunt unus Latinus, canens Turno exitium. Adiungitur mos indicendi belli referatis portis Iani, à qua re Latinus abstinet, sed Iuno aperit; imò frangit, bellum indicens. Sequitur statim furor militaris totius Italiae; feruent omnia armis, furore, strepitu. Inde incipit catalogus euntium ab bellum contra Æneam. Primi omnium numerantur Mezentius, & Lausus; deinde Auentinus, tertio Catillus, & frater, quartò Cæculus, quintò Messapus, sexto Clausus, septimò Halefus, octauò Oebalus, nonò Vfens, decimò Vmbro, undecimò Hippolytus; demum Turnus, & post illum Camilla, que librum claudit.

V quoque littoribus nostris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Caieta dedisti.
b Et nunc seruat honos sedem tuus; ossaque nomen
Hesperia in Magna (si qua est ea gloria) signat.

s At pius exequiis Æneas ritè solutis,
Cerda in Æneid.com.z.

A Agge

Aqua cur di-
caur tre-
mure.

tremere; ita conuersim quæ tremunt, splendere. Ita A
7. En. *stilus cypriacus*, pro trementibus. Alibi, *hastam-*
que coruscat, id est, vibrat, & *semiammissaque micant di-*
gi, & *centena*. Credamus vero aquam duci tremere;
quia non uno loco stat, sed concutitur, ad eum mo-
dum, quo dixit Lutetius:

10. Proxima Circæ raduntur littora terræ,
11. Dives inaccessos vbi Solis filia lucos
Asliduo resonat cantu, tectisque superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens peccine telas.
15. Hinc exauditi gemitus, iræq; leonum
Vinc la, reculantum, & fera sub nocte rudentum:
Setigerique sues, atque in praesepibus vrsi
Sæuire, ac formæ magnorum vularare luporum.
20. Quos hominum ex facie Dea sœua potentibus herbis
Induerat Circæ in vultus, ac terga ferarum.
Quæ ne monstra pij paterentur talia Troës,
Delati in portus, neu littora dira subirent,
Neptunus ventis impleuit vela secundis,
Atque fugam dedit, & præter vada feruida vexit.

A R G U M E N T U M.

Ex occasione cursus Æneas describitur Regia Circæ,
eiusque incantationes, ad extremum Neptuni cura in ser-
nando Æneas.

E X P L I C A T I O.

C V M Æneas soluit Caieta versùs Italiani; hæ-
buit in viâ proxinam insulam Circæ, quam
non ausus ingredi, tantum strictrum attigit, & rafit le-
uiter, ac legit:

In hac insula degebat Circe, que Solis filia, & sa-
tis dives cōtinuo cantu in lucis amoenissimis æuum
traducebat. Adhibet deinde argumentum diuina-
ritati eius: fata & tecta erant superba, & in his tectis
non vulgaribus lignis ad nocturna lumina vtebâ-
tur Circe, sed odorata, & pretiosa cedro. Tertiò po-
nit studium Circæ in telarum texture: itaque non
lanificio aut acuæ addicta erat, vt molles feminæ; sed
telis, quæ virorum sunt. Has percurrebat peccine.
Cur hoc vocat argutum, dicam in Notis. Vocat lucos
Circæ inaccessos ab timore, quasi non tufo adeundos.
Resonat lucos cantu, est, facit resonare, explicatore
Seruio.

Audiuit in ipso cursu Æneas gementes atq; ira-
scentes leones, sues, atque visos saeuentes, lupos
vulantes. Dicit, exaudire, sœuire, vularare, pro, exaudi-
bantur, saeuebant, vullabant. Dicit, sera nocte, quia
cūdibile lero noctis Æneam ed appulisse, qui intio-
mætis Caieta soluerat. Rudentes leones explicat, fre-
mientes, atque indignantes.

Explicat iam, quæ haæ feræ: nimirum homines in
feras conuersi feuita Circæ, herbarum potentia.

Ne quid simile Troiani paterentur, quos pios
vocat ab pietate ducis Æneas, Neptunus secundam
admodum nauigationem illius prabuit, fugæ perfi-
xilem, vexitque classem præter vada feruida, atque
astuosa, ac prouinde periculosa. Subeant Lector, quæ

Fiet utiris tremulo concusa cachinnant.
Quemadmodum enim risum in rebus Græci, ita quoq;
aquam, quod facile concutatur; neque stet loco
uno. Quod Manili lib. i. dixit: fluitarum lumina. Sic à
concussione tremulos cachinos dixit Pers. Sat. 3. videlicet
per se vixit.

10. Proxima Circæ raduntur littora terræ,
11. Dives inaccessos vbi Solis filia lucos
Asliduo resonat cantu, tectisque superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens peccine telas.
15. Hinc exauditi gemitus, iræq; leonum
Vinc la, reculantum, & fera sub nocte rudentum:
Setigerique sues, atque in praesepibus vrsi
Sæuire, ac formæ magnorum vularare luporum.
20. Quos hominum ex facie Dea sœua potentibus herbis
Induerat Circæ in vultus, ac terga ferarum.
Quæ ne monstra pij paterentur talia Troës,
Delati in portus, neu littora dira subirent,
Neptunus ventis impleuit vela secundis,
Atque fugam dedit, & præter vada feruida vexit.

B Neptunus promisit Veneri ad calcem lib. 5. in fatto-
rem Æneæ. Dira littora, sunt iam malè ominata, &
infamia simili successu.

N O T A E.

1. P R O X I M A , &c.] Pendet hic locus ex Homi-
rica imitatione lib. 5. Odyss.

Hier. ὅρη μεγαστικὴ τοῦτο, φέντε νύμφων
Νάεις ἐπαλβιαίαις, τὸν τεῦθινόν τε τερψίην τοῦτο.
Πῦρ πῦρ ἔχειν δύναμιν μέγα μεγά, θυεῖται δὲ εἰδούση
Κεφαλὴ τελετεῖται, θέτει τὰ τέλη τὸν εἰδώλον
Διαφρόνιον, οὐδὲν δένειν αἰσθάνετο τὸν καλῆν
Ιστὸν ἐποχούντα γνωσθεὶν υπειδίην ὑφαίνειν.
Ibat, donec ad ingentem specum peruenit, vbi Nympha
Habitabat pulchricoma, hanc vero intus inuenit:
Ignis quidem ad focum ingens ardebat, procil vero odor
Cedrigæ fissilis, thuriisque per insulam redolebat
Ardenitum: ipsa vero intus camillans voce pulchra
Telam percurrens, aureo radio texebat.

In istis parem splendorēm Macrobius inuenit cum
Virgilianis; sed Scaliger in Virgilianis excellentiam,
& rectè. Nam heroïta est phrasis in illis resonat lucos
cantu: & melius, argutum peccine, quæm aureo.

2. R A D V N T Y R I L I T T O R A.] Verbum nauti-
cum, reapparet ex hoc loco, & ex lib. 3. vbi,

— Prædictaque saxa Pachyni

Radius, —

Et ex 5. vbi de naue certantium,

Radii iter lexum interior.

D Itaque Lucretius à mari locutionem accepit, cum

script lib. 4.

Scilicet expletis quoque ianua raditum oris.

Flumina etiam dicuntur radere littora, pro, stringere,
Græci μαζεύειν dicunt: & Apollon. lib. 4.

— mæzeyt̄ mazeyt̄ v̄x̄d̄

Itaque propriæ dicentur radi littora, arenæ, cautes.

Omnino quod in 5.

— Stringat sine palmula cautes.

Et

IN VII. ÆNEIDOS.

Et quod Horat. Od. 10. lib. 2.

Nimium premendo

Litus intimum,

3. INACCESSIONIS.] Parte forma lib. 8. de spelunca

Cæsi

— Solis inaccessum radii.

Et Claud. 1. Rap. de infernis locis.

— nullumque sub umbra

Peccus inaccessum Veneri.

4. SOLIS FILIA.] Circæn Solis filiam etiam fa-
ciit Hesiodus in Theog. & Cicer. lib. 3. de Nat. & ante

illos Homer. Odyss. 10. Porro Virgiliano hoc loco

deceptus Plinius lib. 13. c. 16. accipit Homerius verius,

quos iam adhuc huius de Circæ, cum Græcus tamen de

Calypsoni scripsit. Redeo. Interpres Apollonij.

Kipar τηνες μῆλον Αιτίας ἀδιαγνώσαντες τηνες ἡ Θυρηίδης φασιν έτι:

Circe alijs Αετος σορονεις, οιη filum. Hom. Odyss. for-

rōrē facit. Adducit deinde predictus interpres Dio-

nyñi Milestium, qui scribit, Circæ verè fuisse filiam

Ætæ, ac proinde sororē Medeæ; alij narrant illi ma-

trein Hecaten filiam Persei. Hoc verosimilium. Poëta

tamen filiam faciūt Solis, fortasse, quia magica omnia

vim à Sole capiunt. Diodorus lib. 5. narrat Solis

fuisse duos liberos, Αεταν, & Perlen, Αεtau regnaf-

se in Colcho, Perlen in Taurica, vtrumque efferunt.

Ex Perle ortam Hecaten doctissimam maleficiorum,

quæ sublato patre, Αεta nupl̄it, ex quo genuit

filias duas, Circæ, & Medeam: filium vnum Αgia-

leum. Hac ille multis. Homerius tamen Perlen ipsam

facit matrem Circæ: μυρτρὸς ἐν τούραις. De loco, vbi

Circe habitauit, quam Poëta, & alij vocant insulam,

ait Dionys. lib. 4. Antiqui rupem instar peninsule

in mari Tyrrheno. Non multum abeunt quæ lib.

5. Diodorus scribit. Aristot. θεον τηνες μηνemini

montis circa Italiam, quem vocat Circæum, vbi ait

nasci venenum mortiferum.

Cantus labores lenit.

5. C A N T V.] Scilicet ad lenendum laborem te-

la. Noti hac de re versus Ouidiani. Inde pastor Ec-

log. 9. querit cantum ad leuandum iter,

Cantantes ut canus ego hoc te fascie leuabo.

Plutarchus adhibet initium musicæ non solùm vo-
luptatem, sed etiam dolorem. Hoc idem satis indi-
cat Maximus dissert. 15. vbi ait multos non posse tol-
erare virtutem nisi Τελετεῖται, η Φαλακτα, μηνιν-
tes, & cantantes. Vide, quæ tam ego lib. 1. Georg. ad
illud.

Inertia longum cantu solata laborem

Arguto coniux percurrevit peccine telas.

Homerus quoque eandem Circæ inducit canen-
tem inter texendum.

Εἰ φίλει, ἵνα τε της ἐποιησεμένη μέλος αἴσιον

Καλὴν αἰδούσα.

O socij, intus sanè aliqua percurrens ingentem telam

Pulchre canit.

Et de eadem.

Kipar δέ ένδον της αἰδούσας έτι καλῆ;

Circe autem intus audiebam canenem voce pulchra.

Sic & Claudian. lib. 1. Rap. de Proserpina lanifico

occupata ait:

Ipsa domum tenero mulcens Proserpina canit.

Ammianus incitationes Circæ dixit lib. 30. ad signan-

das incantationes. Horat. epist. 2. lib. 1. Circæ vocat

meretricem, cui seminarum generi annexa, vt plu-

rimum, istæ cantuiculae. Itaque, sine laboriofam

consideres, sine incantatricem, sine meretricem, illi

quadrat poëticus cantus.

6. V R I T C E D R V M.] Dubitatur, an hic cum

interpretibus, & Turnebi etiam, atque Spondano

Cerda in Aeneid. tom. 1.

A accipienda sint ligna, vt dicat pretiosam materiam,

non vilissima alia ligna, vbi in ædibus Circæ; an por-

tiūs dicat, Circæ pro vulgari oleo vt oleo expreso

ex cedro. Caufam dubitandi probent verba Hesyo-

chij, qui ait veteres habuisse in mediis ædibus ξε-

περ, id est, fucus, ἥπατος, ἥπατος, ἥπατος, ἥπα-

τος, & ζεδία: vbi vrebam sicca ligna, ac tadas causâ

luminis. Adducit hoc in voce ξεπηρη. Seruus etiam

explicans hunc locum, ait. *Hoc ideo, quia vris olei apud*

maiores non fuit, precipue in Italia. Apud Claudianum

3. Rapt. Ceres qualitatem filiam facies accedit ex pi-

nu, cedro, abiete. Et apud Statuum 3. Theb. mater

quædam quæfigura filios in bello occisis,

Multifida attollens antiqua lumina cedro.

Vbi faces accensas intelligit. Spondanus etiam scri-

bit, Homerum, & Virgilum induxit hoc genus

ligni ex decoro Dearum, qua vterentur pretioso

igne, non vulgari. Demum quia Poëta adspicans ad

Luceretum, qui lib. 6. dixit:

Nōnne vides etiam nocturna ad luminalium

Nuper vbi extinximus admouseas?

Ita videatur cedrum capere, vt ille linum. Certè Plini-

nius verba Homericæ iam adducta de arboribus ex-

Secernunt calathis, variisque coloribus herbas.
Hesit verò Virgilius Homero, qui Odyss. 7. inducit Circen,

Eπωαχερινής δύνασθαι εἰποτον.

Percurrentem relam ingentem diuinam.

Quibus telis addit etiam elogia, sic. Sedet, &c.

Cursus de 8. PER CYRENS.] Ad verbum Homerius, pectine, & iugis est ergo in. Morem inuenit Seruius, quia olim stantes texebant, à quo habitu non abest cursus. Placer potius, ut dicatur percurrere ipso pectine; nam Iuuenal. Sat. 9. dixit percurre, quod Noster percurre, cùm scribit:

Et mēs percussus extorxit pettine Galli;
scilicet, laccinas.

9. HINC EX A V D I R I , &c.] Locus Homerius Odyss. 10. vbi Græcus vates de eadem Circen ita loquuntur.

Εὔρεν δὲ ἐν βίσσοι τε πυργίνα δόμηδα Κύρου

Στέγεσσι λάσσον περισκέπτοι εἰν χώρῳ.

Αργοὶ δέ τινες λύνοι θήσαν δρέπετοι, ήδε λέσσει,

Τέσσαρες δέ τινες λύνοι φέρεται εἰδωλαν.

Inueniebant autem in cornu alle adificatas ades Circes

Πολιτούσισι conficuo in loco.

Circa ipsam autem lupi erant montani, atque leones,
Quos illa dementabat, postquam mala pharmaca de-

dixit.

Homerum superat Virgilii. *Virgilianis palmam dat Scaliger, in quibus sunt circumscriptiones accommodo datissimæ ad heroicam maiestatem, ut in leonum; & naturam ferarum, ut vinclæ recusantium. Et quia haec fera, erant homines, facie solium mutata, ideo non lupos dixit: sed formas lu-*

portum. Quidam quoque in Troadib. verbo ad Maronem accedente,

Η σύνη μερόπτρια

Κύρη.

Suum transformatrix Circe.

Dissidet tamen Horat. Epop. Od. 17. nam de sociis

Vlyssis restitutis in formam pristinam.

— runc mens, & sonus

Relapsus, atque nouus in vultus honor.

16. POTENTIBVS HERBIS.] Harum origo Circe herbas

autem à Circe; nam alioqui Italia benignissima terra

rum fuit. Plin. lib. 25. cap. 2. Certe quid non replenire

fabulis Colchis Medea, aliis, in primis Itala Circe, Dis

eriam adscripta? Unde arbitor natum, ut Aeschylus è ve-

tusfissimis in poëtica, refertam Italianam herbarum potentia

prodere.

17. IN D V E R A T .] Silius lib. 2. cui vultus induita Inducere vul-

pare. & 1. Aeneid. puer puer induit vultus. Horat. quo- tuis.

que Od. 17. Epop. ad auram Maronis.

Setosa doris exsiccatae pellibus

Laboriosæ remiges Ulyssi

Volente Circe membra.

Sed Virgilius ad Homerii auram, qui de Circe Odyss.

10. τὸν αὐτὸν κατέτεξε: quia delimento quadam

dementabat homines, idque potentiis herbis, ait Vir-

giliius. Homerius autem εἰτε κακὰ φέρεται εἰδῶν; da-

Circe venenat bibenda venenata pocula. Sic à Maxi-

mo Tyrio differt. 6. vocatur, οὐ φραγμὸς, mulier ve-

nefica. Ab Ouid. Eleg. 1. lib. 3. de Pont. vertendis nata

figuris.

18. CIRCE.] Notes hinc ab Horatio epist. 2. Circe, Circe

lib. 1. infelix Circe. nam vbi vulgares codices le-

gunt, & sive pocula nostri antiqui (quos sequuntur

E iam docti) exhibent: & Circe pocula nostri. Idem in Sym-

macho obseruauit epist. 47. lib. 1. vbi ait, suada Circe

pocula.

19. TERG A.] Ita Propert. Eleg. 5. lib. 4.

Et sua nocturno fallere terga lupo.

20. VENTIS IMPLEVIT VELA SECUNDIS.] Est hoc, quod Plutarchus in Catone dixit

non longè ab initio, οὐλούσιος φερόμενος. Euripides

prius dixerat, οὐλούσιος φερόμενος; ut hinc impluit: ita Or-

pheus, οὐλούσιος φερόμενος εἴτε την.

Rudor de teris.

13. RUDIMENTVM.] Placuit Poëta Græcorum

φυγαδῶν περιπορum reddere. Que vocula, quamvis

fit aliorum, rectè datur leonibus, utique alligatis

presupponit. De illis κατέτεξε dixit Hesiod. in Scuro.

25. ^a Iamque rubefebat radiis mare, & æthere ab alto

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:

b Cùm

^a 14. SETIGERIQUE SVES.] Ab Lucret. qui lib. 5.

Setigerique parés subibus fluestrâ membra.

Vtitur Marx eodem epitheto lib. 11. & 12. loquens de subibus oblatis in sacrum. Suum etiam meminit Nazianz. Carr. 50. attingens hanc subulam, εἰπεν καὶ σύνειν εἰπέντε.

^b 15. FORMAS LVPORVM.] Quia non verè Homines in lupi, tantum simulacra quadam luporum; unde Homerus,

Oī δὲ σὺν μὲν ἔχον πεφαλάς, φωνήσει, δέρμαζε,

Κατίρχεις : εὐλαβής οὐκ εἰσιστεῖσθε τὸ πάρες περ.

Illi suum habebant capita, vocesque, corporaque,

Et setas: sed mens erat firma ut antea.

Ideo Poëta infra tantum dixit, in vultus, ac terga ferarum. Et Plutarchus in Grylio, de eadem re loquens tantum scriptis, εἰ τομαστὸς Θηρίου: in corporibus ferarum. Appaudunt Ouidij versus,

fed nulla timenda,

Nullaque erat nostro faictura in corpore vultus.

Quin etiam blandas mouere per aéra eandem.

Νηδράς adulantem comitant vestigia, donec

Excipiunt famule, pôrque auria marmore scita

Ad dominam ducunt.

Euripides quoque in Troadib. verbo ad Maronem accedente,

Η σύνη μερόπτρια

Κύρη.

Suum transformatrix Circe.

Dissidet tamen Horat. Epop. Od. 17. nam de sociis

Vlyssis restitutis in formam pristinam.

— runc mens, & sonus

Relapsus, atque nouus in vultus honor.

16. POTENTIBVS HERBIS.] Harum origo Circe herbas

autem à Circe; nam alioqui Italia benignissima terra

rum fuit. Plin. lib. 25. cap. 2. Certe quid non replenire

fabulis Colchis Medea, aliis, in primis Itala Circe, Dis

eriam adscripta? Unde arbitor natum, ut Aeschylus è ve-

tusfissimis in poëtica, refertam Italianam herbarum potentia

prodere.

17. IN D V E R A T .] Silius lib. 2. cui vultus induita Inducere vul-

pare. & 1. Aeneid. puer puer induit vultus. Horat. quo- tuis.

que Od. 17. Epop. ad auram Maronis.

Setosa doris exsiccatae pellibus

Laboriosæ remiges Ulyssi

Volente Circe membra.

Sed Virgilius ad Homerii auram, qui de Circe Odyss.

10. τὸν αὐτὸν κατέτεξε: quia delimento quadam

dementabat homines, idque potentiis herbis, ait Vir-

giliius. Homerius autem εἰτε κακὰ φέρεται εἰδῶν; da-

Circe venenat bibenda venenata pocula. Sic à Maxi-

mo Tyrio differt. 6. vocatur, οὐ φραγμὸς, mulier ve-

nefica. Ab Ouid. Eleg. 1. lib. 3. de Pont. vertendis nata

figuris.

18. CIRCE.] Notes hinc ab Horatio epist. 2. Circe, Circe

lib. 1. infelix Circe. nam vbi vulgares codices le-

gunt, & sive pocula nostri antiqui (quos sequuntur

E iam docti) exhibent: & Circe pocula nostri. Idem in Sym-

macho obseruauit epist. 47. lib. 1. vbi ait, suada Circe

pocula.

19. TERG A.] Ita Propert. Eleg. 5. lib. 4.

Et sua nocturno fallere terga lupo.

20. VENTIS IMPLEVIT VELA SECUNDIS.] Est hoc, quod Plutarchus in Catone dixit

non longè ab initio, οὐλούσιος φερόμενος. Euripides

prius dixerat, οὐλούσιος φερόμενος φερόμενος εἴτε την.

^a Cùm venti posuere, omnisque repente resedit Flatus, & in lenito lucentur marmore tonse.

^b Atque hinc Æneas ingentem ex æquore lucum Prospicit: hunc inter fluvio Tyberinus ameno

Vorticibus rapidis, & multa flauis arena In mare prorumpit: varia circumque, suprâque Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo

Æthera mulcabant cantu, lucoque volabant.

^c ^d Flectere iter sociis, terræq; aduertere proras Imperat, & latus fluui succedit opaco.

A — omni curru splendente sub vndis.
Et lib. 12. — primaque rubescit

Lampade Neptunus.

Hi profecto à Virgilio, qui, rubescet radiis mare: Expendebam explicans varietates colorum, quibus Poëta aurotam tuam ornat, rubri, rosei, lutei. Nam scilicet cōtraria hęc nocti, in qua omnia sunt coloris viuus. Basilius Imperator ad Leonem filium, Hæc om̄n̄i p̄c̄p̄t̄c̄c̄x̄d̄l̄v̄t̄c̄: Absente Sole obscura omnia sunt, & indiscreta.

^e 2. ATHERAB ALTO.] Pulcherrime, quasi pars illa semper splendeat, & inde ad nos aurora. Fatuè Homerius (hoc quippe verbo constat cœnitus Homeris) per initia lib. 11. ait auroram affire lucem immortalibus. Iu. d'Avetosias φέρετον. Miser illi nisi semper luceat, in ab illis ad nos lux. Inde in 4. de aurora, tantum ait, spargebat lumine terras, cum nulla mentione immortalium, & hinc, iamque rubescet radiis mare. Itaque cum sape infisteret descriptioni Homeris, amputauit quod vitiosum in illo.

^f 3. ROSEIS.] Allusum ad Homerum, à quo sepe nōc̄ p̄c̄p̄t̄c̄c̄x̄d̄l̄v̄t̄c̄, aurora roſeis digiis; & p̄c̄p̄t̄c̄c̄x̄d̄l̄v̄t̄c̄, Roseus cor. roſeis cubis. Ab eodem Lucretius lib. 5.

S. LVCTEA.] Pacuius in Thyeste,
Non illiciteis aurora bigis.
Quis sit hic color iam in Eclogis. Statius 2. Theb.,
dixit, aurora pallore.

Bige aurorae &c.] Dar h̄c auroræ bigas, vt & Pacuius iam adductus; & Val. 2. Arg.
—Rofeis auroram surgere bigis.

Quadrigæ.] In 6. tamen Æneid. quadrigas assignauit,
Hac vice sermonum rofis aurora quadrigis
In medium aethereo cursu traiecerat axem.

Aurora e- quis vici- tur.] Ab Theocrito in Hyla aurora dicitur ἀλεύρωτη, ab equis splendentibus, quibus vehitur Lycophron in Alexandro. ait auroram vehi Τυράννος οὐκέτι, alii Pegei. Hom. Odyss. 23.
Ηῶπολαι ἐχοτι:
Auroram vehunt equi.
Quod videlicet 5. Æneid.
Auroram Phœnicii equi iam luce vehebant.

Pono, abso- lucē.] 7. Posvere.] Subaudi, vel se, vel status. In primum inclino. Sic præcipitat, id est, præcipitat sc; & alia innumera. Sic etiam Statium explicò lib. 5.
Raucu Paretonio decedunt agmina Nilo,
Cum fera ponit hyems.
Id est, ponit se. Nisi quis in Virgilio, & Statio subaudiat, freta. Nam Horat. Od. lib. 1. de Noto,
voltere, seu ponere vult freta.
Sidon. epist. lib. 2. fabri posse. Noster in 10. Æn.
Tum Zephyri posse.

Malacia maris.] Indicat verò his duobus versibus malaciā maris, cāque notis quatuor: videlicet, à ventis positis, à cessante flatu, à lēnitia aquarum, à luctatione remotorum. Lucanus lib. 5. effulsum fuit in describenda hac malacia. Præcipua sunt hæc:
Equorale iacent, alto torpore ligata.
Et; Vnde immota, pigra, herentes, franges, inertes, seu
quies pelagi, stagna ignava aqua iacentis, languente freto,
stagnis torpentinib; fixa carina. Pontus non correbat astu,
non tremuit horrore, non vibrat. Qui legat integra Lutani, amabit sobrietatem Virgilij.

Resideo.] 8. Resedit.] Ad iram transtulit in 6. Æneid.
—tumida ex ira tum corda residit.

Luctor de remis.] Itaque vicinque residit, & cor tumens ira, & mare tumens flatu.

Marmor pro mati.] 9. LVCTANTVR.] Pari verbo 8. Æneid.
—remo ut tutamen abefet.

D. IO. MARMORE.] Petron. in Halosi,
Pulsuque marmor abieti imposita gerit.
Catull. in Aty, marmora pelagi. Prudent. &c. 5. re-
menō marmore. Sedilius lib. 3.
Circumfusa sacras lambelant marmora plantas.
Sed qui non ita locuti?

Tonsa pro naibus, & curita dicta.] 11. TONSÆ.] Suni remi, aut potius inæ remorum partes, quas vocant palmulas. Dicuntur tonsæ, non a tondendis fluctibus, quasi illis, vt ferro, tondeantur, quamvis hoc & Seruus, & Festus: sed verius à tundendis fluctibus. Hoc enim aptius ad naturam remi. Graci aut nōrū, aut sp̄lūc̄ vocant; Lycophron ὥδα. Probè itaque luctantur tonsæ, appetit enim tanquam luces simulacrum inter remos, & aquam. Ea voce vñ multi. Lucret. lib. 2.
Antennas, proram, malos, tonsisque natantes.
Ennius ad explicandum conamen remigum: referunt ad pectora tonsas. Quem ita imitatur Silius lib. 11.
Et sicut adductis percussa ad pectora tonsas.

E. Æneas ad quam partem Italiam appulit.] 12. INGENTEM LVCM.] Est hic locus, vbi Æneas descendit post longissimam navigationem. Distinctissime Strabo lib. 5. Æneam vñ cum Anchise patre, & Ascanio filio Laurentum applicuisse memoriæ prodidimus est, ad litus prope Hesitium, ac Tiberium. Plu-

A tarch. in Rom. ait, Troianos profugos capta Troia ἦλι τὸν θύμην περιπολεῖσθαι, οὐ πολιφεις ad ammen Tybrim. Nota indicari à Poëta proceritatem arborum, quæ essent in eo luco, cū summo statim manu illæ apparent, quasi Sol stolidus in eas impingeret. Ita de Regia Augusti, ad indicandam eius altitudinem, ait Martial. lib. 8. Epig. 36.
Ex prius arcana satietur lumen Phœbi.
Sol enim ut oritur, in altiora irruit.

13. PLAVS.] Non dubium, quin respectum Fluvij omnes aurea ramenta, quibus omnia flumina ditia esse nec aurei. prædicantur. Sic Seneca in Oct.
Flamus rapidissima Lycomas.

14. ARENA.] Poëta alludere ad annis ἡγε-
reav, id est, perspicuitatem, ita ut interiores quoque B arenae viscentur: qualiter describit Mosellam Antonius, in quo
— Arcanique patet penemque fluenti.
Et, — Durante per intima visu.
Et, — Lucetque latèque
Calculus, & viridem distinguit glaream usum.

15. PRO RVMPT.] Quia vorticibus ideo pro-
rumpit. Vraque enim voce aptè signatur rapiditas. Sic 1. Æneid. rapidus vortex. Et quidem prorumpit ma-
iestate est plenum, quasi ipse fluuius viam sibi
aperiat vel renitente mari. Fluuios, qui cum hac
maiestate mare adeunt, θυετάτη vocat Maximus
differt. 11. generosissimos. Nonnus lib. 12. πένην δια μέσος
ιδόντες. Inest maiestas in voce: & de Asopo lib.
27. Καρπόντης. Quod Poëta de vorticibus, idem
Nonnus de eodem Hydaspi βαθὺν δινει κόλασην. Hac pro-
ruptione Poëta significat ostia fluminū, quæ Ouid.
2. Trist. vocat egreßus lóquens de Istro.
16. ASSVETAE RIPIS VOLVRES.] Ex
duplici consideracione inducit à Poëta aium
concentus, quia ista comites sunt & nascentes auro-
ra, & nemorum flumiorum. Vtrunque autem, ut vi-
des, h̄c attingit Vates. Primum de aurora confir-
mant versus Lucretij lib. 2.
Aues comi-
tes auroræ,

Aves canunt.] Similem voluptatem in amoenissimi horti descri-
ptione exhibet Achilles Alexandrin. lib. 1. de Cli-
toph. & Leucip. Necnō Petron. in Satyr. his versibus.
Dignus amore locus, teſtis ſylueſter Aēdon.
Atque arbanda Progne, quæ circum gramina fuſe,
Ac molles violas, cantu ſua rura colebant.

17. MVLGEDANT.] Congruit autibus, ut blan-
dis natura. Sic Anacreon molliflum Cupidinem
inducit Σιχυολε. Basilius Episcop. Seleucien. de ipso
auium cantu lib. 1. vita Teclæ, ἀδην ἐριθων ἦς μάλα
Σαραπιατε, καὶ πελαθεύσαντα, autem captus &
admirabilis, & apres ad demissendum. Sitio carta lib. 2.
Hist. Mauric. cap. 1. dat autibus, τοῖς μέλεσι μισθωτορεον.
Eadem à Dione Chrysost. Orat. 35. ἐν φωνή τοῦ τῶν
ὄργων: ipsi μηχισ instrumentis consonantiores. De auro
Anacreon. Δόξας Θεον. Sed & hunc autum can-
tum dat Poëta die oriente: sic Philostratus in He-
roicis inducit philomelas cantantes ἐπειδὴν ἑρμη-
νεύσαι, diei initio.

18. FLECTERE.] Ita in 5. flette viam. & Ouid.
— Nunc age, qui Reges Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, aduenia classem.
Cùm primùm Ausoniis exercitus appulit oris,
40. Expediam: & primæ reuocabo exordia pugna.
— Tu vatem, tu Diua mone. Dicam horrida bella,
Dicam acies, aetosque animis in funera Reges,
Tyrrhenamque manum, totamque subarma coactam.
Hesperiam. Maior rerum mihi nascitur ordo.

45. Maius opus moueo.

A in Trist. fleximus in leuum cursu.
19. ADVERTERE PRORAS.] Ita 4. Georg. Aduertere
—Torris festinem aduertere proram.
Dicit vero hoc Poëta sui memori: Quippe in 2. Crea-
fa locum istum signauerat, Italiam praedicens:
Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva.
Inter optimam virum leni flui agmine Tybris.
20. SVCCOPT.] Quāli hospitio acceptus Æ- Succedo de-
nas ab flumio. Nam lib. 4. hospitibus.
Quis nouis hic nostris successu sedibis hospes?
Et lib. 3. parva succeditus urbi. Ad imitationem Vir-
gilij Silius lib. 1. inducit nauem Sagittinorum aduen-
tem Italianum codem loco, ad quem Troiana classis
appellit.
Donec Laurentes puppis defertur adoras,
Qua pater acceptis Amenis diuor undis
In pontum flauo descendit gurgite Tybris.
Ait Festus, Ænariam dictum locum, quod Æneas Ænaria-
clasm Troia adueniens appulit. Quod Latini suc-
cedere urbi, miro flumio; Græci adverbū προσωγύνει
πόλει, ιπέται, οδημα.

A. ARGVMENTVM.

Inuocat Musam, proponit misteriam sequentium librōrum, videlicet arma bellū Latini.

E X P L I C A T I O.

VLT expedire initio posteriorum sex librorum statum, in quo erant res Italiae eo tem-
pore, quo Troiana classis illuc appulit; Ad quam
rem Musam inuocat. Sunt res temporum explicatore
eodem Poëta, statu res.

b Tametli verum sit prioribus sex libris Ænei-
dos multa scripta, quæ pertinent ad bellum, & im-
primis librum secundum de expugnata Troia; nihil
ominis certum est materiam armorum referuatam
esse ad sex istos posteriores libros Æneidos. Inde
proponit se cantarum bella, acies, Regum funera,
maximos exercitus coactos, Italianum conspi-
rantem ad arma. Absoluti demum, rem hanc maiori-
ris esse operis, & verè heroici. Pars enim hæc tota
est tragica, vt in qua nihil aliud spectes; quām mu-
rones & gladios, ferrum, & iracundiam, exercitus,
& militares copias, Regum bella, & funera, omnia
demum illa, quæ horrorem, & metum incutunt.

N O T A.

i. NVNC AGE, &c.] De nouo inuocat, rem
nouam, & magnam aggressurus. Ita etiam in 9.

Inuocatio Musarum. Erato cur ad
bellum in-
tia, & potissima, quæ placet Germano, & debet om-
nibus;

nibus; est, inuocari hanc Musam ex Lauinia nuptiarum prolatione, & ambitu. Nam bellum, quod sequitur, hoc vno veluti flabello exarbitur. Commodè igitur inuocatur Musa, quae nomen habet ab amore, dicitur. Inde etiam ab Ouidio inuocatur lib. 2. de Art. & additur ratio;

Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes.

Sed si alios aliunde deducere. Inde etiam Apollonius lib. 3. Argon. vbi iam auspicatur nuptias Medeæ cum Iasone hanc Deam, non aliam inuocat.

*Εἰ δὲ δῆμον Πέρσας, οὐδεὶς θεῖται, καὶ μηδὲ εἴσισθε
Ερατο, ὅταν τὸν αὐγούσαν καὶ τὸν
Μηδέαν, ὃντας τὸν γάμον τοῦ πρίνατος αὐτοῦ
Επιμορφώσας, ἀδελφαῖς τοῖς μελέτημασι θελγεῖς
Παρθενίκας. τῷριτοι τοῖς θεόταροις θυμῷ εὐθέται.
Εἰς αὖτε νῦν Ερατο, οὐδεὶς μηδέ εὔποιος
Ινδε, γνωμόδιον ἀλλοιοντος οὐλοντος
Μεδεᾶς ἀμορ: tu enim & Veneris portionem
Sortita es: inuictusque tuus curvis mulcens*

Virgines, ideo & iibis amabile nomen inditum est.

Quem in locum ita interpres, τὴν Ερατὸν φασὶ οὐρανού τερπήνατ; θελόντως δὲ Αστελλοντος μεταμορφώσας τὴν Ερατὸν φυσι τῶν τῆς Αφροδίτης ὥρων λέγους ἢ τῶν γαρίνων τερπούς οὐρανούς έτερας. Aitn Erato inuenies saltationem: ac proprie Apollonius ait, commode illam proesse sacris Veneris. Sermonem autem impialem & nuptria, & saltatio consequuntur. Statius quoque in Epithalamio Stella, & Violantillæ.

Hic Erato incunda doce.

Ergo, cui non inuocetur ad nuptias, vt placata sit, quandoquidem τὴν Ερατὸν (ait Plato in Phæd.) εἶ τοι θεοῦ, eam videlicet propitiari reddunt, qui versantur in amoribus? Atheneus lib. 13. per initia ait clare, inuocandam Erato his, qui de amoribus scribunt. Laudo itaque Brodæum, qui lib. 1. Epig. ad versum illum;

*Ζεπος δὲ οὐδεὶς θεος φίλον τελοῦσθε πάτερνον άλλοις,
Η μητρὸν Μνήμην νοεσθε ποτε πάτερνον.*

intelligit hanc Musam, non aliam. Perstringuntur quippe Epicurei, qui virtutem positam putabant in voluptate. Sententia est: *Carnis voluptas finis est viris aliis, ut cecinit una filiarum Memoria. Erato (inquam) nam quæ alia caneret has voluptates?*

Inspirantque graues animos, nec vulnera membris

Viles ferunt, mens est qua diros fentias iebus.

Inspirare v-

nem.

10. VIPERAM INSPIRANS ANIMAM.] Ita 4.

Georg. de apibus : venenum morsibus inspirant

11. TORTILE COLLO AVRM.] De hoc orna-

Serpentium implicatio.

mento locutus sum iam lib. 5. Ut vero serpens ap-

plicat se collo Amata, ita apud Nonnum lib. 22. di-

cūtūr dracones σχηματες, αιχνηις ιχνηιοις διορυσ,

flestante corucom Bacchi, cui vipsa in cornis. Inde bac-

chantes in Liberalibus inducunt a Clemente αι-

σμερφοι τοις ὄφοις. Ita & Arnobius lib. 5. Circumpli-

Tenia vites.

12. TENIA.] Isidorus, & Adrian. Jun. explicant,

a. Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno

355 Pertinetat sensus, atque ossibus implicat ignem:

Nec dum animus toto percepit pectori flammam,
Mollius, & solito matrum de more locuta est,

Multa super nata lacrymans, Phrygiisque Hymenaeis.

b. Exsulib[us]ne datur ducenda Lauinia Teucris,

360 O genitor? nec te miseret natæq[ue], tuique.

c. Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquit
Perfidus, alta petens, abducta virgine, prædo.

d. An non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæamque Helenam Troianas vexit ad arces.

365 e. Quid tua sancta Fides, quid cura antiqua tuorum,
Et consanguineo toties data dextera Turno?

f. Si gener externa petitur de gente Latinis,

Idq[ue]; sedet Faunique premunt te iussa parentis:

Omnem equidem sceptris terram, quæ libera nostris

370 Dissidet, externam reor, & sic dicere Diuos.

Et Turno (si prima domus repetatur origo)

Inachus, Acrisiisque patres, mediæq[ue], Mycenæ.

ARGUMENTVM.

Amata rationibus primùm disturbare nuptias contendi, veneno non penitus imbibito.

EXPLICATIO.

NON DVM in ima viscera venenum serpentis penitus influxerat, nondum animus flammis

A extremitatem vittæ dependentem. Puto tamen in hoc Maronis capi simpliciter vittam, locutione poetica. Sicut enim vis Herculis, nihil est aliud, quam Hercules, obseruator Gifanio in Lucretium, Germano in Virgilium, Lambino in Horatium: ita tenia vitta, nihil est aliud, quam vitta. Itaque cum lib. 5. audis:

Purpureis ibam evincti tempora teniis,
tantum intelligit evinctos vittis. Et cum Arnobius lib. 1. scribit, venerab[us] veteris in arboribus tenias, tantum vittatas arbore capi. Fui enim soleme Arbores vittas cingere arbore vittis. Quid quod Festus ex Verrio tantum interpretatur teniam, ornatum lanum capit[us] honoris; quod probat ex Cacilio, Ennio, Aetio. Vide illum. Et Lucianus de domo, ita hanc vitem explicat; Τενία τὸ διπέπερ τῆς ἀρινγός οὐνδής. & tenia ligat flumenes crine. An est aliud vitta? Certum est ebrios coronariorum. Atquebrius Alcibiades apud Platонem in Symposio ait. Καὶ τὴν περιθή ἔχω τὰ τρία: Βενίο habens tenias in capite. Non nego tenias alias esse à coronis & vittis, sed dico saepe sumi pro coronis aut vittis: & in hoc Virgilij loco id mihi liquidum. Et cum Lucian. in Dialog. mort. Alexandri inducit θάστερον Ιωνία λευκή πλευραλώ, evincto capite tenia alba, aliudne intellexit, quam Regium diadema? Sed de teniis iam ego in,

IN VII. ÆNEIDOS.

filie. Ludit quippe Poëta in ambiguitate verbi duco. Ac proinde concludit, nec te miseret natæq[ue] tuique quia non es illam visurus amplius.

c. Ac proinde nec te miseret: nam qui est exsul, & perpetuus erro, perfidus exinde erit, alta petet, virginem secum auferat immanissimus prædo, relinquat me cum primùm venti flare cœperint.

d. Firmat domésticis exemplis, & reuocat recentem memoriam Paridis, qui pector (quid facit miles?) Helenam rapuit, nullo iure hospitalitatis seruato, filiam Ledæ, ac proinde Regali matre gentiam, vexitque secum ad Troiam, qua audacia nulla maior. Hæc ratio eò tendit, vt prober, faciliorem foræ Æneæ hanc rapinam, cum illi Latinus filiam in manum tradat.

e. Sequitur altera ratio. Posit tecum Fides, quæ magna est virtus, & tuorum cura, & dura dextera Turno confanguinco. Quasi dicat: Partes sunt Fidei, tuorum curam gerere, confanguinitatis iura seruare, seruare religionem datae dextera non semel, sed saepe.

f. Posset obiicere Latinus, danda est externo. Diluit hoc Amata. Externus est, qui à tuo Regno & potestate discretus est. Is est Turnus: nam tamet in longinquo oris non natus, tamen ditionis tuae non est. Itaque argumentum politum est in noua notione, & explicatione huius vocis extermus. Deinde confirmat: nam Turni maiores sunt Inachus, & Acri-

sius Reges Mycenarum. Huic ergo ex paterno ora-

culo danda est filia: nam hic vere est externus: non Æneæ, qui exsul. Aliud latenter agit Amata, ne vi-

delicit Æneæ detur, qui vere Italus, ut qui à Dar-

dano originem duceret. Absoluo breuiter, quæ per-

tinent ad natales Turni, quos h[ic] attingit. Inachus,

& Acrisus fuente Reges Argivorum, diuero quis-

que tempore: & constans erat fama aut ab illo, aut ab hoc duci Turni originem. Ab Inacho obsecutor,

tantum propter colonias missas ab eo Rege in Italiam. Ab Acriso clarius: ferebatur quippe Turnus natales ducere ab Danaë filia Acrisi, quam pater in arca inclusam in mare abiecit, quæ appulsa in littus Appulum, ducta est ad Regem Pilumnum, qui

eam in uxorem accepit, unde natus Daunus pater

Turni. Porro de Danaë inclusa in turri, & ibi præ-

gnante à Ioue in aurum verso, quæ causa fuit erro-

ris, unde cuncte suppter notitia.

NOTÆ.

Sublabor de vñensis.

Vñdum.

Imitatio.

Matronalis gaudiis.

filie.

A πτυρὸς, πρωχὸς, δύσηολος: acer, amarus, asper, difficilis, & similis; que voces nihil cum mollitudine. Ouidius lib. 1. de Pont. Eleg. 7. directè opponit alperitatem, & mollitudinem, eo versiculo:

Pectora mollescant, asperitaque fugit.

4. EXSVLBVSNE DATVR, &c.] Existim versa-
tum Poëtam in Eurip. loco isto, qui habetur in Sup-
plicib.

Imitatio.

Ηὲ καὶ φάριν δεκάδος, εἰ Κραστηρός,
Οὔτις κύριος μήδος, Θεατροῖς Φοίβη Ζυγίς
Επιστον δέος έδωλας αἵ γεωτραν Θεαν.

Δαμαρίου δὲ θεολεπτὸν δόμα συμπλέξας τὸ σύν
Ηλικούρας θύεις.

Quo in numero tu es, cum sapiens non sis;
Qui filias, oraculis Phœbi conficitus

Sic dedisti peregrinis, ut viventibus Diis.
Mitsens splendida familiam tuam pallua
Vulnusque domos.

5. PERFIDVS.] Obseruauit loca quæ pectora, qui-
bus perfidi dicitur amatores, qui sunt fugaces, quod
cibus amator fugiens.

Perfidus dicitur amatores, qui sunt fugaces, quod
cibus amator fugiens.

De isto lib. 1. de Remed.

Perfide Demophoon, fido as clamabat ad undas.

Medea quoque Iasoni desertori perfidiam obiicit.

Quamvis perfidia tecum scelerate perficit.

C Dido etiam Æneam lib. 4. parantem fugam perfidum
vocat.

6. ABDVCTA VIRGINE PRÆDO.] Recte, ait Germ. allusum ad γαμοντούσας, & γαμαζούσας. Re-
peries id verbis lib. 1. Epig. vbi Helena timens no-
num prædonem, ait :

Μη πάλιν ἀλλος ἐλύτη με γαμοντούσας αἴρεις Αχαιοῖς.
Vbi Brodæus, γαμοντούσας id est, adulter. Virgilio pla-

cuit prædo. Et abducta, ait, vt in re simili Catull. in Abductor.

Nupt. Pelci.

Siccine me partis abductam perfide ab oris.

7. PHRYGIVS PASTOR.] Maximus Tyrius dis-
sert. 13. Celebratur mulieris cuiusdam ex Peloponneso for-
ma. Continuo barbare homo ab Ida usque adnanigat :

ma. Continuo barbare homo ab Ida usque adnanigat :

qui agricultor tantum, sed qui ministores agricultoris esse solent, ma-

gique otio, & quieti addicti, magis pacis studioſi, ποιητὴς καὶ

Gandæc, pastor, & bubulcus. Idem dissert. 24. loquens

de Paride οὐαῖς πειρός, Troiani pastoris. Ex Virgilio

Horat. Od. 1. lib. 1.

Pastor cum traheret per freta nauibus

Ideis Helenam perfidus hospitam.

Ab Ouid. in epist. ad Propert. Eleg. 2. lib. 2. Paris di-

citur pector. Cicero etiam epist. 16. lib. 1. ad Attic. pector

Iada.

8. LEDÆAMQVE HELENAM.] Ita vulgo omnes

tam Græci, quam Latini, & nihil receptius. Sed Poë-

ta quidam apud Athen. lib. 8. Helenam facit filiam

Nemesis his versibus,

Τοῖς ἡμέρας τραγῳδίαι Ελένη θεοῦ μεταστρέψαται,
Τὸν ποτε καλλιεργούσα Νεμέση, φιλότητα μεγεῖτα
Ζεὺς θεῶν θεατροῦ θεοῦ κράτερας ὅτις αἰταγμένης:

Hinc Helenæ admiranda viris est terrena nata,

Quam Nemesis commissa Ioui pulcherima virgo

Calicolum Ragi peperit vi foris coacta.

Quis hic Poëta an Cyprus, an Stafinus ipse ambi-

git Athenæus, in posteriore video doctos incli-

nare. Sed sciendum ex Lastantio lib. 1. cap. 21. Le-

Leda dicta dan post mortem, distam Nemesis à Gentilibus, et Nemesis.

F. 2 qui

qui mortuis solebant mutare nomina. De quo iam supra, vbi locutus sumus de Circe, & Matrica.

9. Quid tva sancta fides?] Vide liberum in absente Turnum. Verè enim dixit Caffiod. epist. 15. lib. 1. *Pervie sunt enim semper iniurias facultates absentium. Addo, & honores. Hic enim nulla habita cura honoris Turni.*

10. Si gener, &c.] Vide Victor. lib. 26. cap. 5. vbi narratione quapiam illustrat hunc locum. Et adiungo à me locum non multò dissimilem Plinij in Paneg. vbi loquens de adoptione, qua Nerua Traianum adoptauit, ita ait: *An Senatus Populusque Romani exercitus, provincias, socios transiijssimus unius successorem ex sinu vxoris accipias? summeq[ue] potestatis hædemantum inira doxum tuam queris? Non per totam ciuitatem circumferas oculos, & hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes, quem optimum, quem Diu simillimum inuenies?* Quibus ait, in eligendo successore ad Imperium, illum debere censi, coniunctum sanguine, qui optimus, etiam si ex alieno genere: non qui ex sinu vxoris accipitur, si is non optimus. Et locum Soph. in Antig. vbi Creon volens interficere cognatam Antigonem, dicit pro-

Absentia
expeditio-
naris.Successor
Imperi, quis
esse debet.

*His vbi nequicquam dictis experta, Latinum
Contrà stare videt: penitusque in viscera lapsum
375 Serpentis furiale malum, totamque pererrat:
Tum verò infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more fuit lymphata per vrbem.
b Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
380 Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur spatiis: stupet infacia turba,
Impubisque manus mirata volubile buxum:
Dant animos plagæ; non cursu segnior illo
Per medias vrbes agitur, populisque feroce.
385 c Quin etiam in sylvas, simulato numine Bacchi
(Maius adorta nefas, maiorēmque orsa furorem)
Etuolat, & natam frondosis montibus abdit,
Quò thalamum eripiat Teucris, tædāsque moretur.
Euoë Bacche fremens, solum te virgine dignum
390 Vociferans: etenim molles tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choro, sacrum tibi pascerre crinem.*

A R G U M E N T U M.

Procedit Regina in furias, recipio iara penitus veneno
intra viscera.

E X P L I C A T I O.

NON expugnatur rationibus illis Latinus; stat non alter, quam rupes præterita fluctibus. Interim serpentis lues lapla iam penitus in viscera totam Regitiam occupat, eratque non iam per curram, sed ossa, & venas, ac tum vix credas quibus monstris excitaretur, ut per vrbem fureret. Sunt hic monstra imagines illæ, quæ Reginæ animo obii-

Cibantur, afferente dolore illa phantasmatu. Sime more est, sine exemplo, ait Seru. Lege, quæ de hac voce lib. 8.

b Adhibet comparationem negotio aptam. Solent pueri in atris adiūtum turbinem flagello agitare. Vide verò vti in puerili ludo viuidè, & non pueriliter. Volitat turbo sub verbere circum atria; nam magno in gyro, ideo postea curvatio spatiis. Agitur scutica (habenam hic vocat) stupent præ admiratio-ne pueri, ut qui inscij, ut qui impubes, ac proinde nondum majoribus assueti. Plagæ iterum & sœpe inflicta turbinem versant, neque finunt cessare. Ergo Amata non segnior per medias vrbes furens agitur, rotatur, volitat. Dicit feroce populos, quos ipsa scilicet mouebat ad ferocitatem furor suo.

c Ecce verò furorem, verius nefas ultra omnem modum. Natam in sylvas abdit, simulat Bacchi fe-

sta,

pinqitatis rationitem duendam à bontate, & virtute. Itaque illi erunt cognati, qui boni sunt, etiam cognati ex aliena familia: contrà cognati duendi sunt boni alieni, si mali fuerint. Hanc enim sententiam elicio ex verbis illius, præsertim ex istis,

εἰ δὲ τὰ διάσποντα
Αντρας, Σπήλαια καρπα τάσσεται
σε πρὸς κομαῖς
Μαλισκα, ἀλαν ποτίους alienos.

ii. DICERE DIVOS.] Adscribo hoc doctissimo viro Germano. Dicito antiquis pro oraculo fuit. Aetius in armorum iudicio: *Aperit faur dictio, si in dictio pro telligas. Pacuvius Peribcea: Flexa, non falsa autem auctoritate dictio Delphis solet. Linus lib. 8. Autem ab Tareniniis in Italia data dictio erat, caneret Acherasiam aquam, Pandulianque urbem, ibi fatus eius terminum dari. Fortasse (addit idem) quia Græcis λόγοι etiam est oraculum. Bene. Inde enim prouerbiali veluti forma Pollux lib. 1. εἰ θεοὶ λόγοι: *Dicte ex Deo venti. Adhaec præditiones esse oraculorum quis nescit?**

12. IN ACHVS.] Huius ævo floruisse Mosæ scribit Clemens lib. 1. Strom. cap. 10.

Diction ex
Deo.
Prouerb.

I N VII. ÆNEIDOS.

A pag. 404. φέρεται τις καὶ μανιάν παραπομένη: Bacchicū quidam vibrans, & furiale. Sic & ab Plutar. Olympias Alexandri marer inducitur ἡ θυσιαρίς Κύπρος Καρεντεραπ; narrat hoc in vita eius Principis.

4. LYMPHATICA.] Cur furentes dicantur lymphatici, hærent adhuc doch. Creditum veteribus eos futore coripi, qui in aquis Nympharum imaginem ma-

vidissent. Sed hoc tritum. Deinde, sicut Larthi, & Alters.

Ceriti dicuntur, qui Laruarum, & Cereris furiis aguntur, ita lymphati, qui furiis Nympharum. Iratæ enim Nymphæ, præfertim si nuda conspicerentur, perpetuo furore inspæctores suos mulcabant; hi Græcis νυμφόν παραπομένον dicebantur. Nam videlicet, quas hodie Lymphas, olim Nymphas vocabant. Cuius

Rupis sermo ad hominem. 1. CONTRA STARE.] Vide, vt explicui. Non enim dubium, quin representet imaginem rupis eius, de qua ipse in 6.

Nec magis incepio vulum sermone mouetur, Quam si dura filex, aut stet Marpesia cautes.

Et de eodem Latino in hoc libro;

Illa vultu pelagi rupes immota ressistit.

Lege vtrunque locum, vt hunc exornes.

2. PENITVS.] Vox ista, & aliae hæc signarissimè, vt quæ sententiam integrum ab superiori discriminet. Hic, penitus lapsum venenum, prius tantum lues sublapsa. Hic, in viscera, ibi tantum, pertenui sensus. Hic, totam pererrat, ibi, Nec dum animus toto percipit peccore flammam. Ideo hæc ingentibus monstris agitur, & fari sine more, ibi mollius, & matrona de more. Itaque quamvis ibi dicatur, arque offissus implicat ignem, tantum conatus Furia exprimitur. Sicut in superioreibus illis, præcordia ad initia fibidit. Dicit enim, quid tum aggressa Aleæto, non quid gestum.

3. INGENIBVS EXCITA MONSTRIS.] Habet hoc Poëta, vt cui rei semel habet, eidem insistat tecnicissime. Adumbrait, vt vides, bacchantes feminas. Quoties eò recurrit? Hic ingenibus excita morbris, furii lymphata, per medianas vrbes agitur, euolat, fremit, vociferatur. Quid deinde, furii accessus pectora matres: ultatibus aethra complevit. Et Regina ipsa, sanguineam torquentem, illamque Aleæto stimulis agit undique Bacchi. Libenter hæc adnotauit ad imitationem poëtos. Non dissimilia Eurip. in Oreste eidem sermoni identidem insistens, ποτέος, δι' οἷαν νῦν τεχνηταὶ μενιάτον: D

maris sanguis ipsum rotat insanius. Eundem Eumenides εξεμπλωτοὶ φέροι, exigitam metu. Idem iterum, σεμνοῖς απὸ ποδὸς ἀρπαζον, ἀλεῖτο προστιθεντα. Iterum, μεμυτοὶ, φεύγοντες: γένος μανιάς, & λύσας μανιάς: & μανιάς αἰλυνον, καὶ φίλοις, morbus furens, furor insaniensis, insanius errans, & terroribus. Similis furor Iocastæ apud Statium lib. II. Theb.

Expanit famam, nec tardè credit, ibat
Scissa comas, vulnique, & pectora mida cruento.
Non sexus decoris memor. Ponibea qualis
Mater ad insani scandebat culmina montis
Promissum saeo caput allatura Lyeo.

Similis Imilces vxoris Annibalis apud Silium lib. 4.

Atque urbem completi moysi clamoris Imilce.
Edonis ut Pangæ super Trietevide mota.

It inga, & inclusum suspirat pectora Bacchum.

Homer. 12. Iliad. de furente Andromacha, μανιά
τον Bacchanti similis. Non abit locus aliis Statij 1.

Theb. de furente femina:

—puls ex animo genitörque, pudorque,
Et metus, ipsa vltro fatus plangoribus amens

Telta replet, vacuumque ferens velamine pectus.

Verissimè Seneca lib. 2. de Ira cap. 35. Liquit decor
omnis iras. Vides enim vt omnes istæ vltro decorum
inscantur. Sic & Theodosia Augusta apud Cedren.

Cerda in Æneid. tom. 2.

F 3 Ab

Garrulus in lasso cur annulus orbe vegetatur?

Cedat ut argutis obvia turba trachis.

Hic enim annulus longè à turbine. Eiusdem memini-
nit alias locis ter, aut quater. Itaque falsus Alberi-
cus in lib. Virgilian. 1. e. qui ait τροχοὶ

Phocyllidis respondere turbini. Neque confundit
Acro, vt quidam falsò putant. Aperte discriminant
Mercur. in Gymnast. & Velserus in Notis ad mo-

numenta Augustæ Vindelicor. Est ergo turbo, quem
Graci vocant Κυκλοί, quémque in Graeco Epigram.

Turbo quid.

Ita descriptum habes.

Oī δι' ὅπ' ἵππον οὐρανοῖς θοάς Κυκλούς ἔχοντες

Ἐπερπετεῖς ποτέ εἰς τροχοῖς.

At pueri scyali ludentes turbine acuto.

Verebant lato quisque fumum in tritio.

Et apud Tibullum Eleg. 5. lib. 1. cap. 57. τροχοὶ θάυμα.

Martialis:

Namque agor, ut per plana citus sola verbere turbo,

Quem color adsteta versat ab arte puer.

—pronubam thalamo feram

Ye ipsa pinum.

Ibidem in Choro,

Multidam tam tempus erit succendere pinum.

Ouid. i. Fast.

Dum tamen bac sient, vidua cessate pueras,

Exoptat puro pinea teda dies.

Catul. in Carmine Nuptriali: pineam quate redam.

Varro lib. 2. de vita Populi Rom. Cum a nouis nuptiis

ignis in fuce afferetur, de foco eius sumpus, cum fax ex

pino ablata esset, ut campuer ingenuis afferret. Id est Varro

in Gerundo. Confidit multorum tota Roma,

qua noctu nubere solita, etiam pinae fas indicat. Sunt

qui enixè contendant in nonnullis horum alter le-

gendum, præsternim in Catullo, pineam tadem, in his

est Parthenius. Sed nihil me mouent, vt recedam à

receptiōni lectionibus. Scio. scribere Plinium c.

18.lib.16. Spina nuptiarum facibus auctorissima, quoniam

tide fecerint pastores, qui repurum Sabinos, ut auctor est

Messius. Sed cur ex hoc loco Parthen. legit pī-

neam in Catullo, & non pineam ex infinitis aliis? In

duplici enim loco Virgilij, in duplici Seneca, in du-

plici Varonis, in Ouidio perpetui librorum con-

fensus dicit nos ad pinum. Præsternim cūm adiciat

Plinius: Nunc facibus carpinus, & corylus familiarissime.

& ex variis Itaque ex variis arboribus eas fieri perspicuum est.

arboribus. Qui ex spinō volunt factas has faculas, credo illos

sequi opinionem veterum, qui adhibebant spinum

pellendis noxiis, de qua re latè Ouid. 6. Fast. Sed

contra omnes Criticos, & præsternim contra Iose-

phum Scal. qui in Varrone pīna legit, & Ouid. pī-

nea tada, Delius stomachatur; & in omnibus aut le-

gendum pīnum; nam spinus expers est resina, & tē-

dis inidonea. Sequiturus sum gustum interpretum,

qui pīnum referunt ad faces nuptiales. Sed cur non

dici queat, gestas quoque ab Amata faces, ut bac-

chante, etiam extra animum ad nuptias? nam faces,

potissimum Baccharum, & bacchantium insigne.

Apud Aristophanem Pluto, cūm quispiam di-

ceteret.

Io, Erinnys ēn ἥρα γένεται.

Επίτε τοι μανική! Εγένεται.

Fortasse Erinnys est aliqua ex tragedia.

Quia vulnū pīse ferit furiale, atque tragicum.

Cūm hæc (inquam) quispiam diceret, subiecit sta-

tim Chorus.

Αλλ' ει τέλος δέδασι.

At non gestas faces.

Quasi hoc vñum, quod porissimum erat, decesserit

furenti. Porro de numero facularum, debere esse

quinkue tantum, iam Plutarch. & pī.

9. SVSTINET.] Ipsa videlicet Amata. Dignus

locus, qui animaduertatur. Apud Latinos patrimi

vt plurimum, pueri faces præferabant, alii inter-

duum: de matre rara, quod sciam mentio, & præ-

ter locum fruct Virgilij, vix hic mos aliunde alluc-

cat. Reperi etiam Calpurnian Flaccum Declamat.

28.vbi ait: Ego autem quid faciam? laqueum filia sol-

uum, an flammeum superponam? faciem subenti præferam,

an rogam iacentis accendam? Sed Græcum esse ritum,

clarè liquet ex Eurip.vbi in Phœniss. Iocasta loqui-

tur hunc in modum cūm filio Polynice, qui se ab-

sente nuptias contraxerat cūm filia Adrastii.

Εγώ δέ τέλος δέδασι φάσι

Νομίους εἰρήνης μαρτυρία.

Ego vero neque lumen ignis accendi tibi

Legitimum in nuptiis,

Vide decet matrem beatam.

Matres pre-
ferebant fa-
ces nuptia-
les.

A Interpres Apollonij in lib.4. Arg. clare ait, ἡ παν-
τοῖον μητρὸν δεῖχθεῖ τὸ γαμοῦ: nubentium ma-
tribus moris fuit faces in nuptiis preferre. Apud Apollo-
nium ipsum Iuno, quæ Therin nutriuerat instar ma-
tris, faciem se in eius nuptiis prætulisse testatur cūm
ait:

—αὐτὴν δὲ στασιαὶ χειρῶν ἀρχοντος

Ιψη ego flammas meis manibus presuli

Nuptiales.

Apud Basilium Episc. Seleucia lib. i. Teclæ, pater
cuicudam virginis ait sibi fusile in votis γαμίλων
ἀπὸ λαυρᾶς, accendere nuptiales facem;

10. HYMENÆOS.] Abundat alibi:

B 11. SANGVINEAM TORQVENS ACIEM.] Est Toruus in-
hoc, quod lib. 4. Sanguineam voluens aciem. Indicat
toruus intuitum. Græci βλαπτερινοὶ, atque etiam
τραχεῖα: nam in tragœdiis torui, & truculenti

12. TORVM.] Id est, toruē, si nostros separatis,
qui ita explicant. Sed malo, vt subaudias verbum,
aut sermonem ex Græcorum canone, vt dicat, inclina-
tum toruū, & minacem sermonem.

13. Io.] Onines penè affectus continet, dolen-
tes, exultantes, furentes. De primis Ouid. 4. Fast. de
Proserpina rapta:

—Illa quidem clamabat, Io, charissima mater,

Anferor.

De alteris Dio loquens de militibus in Claudi lib-
ertum iο cānibis, αὐμβούς τε ιερούς τε τὸ
Σπουργεύον, τοιούτους: Clamantes statim illud tritum,
Io, Saturnalia. De tertuis Val. Flac. 6. Arg.

Sporta sua strepere tabe, Mars fennus ab altis

Hoffis, Io, conclamat equis.

In Virgilio possis capere aut primos, aut ultimos.
Primos propter illud, Si qua piis animis, &c. ultimos
propter orituratem, & aciem sanguineam.

14. AVDITE, &c.] Par illud Homericum Imitatio.
Iliad. 18.

Κλῆτε κατίγονοι Νηριδες, ἐφό δὲ παραγαγεῖ

Εἴδετε δικαιούσας τούτην εἰς κύρια θυμῷ:

Audite sorores Nereides, vt bene omnes

Sciatis audientes quanti meo infint dolores animo.

Integro Virgilij loco hæsit Silius lib. 4. repræsentans
querelas Imilces xvoris Annibalis. Lega ab eo loco,

Clamat, Io, conix quocunque in cardine mundi.

15. IVRIS MATERNI.] Non dubium, quin lo-
quatur cum respectu ad leges de liberis, qui sunt sub
potestate parentum, nec dum emancipiati, sed adhuc
patrī iuris.

16. REMORDET.] Illustrauit lib. i. Aeneidos,
Adi.

17. SOLVITE CRINALES VITTAS.] Nam hic vi-
delicet habitus Baccharum, quod iam supra ex He-
liodoro, & alius firmaui. Hic exhibeo Ouid. lib. 4.
Metamorph.

Pectora pelle tegi, crinales soluere vittas,

Servia comis, manibus frondentes sumere thyrsos,

Et Liuum lib. 39. Matronas Baccharum habent crini-
bus passis cum ardentiibus facibus decurrere ad Tyberim.
Nonnum lib. 14. Dionys. de quapiam Baccha:

Πλοχαὶ εἰλικρίταις ἵπαστοι καρπῶν:

Comas intortas mouens capitum.

Solutas quippe intelligit, vt Catull. Splendidas qua-
tiunt comas. Claud. de 4. Cons. Hon. crinēque solu-
entes Manades.

18. VITTAS.] Hortatur, vt depontant signum
matronalis verecundiae: huic enim vñi vitta seruie-
bant. Ouid. i. de Art.

IN VII. AENEIDOS.

Est procul vitta temores, insigne pudoris.

Idem 2. Metamorph. de virgine Nonacrina,

Vitta coeruleat neglecto alba capillos.

Valer. lib. 8. Arg.

Vlta virgineis tum flens dedit ocula vittis.

Inde amissa virginitate idem Ouid. de Sylua sic

scribit 3. Fast.

Decidit ante sacros lanaea vitta focos.

Videntur autem Poëtae locuti ex Romano more,

quo matronis in vñi erant vittæ. Val. Max. cap. 2. lib.

5. Sanxit Senatus, vt feminis semina viri cederent, confessus

plus saluus in stola, quam in armis fuisse, vetustisque au-

rium insignibus nostrum vitta discriben adiicit. Quippe

illigat comæ pudorem indicant, foluta licentiam.

Optatus Africanus scriptor ita lib. 6. scribit in Do-

nacristas: Inuenitis igitur huīsmodi virgines, qua iam spī-

ritualiter nupserint, quasi secundò coegerit ad nuptias: vt

crimes in eum soluerint imperiis. Hoc nec mulieres patiuntur,

qua carnaliter nubunt, ex quibus si aliqui marium

magare contigerit, non reperitur illa temporalis festivitas.

A 19. CAPITE ORGIA.] De his iam alibi. Hic ad- Orgia, quæ

noto, nullum fortasse locum illustriorem esse isto finit.

Maroniano ad sciendum quæ sint orgia. Ait enim;

capite orgia. Sunt ergo orgia, thyrsus, rami, pélles, &

cetera omnia, quibus peragi solita Bacchi festa. Id,

ni fallor, indicat hic locus. Hinc traduci vocem ad

significanda festa, nihil est mirum. Quia vero

haec vox tota est facrorum, notabis obiter, inde

fortasse dici Græcis ὅπερι terram illam, que sacra

Dius est, eorumque cultui attributa. Pollux lib. 1:

3. Sanxit Ὅροις πάνται οἱ ιεροὶ, & ἐπὶ τοῖς Tellus inculta, ac Diis

orgas dicuntur. Innuit quippe in voce Ὅροις cani

coli non posse ad vñi mortalium. Non enim aliter

Orgas, quæ

ζεὺς Ὅροις dicuntur sacra Diis animalia.

20. INTER SYLVAS.] Propriet, & ex disciplina Bacchantiū

bacchantum. Plutarch. in lib. 10. τοῦ τε οἴνου. Βακχοὶ οἴνοι.

vixi μαρναρίδης Διόνυσος αὐδίστοις Ιπατίς αὐαναρίδης.

Bacchum Eumeni versantem currentemque in montibus in-

ter feminas vesanis. innocent honoribus.

* Postquam visa satis primos acuisse furores,

Terricula-
menta pue-
rorum unde
habent ori-
ginem.

Admonet me Callimachus (hoc venia tua Lector) A moris, quem aperiam. Terricula menta ista, quae solent infantibus proponi, ut quiscent aut ploratu, aut ab re quauis alta, Hispani oves dicimus, trahunt originem iam olim ab antiquo auro. Versus Callimachi aperientis hunc morem hi sunt, loquitur autem de Cycloibus.

Ἄλλοτε περάπον τοῖς αἴπει θέα μητρέει τεύχοι,
Μήτρη μόνο Κύκλωπος ἐγένετο παιδί καλίσπει,
Ἄρην δὲ σερόπον. Οὐδὲ δύομενος ἐν μυχάστοιο
Εργεῖ Ερυξίνε, αποδινή κεχρημένος αἴθρη.
Αυτίας τοῦ περιπομφόμενος οὐδὲ τετελός
Δύνει τον κώλωπος, Θερέαν δέ τοι φερεις χειρας.

Nescio enim quomodo ista, quae per manibus habemus, afficiunt nos, sullorum originem altius repetamus. Versus Callimachi ita redde.

Cum puellarum aliqua proutrum quidpiam in matrem fecerit,

Mater quidem Cyclopas aduocat contra filiam suam, Argos, aut Steropen. Ex eisibus vero interioribus

Mercurius exsilit, carbonem aro illitus.

Protinus ille puellam territat: illa vero ad genitricis Configit sinus, posens manus in illius oculis.

Et Mercurius quidem pra aliis adest, quasi illum remittant Cyclopes ad illa terricula menta: nam is Deus

a Tum vero ad vocem celeres, qua buccina signum

520 Dira dedit, raptis concurrunt vndique telis
Indomiti agricolae, nec non & Troja pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.

b Dixérere acies: non iam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur, sudibusque præfutis:

525 Sed ferro ancipiti decernunt; atraque latè
Horrescit strictis seges ensibus: æraque fulgent
Sole laceffita, & lucem sub nubila iactant.

c Fluctus vti primo coepit cum albescere vento,
Paulatim sele tollit mare, & altius vndas

530 Erigit, inde imo confurgit ad æthera fundo.
d Hic iuuenis primam ante aciem stridente sagitta
Natorum Tyrri fuerat qui maximus Almon,
Sternitur: hæsit enim sub gutture vulnus, & vdae
Vocis iter, tenuemque inclusit sanguine vitam.

535 e Corpora multa virum circa, senioreque Galesus,
Dum paci medium se offert, iustissimus vñus
Qui fuit, Ausoniisque olim ditissimus aruis,
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.

A R G U M E N T U M .

Venient ad armæ rusticæ, & Troiani: cadiit Almon Tyrri filius, & Galesus senex.

E X P L I C A T I O .

Dato signo à Furia statim ruunt agricolæ
furiosi atque infani; nam hi sunt indomiti. Et
quia multi, ideo concurrunt: & quia bellum subitum,
ideo raptis telis. Troiani vero auxilium præbent Ascanio, non tam vt noceant, quam vt bellum repellant. Cauet enim Poëta ne in crimen improbitatis incurrit. Quia vero salus Regij Principis agebatur, ideo effundit auxilium, & aperit castris. Ita ferme Donatus expendit. Vocat buccinam diram, vt indicet aduerso pugnatum omne.

Aperta ca-
stra, quæ
fint.

c quia multi, ideo concurrunt: & quia bellum subitum, ideo raptis telis. Troiani vero auxilium præbent Ascanio, non tam vt noceant, quam vt bellum repellant. Cauet enim Poëta ne in crimen improbitatis incurrit. Quia vero salus Regij Principis agebatur, ideo effundit auxilium, & aperit castris. Ita ferme Donatus expendit. Vocat buccinam diram, vt indicet aduerso pugnatum omne.

b Orsus belli primus fuerat ab stipitibus, ab torre obusto: cessarunt hæc arma, certatumque est ferro, atque ensibus. Vide vero apparatum armorum ex ferro

ferro ancipiti, id est, vtrinque noxio, quales esse A est depopulat, donec coatti sunt Campani, nihil admodum viribus suis fidentes, egredi portis, & castra ante urbem in aperto communire. Ergo in Poëta, castris aperiis, erit, subdialibus. Sed non dubium, quin simplicius Poëta possit explicari, videlicet aperita fuile castra ad effundendos milites, ea ratione, qua dicimus, aperito ostio erupisse aliquem. Ita Statius dixit 2. Theb.

— despicere agmine facta

Quinquaginta alii fundantur in ordine portis.

4. STIPITIBVS D VRIS, &c.] Simile belli genus representat Liuus lib. 3.4. Iam c. g. h. op. oppugnabantur, saxisque, & sudibus, & omni genere telorum submoebantur a vallo Romani. Statius lib. 4. pines armat stipes.

B 5. SVRIBVSVE PRÆVSTIS.] Propertius etiam lib. 4. Eleg. 1. loquens de Romanis, cum agrestes erant,

Nec rudis infelix miles radiabat in armis,

Miscebant uita prælia nulla stide.

Sudes videtur intellexisse Silius lib. 3. cum scribit:

Contenti parca durasse hætilia flamma.

Item lib. 8. cum scripit:

Gestabant tela, ambulas sine enipide cornos.

Sicut & Statius lib. 4. Th. vii inter arma adhibet — robora flammis

Indurata diu.

C Silius iterum lib. 9. H. pini flagrant clement. Tacitus dat Germanis 2. Ann. p. p. t. tela. Homer. στολὴ ταύπι-
να. Apud Plutarchum in vita Crassi, Spartacus, Sudes inter
& eius socij bellum gerunt εἰς τὸν διατελεῖν τὸν πόλεμον, & vernibus ex
εἰδένει, καὶ δελτοῖς, αρρητοῖς gladiolis, & vernibus ex
coquina quapiam. Certò liquet ex testimonio sudes
fuisse inter misilia, scribente Tibullo lib. 4.

Quis tardaverit sudem melius, celerimve sagittam

Icerit, aut lento perfugerit obvia pilo?

Fefus quoque: Sub vineam iacere dicuntur milites, cum
ad tantibus centuriis iacere dicuntur sudes. Seneca

epist. 89. Sudes torqueat inuentus olim discepit. Profero
& Tacitum lib. 2. Hist. Orthoniani sudes, & immensis

lapidum, ac plumbi, & que moles perfringendis operibus,
obtundisque boſibus expeditum. Clari notat esse misilia
sudes coniungens cum lapidibus, & plumbo.

Non vero otiosè addueta hæc testimonia, ut vide-
lect scias non semper sudes usurpatas in agresti tan-

tum rusticorum certamine, quod hic indicat Maro;
sed in aliis etiam. Hoc enim astruunt nonnulla ex
adductis. Præterea Starius in bello Graecorum lib.

8. Concurrit per inane sudes. Quod sanè bellum longè
à rusticis, inq. inter Graecæ Principes: & lib. 10.
eiudem bellum ait rotatas è muris Thebanis sudes.

Et lib. 1. Achill. in apparatu ad bellum Troianum:
Aut torre sudes, galæisque attollere conis.

Curt. lib. 3. in apparatu Persarum. Quidam igne li-

gnum durauerant. Notetur elegantia Aristophanis in
Pluto, vbi præfutans sudem vocat σφειδανον, quia vi-

delicet acuminato est & acuto ligno in fine, nimis
sim gracilescunt. Cur vero corripit diphthongum

E Poëta? an quia sequitur vocalis, ut vulgus vult? an
quia (didic hoc à Christophoro Rufo in Anteexege-
matib.) diphthongus occupat sedem quintam, non

Diphthongus quando
quia vocalis sequitur? Placer hoc præ vulgari opi-
pi.

Nam Lucretius lib. 3.
Arma placent miseris, detritaque commoda lux

Vulneribus reparantur, inops audacia tutæ est.

3. CASTRIS APERTIS.] Huic loco lucem dat La-

zius lib. 4. Comm. cap. 5. cum inter varia castro-

rum nomina ea quoque inferat, quæ dicta peculia-

riter castra aperi, id est, sub dio, præcunte ad hanc

rem Liuus lib. 23. Agrumque Campanum ferro, ignique

Corda in Encl. tom. 2.

H 3

6. FER.

Anceps fer-
rum. **6. FERRO ANCIPITI.**] Respondet huic ξέρος A
διφνες Homeri, & αμφίπον Calab.lib.1.aliter, nam
bipennem αμφιπον, utrinque ferimem.

7. DECERNVNT.] A Gracis, qui pari significatu
sumunt *newdys* & *stanevndys*.

Seges armo-
rum horret. **8. HORRESQUIT STRICTIS SEGES ENSIBVS.**] Ita in 12.

— strictisque seges mucronibus horret

Ferreas.—

Et in 11.

— tum latè ferreas hastis

Horret ager.—

Et 2. Georg.

— densisque virium seges horruit hastis.

Homerus lib.1.Iliad.

Επειχεν δέ μάχη φθονούσε, οὐδέ οὐχέτο:

Horruit autem pugna corruprix hominum hastis.

Lycophron in Calland.

— πόλενεαν δέ αὐτούς λαζαγέας

Αββάχεις ἀποτινθεῖσε.

Horrebat ut arua segetis hastis splendentes.

Ennius apud Macrob.

— sparsis hastis longis campus splendet & horret.

Alibi idem:

Horrescit telis exercitus affer virisque.

Pulchre quoque Nonnus lib.22. cristas galearum

vocat legemet: nam de duce quodam,

Ἐγένετο βεστον τοποθετολα κατά τετραν:

Telo Biforio secans segetis, quererant in variis galeis.

Videtur mihi Stat. candem rem representare, cum

dixit lib.7.

Telis erat campo belli fluitans imago.

Nam Poëta illam spicarum agitationem solent ex-

plicare per fluctus. Claud.1.in Ruff. seges ferri dixit.

Non hinc abit nota Hesychij, qui Ἀλκυόνem dixi-
scε αὐτοῦ, id est, εργατα αὐτοῦ ὁ οἰκανός, pro hac cu-
spide. Plutarchus etiam in Catone αὐτοῦ dixit pro
mucrone gladij. Scio à nonnullis dici, quid pecu-
liarius intelligi ea voce à Plutarcho.

9. AERA QVE FVLGENT SOLE LACESSITA.] Est
hoc, quod Lucanus dixit

Adventisque acies percussis Sole coruscō

Conspexit relis.—

Aduis etiam Epinausimache,

Ab classe ad urbem tendant, nec quisquam potest

Fulgentium armūm armatus ardorem obtui.

Noster pari fulgore lib.11. Aeneid. campique armis D
sublimibus ardenti. Quem locum vide. Lib. etiam 2.
dixit.

Adentes clypeos, atque era micantia corno.

Euripid. Phoeniss. cùm recenset apparatum bellicum
multa habet eiusmodi, vt cùm alt. παταχαλην απαν-

μελιν αὐτοῦ: Αέneus campus totus fulgurit. Hippo-

medon dicitur ἐσφωνός, fulgurans vultu instar fideris.

Et de Polynice φλέγοντα fulgore. Iterum,

Αὔρα δέ πόλεν νέφος

Αστρῶν πυκνὸν φλέγει,

Σχῆμα φονίν μεχρίς:

Circa urbem nubes

Clypearum densa fulgurat,

Species cruentae pugna.

Homerus 11.Iliad.

χαλκὸς ἔρανον τονον λάμπετο: ferrum

ad celum usque splendebat. Statius libro duodecimo

Theb.

— nec puluere crasso

Armorum lux vixit perit, sed in aethera longum

Frangitur, & medis ardenti in nubibus hastis.

Et de galea Martis lib.3. tubar: & de eiusdem clypeo

lux: & lib.4. Solem radius ignescere ferri.

10. SOLE LACESSITA.] De Polynice Eurip. Armorū
Phoeniss. Sole fulgori.
Εἰς τοια φλέγει έπον βορεῖς δὲ θάλα:

Fulgurans instar Solis matutinis radiis.

Ammianus lib.9.in ipso initio: Cùmque primum Au-
ro: a surgeret, uniuersaque videlicet, armis stellatibus
coruscabat. Valer.11. Arg. facit scuta Argonotarum
lucere perussa Sole. Similia verò Lucretij loca nota-
tauit Germ.hæc,

Corpora que feriant oculos, visumq; laceffant.
Et,

Hæc loca per voces veniant, aurisque laceffant.

Iterum;

Hic odor ipse igitur nares quicunque laceffit.

B Vbi vides vsum verbi in triplici sensu, videlicet, Laceffo ad
oculis, auribus, natibus. Sic tu poteris in gusto, & ta- sensus qua-
etu, si quis dicat, que.

Efca cibi sapidi faucesque gulamque laceffit.

II. Et IVCEM SVB NUBLA IACTANT.] Au- Nubila
disti iam versum Statijs, & mediis ardenti in nubibus armis ful-
goris. Non abit Claudio. 1.Rap.

Hædique terribili surgens per nubila gyro.

Neque ista eiusdem lib.2. in Ruffin. de signis Ro-
manis:

— aliisque videres

Surgere purpuris undantes angubus hastas,
Serpentisque virgo colum suire volatu.

Et Paneg. de 3. Conf. Honori loquens etiam de Ro-
manis signis,

— multisque tumet per nubila serpens.

C Et de 6. Conf.

— mediisque volantia signa

Nubibus.

Audi quoque Silii Musam lib.8.

Agmina sanguinea vibrans in nubila luce.

Ammiano ventus placuit praē nubilis: nam lib.16.
loquens de Romanis signis, dracones quoque cunda-
rum volmina relinquentes in venum. Statius 3. Theb.
ad Solem configit; nam de clypeo Martis, Sole
longè ferri amulius orbis.

12. FLUVTVS VT, &c.] Hunc versum fatis illu-
strabis his, quæ à me latè libro 3. Georg. ad illud,

Fluctus vi in medio caput cum albescere ponit.
vbi & de comparatione ipsa, & dealbedine vnda-
rum Notis 30. & 31. Hic tantum notetur Homerij
comparatio libro 12. Iliados, vbi milites eunt ad
bellum comparat fluctibus maris. Versus sunt.

Kύματα παραλίαις πολυφόροισι θαλάσσαις,
Κρήτας, φαλακρών θεραπείαις, πολλοὶ τάλαι,
Ως Τροίας πολλοὶ ἄλλοι αρπήτες, αὐτέρει πάλλοι
Χαλκοῖ μερμαροίστες ἀμέρημοντινοί:

Initio.

Fluctus effuentes multisoni mariis,
Turgidi, quibusq; fluma albicanis, bi quidem prius, mox

alijs:

Ita quidem Troiani stipati, bi priores, deinde alijs

Ferro fulgentes vnta cum ducibus sequebantur.

Notetur etiam dictum commodè primo vento albe-

Mare quan-

temperat: nam cùm mare incipit turbari, tunc nigri-

cat. Quod ex Aristotelis doctrina iam astruxit Tur-

nibus. Ouid. 1. quoque in initio tempestatis lib.11.

Metamorph.

Cum mare sub noctem tumidis albescere caput

Fluctibus.—

Volo etiam expendas, optimè initium bellii compa-

ratum cum initio tempestatis. Statius certè ipsum

adhuc

ad huc impetum ad bellum comparat 3. Theb. cum A tarum, sonum iaculorum. Ibidem, ἐπειχείλεγε, sonu-
runt arma.

17. HÆSIT ENIM SVB GVTTVRE VVLNVS.] Guttur trā-
Simile ferè mortis genus vñputatum est Homero, fixum.
apud quem Idomeneus Iliad. 13. Asinus transfigit,
ξεψειν οὐδὲ οὐδὲν οὐδὲν: ad ingulum sub mento. Apud Non-

num lib.22. cadit quidam in acie, Κλυψός οὐδὲ
πείρα, ita in gture. Apud Silium lib.4.

Heft barbitricum sub anula guttura telum
Apud eundem lib.5. Carthaginenses duo occum-
bunt transfixi guttura.

18. VD AE VOCIS ITER.] Vdā vocem dixit, vt Vdā vor.
Lucret. liquidum cibara carmen: vt Tryphiod. spinam
Troiani equi ώρω, humidam: vt Pctl. Satyr. prima;
liquidum plasma de eo, quod applicatur gutturi. Hi
omnes indicant flexibilitatem ex imitatione humi-
di; nam quæ humida, flexilia etiam sunt. Huc
pertinent, quæ iam dedi Eclog. 3, ad illud,

Et molli circuīst ansus amplexus acantho.

Theocritus quippe acanthum vocat ὥρω, & Plinius
in epist. liquidum, tantum ob flexibilitatem. Quod
Virgilus reddidit molli acantho. Sed & Græci dicunt
pari energia ὥρων πιον, vitam humidam, de his, qui Opposito.

ficcii. Plutarchus de puerorum institutione, ait,
ὕπαλασσον γένεται νεότης. Vbi iuuentutem vocat Humidū de
humidam, vt lignet teneram esse ad omnia, & facile
juuentutē.

C 19. VOCIS ITER.] Nam per guttur fit ratio, &
motus vocis. Itaque bene Pers. Sat. 1. guttura appellat
mobile.

20. SENIORQUE GALEVS.] Cùm hic mouea-
tur affectus ab astate, vellem, expendas versus Ho-
mericos, qui habentur Iliad. 12. vbi Priamus ita lo-
quitur.

— νέφος τελεί επειχείν
Αἴρει μεταρθρό, σεμαῖαις ωρές οὐρανού
Κείδει, πανταχοῦ παλαιά θανάσιμης τελεί, τη φωνή.
Δλλά στεδνή πολιόν θελαρητούσιν λεγένεται,
Αἰδών αἰρετούσι μέντος μεταρθρόν οὐρανού.
Τέρη δὲ διδίσιον πολεῖ δελασίαι Ερύθροισι:

D — iuuenem omnino decet
Bollo intrefectum, laniatūque acuto ere
Iacere, omniāque morientis decora, quodcumque appre-
reat:

Sed cim iam canum caput, canimque barbam,
Pudendaque deturpant canes interempti senis.
Hoc utique miserrimum est miseris mortalibus.

21. DVM PACI MEDIVM SESE OFFERT.] Le-
do doctissimum caput Macrobij 4. lib. item Saturni
vbi tractat οὐρανού, quæ Virgilius mouet à causis; &
principe loco exemplum hoc adhibet.

22. IVSTISSIMVS.] Ita 1. Aeneidos de cadente in Iusti etiam
in bello ca-
dunt. Ripheo,

— cadit & Ripheus instissimus vnius,
Qui fuit in Tencris.

E Recedit itaque ait Tacitus 2. Annal. in pace carcas, &
merita spectaculi bellum ingrati, innocentes, ac noxiros iux-
tagadere. Et de re simili Sallust. Catil. iuxta bonos, &
malos libidinosi interficere. Vide vero vii conquestio-
nem excitet, & affectum moueat ab homine iusto
interfecto, quasi hoc indignum esset. Non abit con-
questio Homericus 6. Iliad. de Axylo, quem interfecit
Diomedes, qui tamē Axylus,

Αφροδίτης φίλος, φίλος δὲ οὐρανού,
Πάντες δὲ φίλοι οὐρανού οὐρανού:

Erat diues opum, & hominibus benignus.
Omnes enim comiter excipiebat, secus vix ad inclem-

Huc

Huc pertinet locus Sophoclis in Electra, vbi ait in dignum esse, ut iustus patiatur. Profero cius verbus.

*τέλος ἐπέντε μοι
πατέντε εἰς τὸ θάλαττα
τελεῖται τὸ μέγιστον τοῦ πλανήτη
νόμιμα τῷ τρόπῳ φερούσαν
εἶχε τὴν ζῆσαν εὐσεβίαν:
Nam te video indignè
Adserfa fortuna
Iactari, cum quae summa infitiae,
Et optima est, eam colueris,
Nempe pietatem erga Deum.
Attuli versionem Viti Winsemij.*

23. QVINQUE GREGES, &c.] Videtur mihi Horatius aspirasse ad magistrum Mufam Od. 16. lib. 2. illis veribus,

Te greges centum, Siculog, centum

Migunt vacce.—

Vbi greges sunt, balantes oves Virgilij: vaccaenugentis, Virgilij armenta. Quamvis vero hic Virgilius greges ouium discriminaret ab armentis boum, certum est autem greges pro armentis quoque confusum sumi. Obnium quippe in Plinio greges buum, lanorum, elephontorum. Et Horatius Od. 2. Epod.

Aut in redacta valle mugientum

Prospectat errantes greges.

24. BALANTVM.] Ita Lucret. lib. 2. Balantum pecudes posuit pro ouibus, cum scripsit,

Praterce teneri tremulis cum vocibus hædi

Cornigeras nonni matres, agnique petulci

Balantum pecudes.—

Est etiam in lib. 6. eiusdem locus, quem potuit imitari Virgilius. Ait Lucret.

Confusuratio venit bubus quoque sepe

Pefilias, etiam pecubus balantibus agor.

Quippe Virgilij armenta respondent illius bubus: balantes huius, illus pecubus balantibus.

*25. REDIBANT.] Astru hic locus non decipi illos, qui census & prouentus annuos vocant redditus à redeundo, non redditus à reddendo. In gratiam huius coniectura afferro Cornelium Nepotem ita scribentem in Themistocle: *Ex qua regione quinquaginta ei (Themistocli) talenta quotannis redibant.**

D Grammatici quasiā verborū etymologias. A πάλαι ducent πάλαιν, ab ὄντειν, ab αἴρειν ἀπνειαν: quid videlicet in pecoribus consistenter diuitiae veterum. Et quidem Proclus. οἱ γὰρ παλαιοὶ εἰς τὸ τυργάνον τὸ παντοῖο: Veteres enim in quadrupedibus diuitias reponebant. Sic & πάλαι εἰς τὸ παλαιό. Vide etiam, quae Imbuo, qua potestare.

26. TERRAM CENTVM VERTEBAT ARATRIS.] Numerus Duo hīc nota: primō, numerum certum positum certus pro incerto, sicut in re pari Horat. lib. 2. Od. 16.

*Te greges centum, Siculog, circum
Migunt vacce.—*

Et Scheca in Troadib.

*— centum
Rura qui sciendam opulenta bobus.*

Deinde hac verborum forma solitas olim significari diuitias potius, quam auri, argenti, aut metalli alterius copia, quia videlicet vnis agrestibus firmissima opes constabant. Rectē enim adducit Seruius illud Catonis, qui interrogatus, quis esset paterfamilias, respondit, illum, qui bene pacit, & bene firmissima arat. Sed iam ad firmamenta. Propert. Eleg. 5. lib. 3.

Nec mihi spille ingis Campania pinguis aratrin.

Et Eleg. 1. lib. 4.

Nam tua cum multi versarent rura innuenci.

Statius lib. 4. Theb.

*Quis ipius Lincae tuas, tua littora multo
Uomere suspendunt.—*

Valerius Flaccus lib. 1. Arg.

— ille Othrym, & Aemum,

Atque inum felix versabat uomere Olympum.

Horatius Od. 1. Epod.

*Non vi iuuenis illigata pluribus
Antra nitantur meis.*

Homerus Iliad. 11.

Αἴγας ὁμοῦ καὶ διεῖ, τὰ δὲ ἀστεῖα τοιαύτα τοιαύτα:

Cupras simil, & boues, que ei multe pafcebantur.

Et lib. 2. loquens de diuitiis Erichthonij, qui erat mortalium ditissimus,

Τὸ τριγχλιαῖς ἵπποις ἔλος πατεῖται θεούτερο:

Huius ter millo equo paludem circa pafcebantur.

Pulcherrimè rem candem Iuuenal. & Persius, dicit Milius Iu-

enim tantum terrarum esse diuitiis ad arandum, quan- uenal. & Per-

tum non possint milui volando pertransire. Prior

Sat. 9. tot milios intra tua prædia lassos. Posterior Sat. 4.

D Dives arat Curibus quantū non milius obverret.

Ad has diuitias, quæ olim in pretio, referunt Graci

Grammatici quasiā verborū etymologias. A πάλαι

ducent πάλαιν, ab ὄντειν, ab αἴρειν ἀπνειαν: quid

videlicet in pecoribus consistenter diuitiae veterum.

Et quidem Proclus. οἱ γὰρ παλαιοὶ εἰς τὸ τυργάνον τὸ παντοῖο: Veteres enim in quadrupedibus diuitias re-

ponebant. Sic & πάλαι εἰς τὸ παλαιό. Vide etiam, quae

Diuitias or-

περὶ τῶν παλαιοθεῶν scribit Noster Bisciola lib. 3. Sub-

sec. cap. ad idem enim pertinent. Aristoteles lib. 1.

Polit. cap. 7. vt magnas diuitias indicaret dixit, βοσ-

κυριατῶν πλάτων: diuitia pecorum. Homines diuities ab

Homer. Iliad. dicuntur πολύποντες, πολυεῖδες, ab agnis,

& bobus.

540 Atque ea per campos æquo dum Marte geruntur,

Promissi Dea facta potens, vbi sanguine bellum

Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ,

Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras

Iunonem viætrix affatur voce superba.

545 b En perfecta tibi bello discordia tristi,

Dic in amicitiam coēant, & foedera iungant,

Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros.

c Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas,

Finitimas in bellâ feram rumoribus vrbes,

540 Accen-

550 Accendámque animos infani Martis amore,
Vndique vt auxilio veniant, spargam arma per agros.

A imbutum, qui adhuc est rudis. Vnde præclarè Lipsius Senecam explicans ait, *imbui, perfundi, tingi.* Nec minus præclarè Passeratius illud Propertij Eleg. 1. lib. 4.

Imbuis exemplum prima tu Romile palma.
Explcat, *exemplum instituīs.* Et quidem Poëta pari consecutione postea;

Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros, non, *impleri, aut quodvis aliud.* Huc traho Tullium pro Milone, vbi loquens de lege naturali, qua quis vitam suam tuncetur, ait: *Ad quam non dothi, sed scilicet non instituti, sed imbui sumus.* Quo innuit primum ortum legis huius haberii in ipso vita initio. Et Statium lib. 3. Theb. primumque *imbuias sanguine gentes.* Atque etiam Tacit. 1. Ann. qui ote Blei: *mea patiūs cede imbuite manus.* Quibus hortatur, vt cædem à se incipiant. Roges, vnde orta significatio huius verbū. Forræs à vasculis, cùm primo liquore perfunduntur, quod iam alij putarunt, & indicare Horatius videtur eo versu,

*Quo semel est imbuita recens, seruabit odorem
Tessi diu.*

Vbi imbuita tessi, est, primū perfusa; non, vt vul-

ges putat, completa, & saturata. Fortasse etiam Imbuta te-

alitudo orta significatio, videlicet ab infantibus.

*Audi Festum: *Imbuum, quod rei cuiuspiam succumbit, unde infamibus an velint bibere dicentes, bu, syllaba**

contenti sumus. Cato etiam, vt est apud Nonium, in-

*fantum potionem *buas* nominat, tanquam illi hanc locum, & vocem usurpent, quum hallant, tartant, mammant, *Buas.**

*Ad hoc etiam pertinet Budæi riota, qui ait verbum *Cū* esse vagire, & proprium *Erithreanum*, id est, *infan-**

tulorum. *Cū* autem ortum habet à *Cū*: non defunt autem, qui inde deducant verbum *imbui.*

3. PRIMÆ COMMISSIT FTNERA PVGNÆ.] Sunt Pugna semi-

*hac, quæ Statius 3. Th. vocat *semina pugna, & primor-**

dia bellæ.

4. AMICITIAM.] Ita vocat affinitatem, quæ con-

trahenda nuptis Æneas, & Lauinia. Cognationem cognatis.

& consanguinei adhuc amicos se vocant, quasi hæc vox excedat ipsos naturæ gradus. Electra apud So-

phot. loquens cum fratre Oreste.

ετε γέροντε

Mητρὸς σύνης θεα, μᾶλλον, δικαίας φίλος:

— neque enim unquam

Mauris magis, quam mei amicus fuit.

5. CONVEXA.] Harent hic omnes; sed nemo, Conuexa.

meo iudicio, expeditius, quæ Turneb. qui conuexa accipit de Furia, que per auras vecta: nam in 4.

D Georg.

Visque coloratis amnis denexus ab Indis, Lectione Vir-

pro, deuectus. Qui mutant lectionem hunc in mo-

giliiana.

6. INSANI MARTIS AMORE.] Stat. 7. Theb.

ferique insana voluptas.

*7. VT AVXILIO VENIANT.] Propriè: auxilia *auxilium ip-**

bello, quid.

enim semper aliud ascita. Ita auxiliarius miles dire-

cetè oppositus legionario, qui necessariò Romanus. Opposito.

a Tum contrà Iuno. Terrorum, & fraudis abundè est:

Stant belli causæ: pugnat cominus armis;

Quæ fors prima dedit sanguis nouus imbuit arma.

- 555 ^b Talia connubia, & tales celebrent Hymenatos.
Egregium Veneris genus, & Rex ipse Latinus.
^c Te super ætherias errare licentius auras
Haud Pater ipse velit summi Regnator Olympi;
Cede locis: ego, si qua super fortuna laborum est,
560 Ipsa regam. Tales dederat Saturnia voces.
^d Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
Cocytique petit sedem, supera ardua linquens.
^e Est locus Italiæ in medio sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
565 Amsancti valles: densis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinque latus nemoris, mediisque fragosus
Dat sonitum saxis, & torto vortice torrens.
^f Hic specus horrendum, & saui spiracula Ditis
Monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago
570 Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnys,
Inuisum numen, terras, cœlumque leuabat.

ARGUMENTVM.

*Contenta Iuno vetat plura, illamque cœlo exterminat.
Desribuit locus in quem se Furia abdidit.*

EXPLICATIO.

^a Nihil amplius requirit Iuno à Furia, dicitque
satis esse terrorum; satis fraudium: terrorum;
nam

*Sunt belli causa, pugnatur cominiis armis:
fraudum; nam*

Quae fors prima dedit sanguis nouis imbuti arma.

Videlicet ob ceruum vulneratum dolo Furia. Itaque secundus, & tertius versus explicant primum.

^b Duo hi versus videntur mihi positi cum magno iudicio, ut respondeant pari emphasi, & confectione verbis Furia, quæ etiam irridens dixerat,

Dic in amicitiam cœant, & fædera iungant.

Ergo ridens quoque Iuno, *Talia connubia, &c.* Et quidem hic Seruus irrisione agnoscit ex illo, *Egregium genus, vt, Egregiam vero laudem.*

^c Non respuit Furiam fastidiosè, ut quam videat sibi egregiam operam praefitissimè, sed conferit in Iouem excusationem, qui nolit illam diu versari in luce; & se sit conjecturum quod supereret.

^d Volatum Furia mirè describit ab stridore anguum. *Sedem Cocyti opponit ardus superis.*

^e Describuntur valles Amsancti, in quem se locum Furia mersit. Descriptio petitur à situ, ab notitia, ab horrore arborum, ab torrente. Ab situ; nam in umbilico Italie, & sub altis montibus: ab notitia; nam locus ille nobilis, id est, vbique notus & celebris, ideo sequitur, *memoratus in multis oris: ab horrore arborum; nam locus ille vtrinque vrget atro densissimarum arborum nemore: ab torrente; nam inde se per saxa fluuius frangit, demittitque cum ingenti strepitu vorticofus.*

^f Hoc igitur loci specus est horrendum ab atro, & denso nemore; nam supra,

*—densis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinque latus nemoris.*

c Principe loco catalogi Mezentius ponitur, & hic contemptror Diuûm; quasi dicat, impius contra prium Æneam. Verbum *ini* propriè, quasi, it in bellum, hic enim scribunt catalogus concurrentium ad cunctum bellum locum. Vnde autem ille? ab Etruria: hanc enim vocat oras Tyrrhenas, à Tyrrheno Atys filio, qui eò coloniam deduxerat ex Lydia.

d Mira varietas. Pergit enim à paterno dodecure ad laudem filij; hæc posita in pulchritudine, qua nemo Lausus præstantior, Turno excepto. Sic decebat de Turno loqui competitore Æneæ, quod huius major esset gloria.

e An solùm pulcher Lausus: nequaquam. Adiicit enim militarem virtutem, cuius duplex argumentum, videlicet equitatio, & venatio.

f Hic itaque ductor est agminis, in quo viri milles. Sed nequicquam illum sequuntur; nam non reuersuti: ceteridè enim in acie cadente duce. Nomina-

A diuor. Sed de his vberiùs alibi.

30. INDIVITVR.] Sic infra, *indurus capiti*, etiam de armis. Notetur obiter locutio scriptorum, qui, induere se hastæ, ferro, gladio, pro, ruere in hastam, & se interficere.

Helicon
Mularum.

Pandite nunc Heliona Deæ, cantusq; mouete,

Qui bello exciti Reges, quæ quemque secutæ

Complerint campos acies, quibus Itala iam tum

Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.

645 b Et meministis enim Diuæ, & memorare potestis:

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

c Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris

Contemptor Diuûm Mezentius, agminâque armat.

d Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter

650 Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

e Lausus equum domitor, debellatörque ferarum,

f Dicit Agyllina nequicquam ex vrbe secutos

Mille viros: dignus patriis qui latior esset

Imperiis, & cui pater haud Mezentius esset.

B nat vrbum, vnde profectus, nimurum Agyllinam.
Postrema Lausi laus, dignum fuisse meliore patre.
Dicit, dignus patriis qui latior esset imperiis; quia pater tandem exulauit.

NOTÆ.

1. PANDITE, &c.] Locus clarus Homeri Imitatio.
Iliad. 2.

Ἐπειτα ποὺ μετὰ διάμυτα δώματ' ἔχει,
Τύμης γέ θεαὶ εἰσε, πάρεστε τείχεα τε πάντα,
Ημέτεροι διοι ἐκπονεῖσθε, τοῦτο τοιδενε,
Οἴτινες ἡρεύετε Δωρεάν, καὶ ποιεῖσθαι πόλεα.
Dicite nūc mihi Musæ celestes domos habentes,
Vos enim Dea eftis, adeftisque, scilicetque omnia,
Nos autem famam solūm audimus, neque quicquam
scimus,

Quæ duces Danaorum, & præincipes erant.

Vide crisi Scaligeri. Censet enim, vt solet pro Latino, Gracum risu exponit. Par locus Calabri lib. 12.

Τέ ποιοῦντα διέπειστον μεταφορά Μῆλοι
Ἐπειτα διοι κατέβοντα ἵστον πολυχρόνοις τοπε:
Quos mihi nūc singulatim exquirunt, perspicue Musæ
Dicite, qui consenserint in multicapacem equum.

Nec non Statij lib. 4. Theb. vbi catalogum facturus ducunt, qui conspirarunt contra Thebas, de nouo inuocat his veribus:

Nunc mihi fama prior, mundique arcana vetustas,
Qui meminisse ducum, vitâque extendere cura,
Pando viros. Tūque δὲ nemoris Regina sonori
Calliope, quas ille manus, que mouerit arma
Gradinus, quantas populi spoliariet urbes.
Sublata molire lira.

Atque etiam Silij lib. 3.

Prodiit Calliope fame, quos horrida cæpta
Excierunt populos, tulivintque in Regna Latini.
Sciæ Lector, ab hac Poëtarum creberrima inuocatione, illos dici αὐτοις αὐτοῖς, pro αὐτοῖς αὐτοῖς; quia videlicet in his inuocationibus sepiissime ordiebantur ab his vocibus, αὐτοὶ μοι αὐτοῖς. Aristed. in prima Plat.

IN VII. ÆNEIDOS.

109

Platonica loquens de Poëtis ait, δὲ καὶ πρετερὸς τὸ μὲν ἔνδιον δέσμου φρέσκον σέμερον: semper pro re omni supplicabundi Musas fugiant, ut ipsos doceant.

2. HELICONA.] Quis non iam de hoc monte?

Obvia vbiique notitia, & vnde cunque peti potest. Tantum eligo illud Pausania in Bœotic. ὁ Ἐλινούς τὸν τὴν Ἐλαστὴν τὸν μηλιστὸν τὸν ἐν τῷ νερῷ τοῦ Ἐλινοῦ τοῦ Ἐλινοῦ.

Mouere cur
de Musis.

3. CANTVS QVE MOVETE.] Ita suprà, Musis

opus moueo. Et Manil. lib. 1. Helicona mouere canibis.

Quod Horat. 2. epist. verba lyra motura sonum. Et 3.

Carm. mouentes animo. Aliquilegunt, canisque mon-

te, fortasse, quia suprà, Tu Vulcan, tu Diana mone.

Præfero vulgatum mouere. Sed vnde sumptu locutio: So-

Poëta arro-
gantes.

lebant insolentes Poëta gloriari, se fontes Musa-

rum hausisse, vt ita suo carmine gloriam quererent.

De istis Aufonius in Mosella,

—tamquam folient haurire Aganippen.

Et de Pollio Statius 2. Syluar.

Alius immensa turbanus Pollinis verna.

Qui modesti erant, tantum dicabant, se libasse fon-

tium aquas. Ideo poëma suum idem Aufonius vo-

cattem libamen Musa. Pari modestia Persius,

Nec fonte libra prælui Caballino.

Non negat libamina, sed præluiuim hanc negat. Er-

go Poëta: O Deæ pandite Helicona, vbi Musarum

fontes, mouete cantus tantum leuiter ad vndam

motam; nolo fontem turbetis, nolo imos gurgites;

satis mihi summa aqua ad leuem motum comitata.

Dixi hæc nauigans ad auram Casauboni: nam ille

nihil de Virgilio.

Exciti.] Alias, acciti. Sed primum præfero, vel ex

imitante Papinio lib. 4. Theb. qui in simili belli

apparatu:

Quis numerum ferri, gentesque, & robora diu-

Et quare mortale sonans? suis excit in armo.

Antiquam Tyrintha Deus.—

Et in . Excuerat omnem Aoniā. Sed & Poëta suprà,

Ardet inexcita Aufonia. Silius quoque ex eadem imi-

tatione, excierunt populos. Versus iam attul. Scio Sal-

lustium in Iugurth. dicere, paucis fama cognitis accire,

& ambiendo cogere homines emeritis stipendii secum pro-

ficisci.

5. CAMPOS.] Praeclarè: campus enim de mili-

tari sepiissime. Propert. Eleg. 11. lib. 4. fori melius con-

currere campo. Et Eleg. 3. lib. 3.

Campus de
militari.

Aut quibus in campus Mariano prælia signo.

Horat. lib. 2. Od. Exquis equitare campus. De Mezen-

tio Noster, turbidus ingreditur campo. Sed tenui hoc.

6. QVIJS ITALIA IAM TVM, &c.] Ut illustres

hunc locum, transfer huc, quæ iam ego lib. 2. Georg.

ad illud, Hæc genus acre virum. Quo loci Poëta attin-

git militarem virtutem Italorum. Dixit terra Italia,

pro Italica, ex nota Enallage. Sic Pers. 1. Sat. Ital.

honore, pro Italico. Ibidem, heros sensus, per heroes:

Eadem Homerus idem Odys. II. loquens de Aiace

Telamonis, & Iliad. 17. Deinde Sophocli in Aiace,

Vlyssis ore,

E' τοι διατελεσθεντος οὐρανοῦ οὐρανοῦ

Τριπλασίας αὐτοῦ μετατοποιεῖται.

Vnum virum vidisse foriissimum Argiolorum quotquot

Trojanum venimus, præter Achillem.

Tertio, Pindaro, qui de eodem Aiace Od. 7. Nem.

χαράσσει Αχιλλεός ἀρετής: foriissimum, excepto Achille. His

præceptoribus etiam Nonnus lib. 28. de Corymbafo

Indo-duce.

Cerda in Ænid. tom. 2.

109

A diuit, memoria ruminat. Nec aliud est, cur Mnemosyne Musarum matrem esse tradunt Poëtarum fabula. Nihil enim aliud Musæ sunt illæ, quæ scientia, chorus videlicet diuinus, opifque Iouis, quæ producit, ordinatique Mnemosyne. Colamus Musas, colamus Mnemosynem. Ex eadem obleruatione verbum hoc Musis dedit. Tibus lib. 4.

Non te deficit nostra memorare Camene.

8. AD NOS VIX TENVIS, &c.] Vexit hoc ver-
su, & ornauit nudum illum & humilem Homer. ηντεῖς ἡ πλαστὴ οὐρανοῦ αὐτοῦ: Nos autem famam solūm andi-
uimus. Illud, fama perlabitur aura, ex Graecorum quo-
que fontibus, in quibus est, εἶπεν οὐρανοῦ καλούμενη.
Sed & auram fame. Inde & Propert. Eleg. 2. lib. 2.

Aura pro
notitia.

Sed vos Calliope nostro donare labore,
Notarum magni longo tradantur in auro
Fulta viri.

Statius 4. Theb. ita:
Phoebe docet, nos rara manent exordia fame.

9. TENVIS FAMÆ, &c.] Dio Chrysostom. Orat. 11.
ἀπορεῖς τι, καὶ ἀποτινάξῃς τοῖς φίρους ἀπολεπομένοις: Obscurum
famam, & infirma remanente.

10. INIR. In suo catalogo Homer. §. 9.

11. TYRRHENIS AB ORIS.] Accipio Caretanam
vrbem (Agylam alio nomine) principem olim &
caput Heretruræ: nam ab ea præfectus ad hoc bel-
lum Mezentius, cui imperabat, auctore Liui lib. 11.

Eius verba: Turnus Rutulique diffisi rebus; ad florentes
Hetrurorum opes, Mezentiumque eorum Regem confi-
gunt, qui Cere opulentu sum oppido imperitans, iam inde
ab initio minime latus noua origine urbis (Lavinij) & tum
nimis plus, quam satis titum est acclisis, rem Troianam
crescere ratu, band granatum socia arma Rutulis iunxit.

12. CONTEMPTOR DIVVM.] Marcus Cato lib. 1. Mezentius
Orig. (vt est apud Macrob. lib. 3. Sat. cap. 5.) ait, Me-
cen-tium Rutulis imperasse, vt sibi offerant, quas Pro Diuū
Diis primis offerebant. Et inde ait Macrob. con-
tempatem Diuū dicì à Virgilio, quod Diuinos
honores sibi exegisset, non (vt videbatur Aspro)
quod sine respectu Deorum in homines impius fu-
set. Adiicit Macrobius ex e

- Quique altum Prænestine viri, quique arua Gabinæ Iunonis, gelidumque Anienem, & roscida riuis Hernica laxa colunt, quos diues Anagnia pascit,
 685 Quos Amasene pater. c. non illis omnibus arma, Nec clypei, currus sonant : pars maxima glandes Liuentis plumbi spargit, pars spicula gestat Bina manu, fuluōsque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti: vestigia nuda sinistri
 690 Instituēre pedis, crudus tegit altera pero.

ARGUMENTVM.

Sequitur Cæculus, cuius natales describuntur, comites, & arua cognitum.

EXPLICATIO.

PERGIT ad Cæculum Prænestinæ virbis conditorem, quem natum Vulcano omnes credunt, ducti argumento infantis inuenti inter focos. Puer sic ordinat. Non defuit Cæculus fundator virbis Prænestinæ, quem Regem, id est, regnante inter agrestis pecora, omnis artas continuata ad aeuum Poëta creditit genitum esse Vulcano, quippe inuentum in focis.

Iam de apparatu hominum, qui illum sequeruntur. Cum ille in agris regnaret, par erat habere militem ab agris. Ergo illum comitatur legio agrestis. Mox explicans ac dilatans vnde conducta haec agrestis legio, ait: Qui colunt arua Prænestina, & Iunonis Gabinæ: qui degunt littora Anienis, & laxa Hernicorum: qui pascuntur ad Anagniam, & fluminum Amanenum. En illa agrestis legio. Etenim, ut par est coniectare ex narratione poëtica, non ramiecius Prænestini secuti sunt Cæculum, quam qui arua Prænestina incolebant; nam agrestis legio, & mox consequenter nominat arua Gabinæ Iunonis, Anjenem, laxa Hernica.

Tertio loco adhibet militaria instrumenta legionis huius. Non erant omnibus arma, videlicet non clypei, non curvis. Itaque clypei, & curvis explicitant de quibus arms loquuntur. Multa huiusmodi in Virgilio sunt, vbi sequentia explicitant præcedens. Pergit Pars illorum plumbas glandes spargebat in hostes, pars gestabat manu bina spicula, loco galeæ habebant galeros ex lypina pelle, pedem vnum intersectum, alterum testum perone.

NOTÆ.

I. PRÆNESTINÆ FUNDATOR VIRBIS.] Incertum hoc in auctoribus. In Solino cap. 8. ita leges: Prænesti, ut Zenodorus refert, à Prænesti Ulyssis nepote, Latini filio: aut, ut Prænestini sonant libri, à Cæculo. Non multum abeunt verba haec Stephani. Πραινεστιος οντος τελετης πραινεστιον τελετης οντος οντος Κρητης. Plutarchus in Parall. cap. ultimo ex Aristocle, ita: Telegonus Ulyssis ē Circe filius missus ad indagandum patrem, monitus est, ut ibi urbem condere, ubi serui gerentes agricultus saltare videret. Cumque in quendam Italiam locum venisset, offendit colosios ramis lignis redimitos, cho-

A reis vacare. Itaque urbem ibi condidit, & ab euentu Primis nominauit. Romani eam urbem voce detorta Prænesti appellant. Vocant videlicet Graci ilicem ap̄ter. Hoc de ilicibus & Seruius artigit. Prænesti locus est hand longe ab urbe, distans ab ap̄ter, id est, ab ilicibus, qua ibi abundanti. Quippe ab his ilicibus, quarum olim in pretio coronar fuerunt, puto natum, ut haec virbs olim diceretur aut Stephane, ut auctor est Plinius lib. 3. cap. 5. aut Polystephanus, ut Strabo lib. 5. Verba primi: Prænestini, urbe quondam Stephane dicitur. Alterius. Πραινεστιον γένεται Πόλυντερανον καλεσθεται απ̄τερον. Quasi dicatis, multarum coronarum oppidum. Consonat, quod iam attuli ex Plutarcho de coronatis agricolis, γερρης (ait ille) εις ερανεμεινες, καις χερινεταις. & postea, αργετης ερανεμεινες καις χερινεταις. Latinam iam attuli. Ne abeat inobseruatum, Virgilium statim post Tybur intulisse Prænesti, ut pote virbes loco affines, quod disces ex eodem Strabone, & Prolemaeo.

2. VULCANO GENITVM.] Natales Cæculi fabulosi sunt. Seruius loquens de Prænesti ita ait: Ibi tales, erant duo fratres, qui Dii appellabantur, horum soror dam ad focum sederet, desiliens scintillam eius uerum percussit, inde dicitur concepisse. Postea enixa puerum iuxta templum Iouis abiicit, quem virgines aquatum entes iuxta ignem innundum sustulerunt, qui hand longe à fonte erat. Vnde Vulcani dictus est filius. Breuius, & cum dissidio Solinus cap. 8. quem (Cæculum) iuxta ignes fortuitos inuenit, ut fama est, Digiutorum forores. Vides, non vnum; sed multa dissidia. Bene autem adnotatum à quodam est, C vel legendum in Seruo Digiūtū, non Dii, idque ex Solino: vel in Solino Diuorum, non Digiutorum, idque ex Seruo. In primum inclino. Legi pōrō in Seruo quæ sequuntur de ratione, qua Cæculus populis persuaserit fē natum ē Vulcano. Nota etiam pares natales Seruij Tulli Romanorum Regis recesserunt à Plutarcho in opere de viri. & fortun, Rōmanorum, pares (inquam) cum his, quos de Cæculo affert Seruius, ut videatur omnino una fabula de sumpta ab altera.

3. REGEM.] Explicui, regnante, quia hīc commodius: & quia 1. Æneid. Hinc populū latè Regem, est, latè regnante.

4. CÆCVLVS.] Cur id nominis, ita Seruius. Ideo, quia oculus minoribus fuit, quam rem frequenter effici fūmus.

5. LEGIO AGRESTIS.] Respectum proculdubio ad natales huius virbis. Attuliam Plutarchi locum ex Parall.

6. ALTVM PRÆNESTE.] Ita est. Strabo lib. 5. de Prænesti. Tybure, & Prænesti. αμφοτεραι δια πόλεις απ̄τεραι, την τοποτηριωνην την χαντανην θεων: Ista dñe virbes in montana regione sitae sunt. Inde appetat, cur supra Poëta loquens de Centauris dixerit, illos descendere de montis vertice linquentes Omoen, & Othrym, ut sic videlicet res melius quadrater cum fratribus Tyburius.

Prænesti
vnde ita di-
catur.

Gabinæ Iu-
no.

Anio ame-
nis.

Elias aqua-
frigidæ.

Hernicoru-
fertilitas.

Ratio no-
minis.

Anagnia cur-
gionis.

burtinis, nam Tybur in alto situm. Sed redeo ad A ne dignissima. Hanc commemorationem Virgilius apert vocans diuitem, credo ab fertilitate. Aut (putante Seriu) fit allusio ad historiam; nam Antonius in hac virbe iussit monetam fieri cum nomine Cleopatra, cum hanc duxit contempta Ostia. Sed ego de fertilitate capio ex adiuncto Amaseni irrigantibus agros Anagnenses, aut (ut vocat Plinius) Anagninos. Iuuat Silius lib. 8. qui: *Quies puripinguis fulcaris Anagnia gleba.* Et lib. 12. — *frugiferis Cerealis Anagnia glebis.* Macrobius lib. 5. c. 8. ait, Anagniam fuisse nobilissimam Hernicorum virbem. Incidit suspicio an legendum in Poëta pascit, ut fiat similis apostrophe ad virgiliiana.

B. II. AMASENE PATER.] Huic fluvio alium cognominem habet Sicilia, dicente Ouid. 16. Meta- Amasenus morph.

Nec non Sicanius volvens Amasenus arenas. Sed is, cuius meminit Virg. Volscorum est fluvius, & eo irrigari Anagnenses agros Seruius ait. Nunc Abatia, vel Amaseno, si Junio credit. Sed cur patet?

An quicquam notius, quam omnes fluuios ita vocari, quia vere patres sue Nymphaeum, siue aquarum, quibus, b. nostrum sonat, v.

8. GELIDVM QVY ANIENEM.] Algorem capio, qui comes omnium fluminum; vnde illa amoenissima sunt, &c. si omnia, Anio in primis, teste Horat. Od. 7. lib. 1.

Nec tam Larissa percussit campus opima, *Quam domus Albunea resonans,* *Et trapez Anio, & Tyburni Iucus, & uita* *Mobilibus pomaria riuis.*

Plinius etiam ait, hunc fluvium efficere lacus tres nobiles amoenitate, lib. 3. cap. 12. Ab hoc (inquam) algore, qui comes fluminum, & vnde illa amoenissima dicitur Anio gelidus, vt etiam i. Eclog.

hic inter flumina nota, *Et fontes sacros, frigidi capaces opacum.*

Si quis autem de mero frigore velit capere, sciat Strabonem lib. 5. ita scripsit: ἡ μέση διάρρηση Ανίον, οὐ τα Αλεπα καλούμενα ἢ οὐδε τοιχοποιοι. In hac planicie Anio fluit, & quas nuncupant Albulas aquas frigidas, &c. Silius quoque lib. 12. gelidum vocat, & dat illi aquas sulphureas. Ait enim:

Sulphuris gelidus quā serpēt lento undis *Ad genitorem Aniolabens sine murmure Tybrim.*

Et Statius lib. 4. Syl. *Anienaque frigora captant. Silius iterum lib. 1.*

Ac gelidus Anio trepidabat cornulus undis.

9. ROSCIDA RIVIS HERNICA SAXA.] Ad fertilitatem respectum. Etenim Plinius agrum Hernicum cum Latino, & Labicano coniungit, qui noti feracitate, ex vbertate aquarum. Ad fertilitatem quoque respexit Silius lib. 8. eo versu:

Hernicaque impresso radumur vomere saxa. *Ait Seru. laxa Sabinorum lingua dici Hernas, & inde nomen his locis, deducente in ea Sabino quodam duce coloniam. Strabo quidem Hernicos ponit supra montes Prænestinos, vt merito Virgilius*

saxa Hernica. Macrob. lib. 5. cap. 18. nomen Hernicorum dicit à duce Pelaſgo, qui dictus Hernicus, & in Italia deduxit coloniam, cui nomen suum indidit, ac proinde ait, à Pelaſgo oriundos Hernicos. Ex dictis illustrari potest Silius lib. 4. qui dixit;

Quisque in præglidis duratos Hernica riuis *Abstebant saxa, &c.*

10. DIVES ANAGNIA.] Huius virbis hoc extat elogium in Strab. lib. 5. Αναγνία πόλις αγριότερος, quasi hæc duas.

Stridencia funda *Saxa plumbi.*

COMMENTARII

ideo dominitor equorum. Commodè; equus enim inuentum est Neptuni; par ergo fuit, filium eius vim habere in perdomandis equis. Conditionem: nam neque igni, neque ferro potuit cadere; non igni, quia Neptuni filius aquarum Dei, & ita in ignem habent virtutem: non ferro, concedente patre virtutem hanc filio, ut credi potest. Virtutem: nam populos, qui à bellis defuerant, ad arma concitat: præt etiam exemplo, nam ferrum manu retractat, id est, scepse versat, & gladios identidem repetit, gaudetque frequenti illorum tractatione.

b Dixerat, cuocatos populos à Messapo Explicat iam, quinam hi populi hi (inquit) qui Fescennium incolunt, Faliscos, montem Soracten, Cymimum (est hoc nomen & monti, & lacui) deinde quilaicos Capenos.

c Dicit Seruius, Eunium dicerit solitum, se originem duxisse à Messapo, & inde eius socios induci cantantes, & conferri cum cycnis. Cùm ait, ibant equati numero, intellige militarem ræw, ordinem videlicet incidentium ad bellum cum modulo & rhythmo.

d Vidisti sape cycnos canentes in nubibus postquam alacres è pastu redeunt; tales singe Messapi acies. Expende, vt pœticè cycnorum cantum dilater; à nubibus, in quibus insolant; à pastu, quod redeunt alacres, ac proinde dulcior erit modulatio; ab longis & inflexis collis, unde necesse est suauior sit sonus: ex fractione gutturis; demum ab amnis; & toto lacu, circa quem habitant, personantur. Nota etiam, vt sibi Poëta respondeat. Duo enim dixerat.

e Iabant equati numero, Regemque canebant.

In primo est ordo, in altero cantus. Ergo, quia equati numero, ideo adhibet cycnos cum ordine, cùm sese è pastu referunt, tunc enim non rumpunt ordinem, cùm è pastu redeunt in loca, in quibus somnos capere consueunt. Et quia Regem canebant, ideo, & longa canorus dant per colla modos, & reliqua.

f Quia audiunt suauissimam agminis modulationem, qua Regem suum Messapum canebant, putaret non illas esse acies veras; sed nubem volucrum, D quæ ab alto mari cum musico strepitu ad littus videtur properabant. De cycnis loquitur: non enim credendum transire ad aliud animum genus, & quia in II. rancos vocat cycnos.

N O T A E

Messapi fabula.

1. MESSAPVS.] De huius natilibus, & eorum putatus filius Neptuni, iam Seruius. Veritas est, siuscum Græcum natione; quod astruit Solin lib. 8. Liciniano placet à Messapo Græco Messapia daturum virginum, versam in nomen Calabria, &c. Strabo lib. 5. Geograph. interduces, qui è Græcia in Italianam venerunt, Messapum numerat, qui montem à se Messapum, & regionem Messapiam nominavit. Meander papa (alt.) & Meander & pœste: Messapianus πεντακορινθιανος. Orta vero fabula est ab aduentu ciui in Italianam: cùm enim videbant Itali virum bello acerèm inrari adiectum cum potentissima manu, maris filium placuit vocare, Meminit & Aristoteles montis Messapi, qui est inter Peoniam, & Medium lib. 9. Hist. anim. cap. 45. Ex cuius verbis (vt hoc obiter dicam) allucet, cur Græcis montes dicantur ὄπη, quia videlicet εἰς την regiones vnas ab aliis. Id enim sepissime natura prouidit,

2. FA. s.] Aſtrunt interpres hunc locum Lambini merce, qui accipit fas pro dura, ut nefas pro

A dūcaſr; vt dicat Poëta, non fuit possibile Messapum feriri. Sed, pace illorum, ad religionem confugio, quam semper notar haec vox, ut iam Iul. Scal. monuit, & ego alicubi firmavi. Et nunc in manib[us] est l'persus Sat. 2. vbi ait, *Corniculum ius, f[er]m[er]e religione*. Quæ in locu Casaub. *iis* referit ad officia inter homines, *fas ad Deos*, vt signetur animus comparatus ad iura omnia humana, & diuina. Ergo hic, quia precessit *Neptunia proles*, ideo sequitur, non fas esse illum aut igni, aut ferro sterni. Omnino hominem notat inuolabiliem. Quin, si expendantur Lambini exempla, inuenientur potius illa è religione procedere, quam aliunde.

3. LAMPIDES, &c.] Habet cognationem Resides, cum hoc versu illud I. Æneid. vbi Cupido,

vino tyrat præuenire amore
Lampideres resides animos, desuetaque corda.

Et illud lib. 6.

Oita qui rumpet patrie, residenſe que moubit
Tillus in armazivros, & iam desuetu triumphis
Agnina.

Vtvero Virg. *resides populos* in re belli, ita Horat. Od. 3. lib. 3. *bellum refeci*. Demosthen. in Philip. de his qui ortos ad bellum, *καθηκάνει*, id est, sedentes.

4. AGMINA IN ARMA VOCAT SVBITO.] Respexisse hic Virgilium ad militarem euocationem, non solum interpretes Donatus, & Seruius, sed etiam putant Bris. lib. 4. de Form. & Lipsius lib. 1. de Milit. Rom. Quod tamē vocari in dubium potest. Itaque in Virgilio subitaria est militia, non euocatio. Littus lib. 3. *Hermici & colonia Anium dare Quintio subitarios milites, ita tum repentina auxilia vocalant, insiſi militia.*

Quid quod Virgilij militia tota est cum tumultu, ac proinde subitaria? idem Littus: *Senatum censere subitarios milites tumultus causa conscriptis, primo quoque tempore dimitti*. Pro illis tamē est, tum vocat: tum dici ea agmina desuetabulo, quod proprium fuit Euocatorum, quod ex Dione apparet lib. 45. dicit enim literes.

fīcti nō avpīvōi & spartiai ēi' autēlē dūtis arvādōn. Gī, quod definiti militia iterum ad cam renoverunt. Sed primum languidum est, cùm enim vox signata sit euoco, sciret profecto Poëta rem ita disponere, vt signatum verbum poneret. Alterum & quæ est languidum, nam euocatio nunquam legitur in subitario bello, quale exhibet Virgilius, neque in multis exemplis à Lipsio congestis tale quid inuenias. Neque vero scio, cur statim dici debeat bellum Euocatorum, quod sit à desuetis, cùm multa alia desiderentur.

5. FERRVMQVE RETRACTAT.] Vide, vt expli- Retractat cui. Sed possis aliter ex Silio lib. 4. vbi loquens de ferrum quid, apparatu Italia contra Annibalem, ait:

subiectant saxa, caudique

Roratim tñres, edit quas longior atas.

Id est, renouant. Ergo retractat ferrum, id est, acuit, renouat, redditque splendidius.

6. FESCENNINAS.] Pulchre milites cantantes exhibitus è Fescennio aduocat, vbi carmina nuptialis intenta, ac proinde ioci, cantiones, & omnis *σαρπινοι αιναιδες*. Hoc oppidum ab Argiuis dicit Solinus cap. 8. & Fescennium nominat. Mirum, cùm Plinius cap. 5. lib. 3. Fescenniam dicat: & huic simia illa hæcerè soleat. Est & differunt alterum: nam Fescennium Plinius Etruria, Seruius Campania attribuit. Sed correctior Seruius Danielis adimit hoc, quod pertinet ad Campaniam.

7. AEOVOSQUE FALISCOS.] Refert Seruius at- Falisci ontributum ad iustitiam Faliscorum, à quibus Roma- xq[ui]nus Pop. petuit iura fecilia, & supplementa duode-

cim tabularum, quas Falisci ipsi ab Atheniensibus A habuerunt. Silius quoque lib. 8. *equique Falisci*. Qui velit, referat ad sanctitatem, quæ celebrati Falisci, ita vt equos, sit, sanctos, ex noto miraculo, quo per ardentes prunas illæsi incedebant; de qua re dicam in 11. vbi luculentus Poëta locus. Horum conditorem facit Seru. Halesum, à quo dicti Falisci, sicut quæ nunc febris, olim ebrii; quæ nunc Formiae, olim Hormiae.

8. SORACTIS ARCES.] De hoc in 11. Posuit ar-

ces, pro montes. Sic de Romanis montibus:

Septemque una sibi muro circumdedi arces.

Et 4. Georg. fierunt Rhodope arces.

9. FLAVINI A.] Locum in Italia Flavinum Ser-

uius agnoscit. Vide Iunium lib. 3. Animad. cap. 15.

vbi ex hoc Virgilij loco corrigit verba Ammiani le-

gens Flavinum, pro Succubum.

10. CYMINI CVM MONTE LACVM.] Montem

prope Viterbum constituit Abrahamus, lacum apud

Vollinos Erythræus ex Strabone. Huius lacus fa-

bulosam originem habet in Seruo, lege illum, &

adice, ex fabula dici Cymimum ab vndis, sicut

Cumas à fluctibus, quasi Cymas, *λαβὴ θυματων*.

Silius:

Sabatia quigae

Stagnatent, Cymique lacum.

11. LYCOSQUE CARENO.] Ab his dicta Capena

porta, quæ postea Appia, & nunc sancti Sebastiani.

Primum scribit Seruius, alterum Frontinus de A-

quæduſtibus, tertium Marlianis.

12. IBANT AOVATI NVMERO.] Totus hic locu-

cus adumbrat Homericum hunc 2. Iliad.

Tū δὲ ἐρνίθω πετεῖναι θέρεα πολλὰ,

Χνῶν ἡ γεράνων, ἡ κύνων δελφινοῖς εἰρων,

Ἄστρον λειμῶν, καύσιρις ἀμφὶ περθέα,

Ἐνθαρρύνειν ποτόν τοι τοῦ ἀγαλμονετοῦ πετεύεται,

Κλεψυδρὸν προκαθίζεται, σμαραγδεῖ τε λειμῶν.

Horum autem sicut anum volatilium gentes multe.

Anserum, vel grum, vel cycnorum longum collum ha-

bentium,

Asio in prato, Caystris circa fluenta,

Huc, & illuc volant gaudentes alis.

Reparanter sedentum, resonant autem & prauum.

Dat Scal. vt solet, victoriān Latino, tamētū Græca

plena nectaris fateatur. Ego omissa censura (neque

enim semper ad vñlū vsque) tantum imita-

tione, vt tu scias Græca cum virtute æmulari. Omi-

nisi Virgilius χρήσει, καὶ γεράνων, qui ad rem non suam,

assumpsit tātū cycnos. De quibus illud δελφινοῖς εἰρω-

νηρεῖς circumflexit illis, & longa canorus dant per colla

modos. Spreuit τὸ φραγμὸν τὸν τραχὺν, quia in agmine eunte

ad bellum hoc non necessarium, vt neque in ipso

Homero: nam ipse quoque expeditionem defi-

bit. Illud, σμαραγδεῖ λειμῶν, expoluit istis, sonat am-

nis & Asia longe pulsapalus. Adde concinnitatem sen-

tentia, qua Græcus carēt, & quam iam expendi in

Explicatione. Recte iraque quadrat Virgilio illud

Demoſthen. 4. Philip. ἀλλὰ πενταν παντοχεῖτε,

καὶ τελεο μετ' τῷ λόγῳ: Sed omnes ubique superamus, &

vincimus oratione. Apollonius ex eodem Homeris fon-

te ita lib. 4.

Ητοι καλά νέονται θέρεα πολλά τοι παντοχεῖται

Κύνων κυνονοτον τὸν μέλαθρον, ἔμποδις λειμῶν

Εροτεῖς Ερεμον, ποταμοῖο τὸν καλά τέ θρα:

An quando pulchre fluens ad littora Πατολί-

Cycni modulari fuerint, circimque prauum

Rorulentum resonant, suni circa fluenta.

Silius lib. 3. incessum hunc militarem, & ad nume-

ros ita complexus est loquens de Hispanis.

Corda in Æneidem. 2.

mist diues Gallicia pubem,
Barbara nunc patrii modulante carmina linguis,

Numeri mi-
litares.

Nunc pedis alerno percussa verbere terra

Ad numeros resonas gaudentem plaudere ceras.

Non absimilia lib. 8. vbi de militari turba,

Iban, & lai pars Sanctum voce canebant.

Auctorem genit., &c.

Pari Musa Statius lib. 7. Theb. in simili delectu. Ver-

fus sunt:

—iisque ὁ Περμέσση canonis,

Et felix Ολμία vatis, armatis alumnos.

Bellorum resiles: patrii concentibus audis

Exultare gregem; quales cum pallida cedit

Bruma, renidem deducunt strymona cycni.

Adlubescit etiam locus Claudiani in 6. Cons. Hon.

vbi de simili belligerorum tripludio:

In latu illis clypeis, aut rufis in altum

Vibratis, graue parma sonat, mucronis acutum

Murmur, & emborum pulsus modulante resistans.

Ferreus alterno concentus clauditur ene.

Vt verò apparer ex adducto Silij testimonio, atque Hispanorū,

ex hoc ciuidem lib. 10.

—ac riu iam moris Iberi

Carmina pulsata fundente barbaro cera;

videtur consuetudo hæc usurpata fuisse in bellis an-

tiq[ue]issima genti Hispanorum. Liuius lib. 3. Gallis

dat hos in bello concentus: *Canus inexitum praliu,*

enim comparatum veteribus, ut hoc, aut simili strepitu minæ, & iræ indicarentur. Cum Marte loquens Iuuenal. Sat. 2.

Nec galeam quassat, nec terram cuspide pulsas.

Id est, non iraferis. Sic ancilia mota, & sonantia veteribus prodigiosa fuerunt. De Ioue irato decantant Poëta strepitum fulminis. De Turno ferociente 8. Eneid.

Vix acres concusset equos, vix impulsi arma.

Idem in extremo, *quassat tremorem hastam, totus ira præcepit. De gente Hispanorum Silius lib. 3. & eunte ad bellum,*

Ad numeros resonas gaudenter plaudere ceteras.

* Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Curru iungit Halesus equos, Turnoque feroce

725. Mille rapit populos: vertunt feliciam Baccho
Massica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaque iuxta
Littora: qui que Cales linquunt, amnisque vadosi
Accola Vulturni, pariterque Saticulus asper,
730 Oscorūmque manus: teretes sunt acrides illis
Tela; sed hæc lento mos est aptare flagello.
Læuas cetra tegit, falcati cominūs enses.

ARGUMENTVM.

Halesi aduentus, huius comites, arma omnium.

EXPLICATIO.

* **H**ALESVS fuit aut comes Agamemnonis, aut filius nothus; hinc efficaces, & natura infirme inimicitiae in Troianos. Ergo cum in Italiam è Graecia post Troianum bellum venisset, statim, ut bellum geri contra Aeneam sensit, alacer conuolauit; ideo Poëta de illo, *rapit, quod conuolantem agnoscias*: & *Troiani nominis hostis*, quia *Agamemnonius*; C & curru iungit equos, quia ita pugnatum in Troiano bello, ut tota testatur Ilia. Itaque ille candem rationem pugnandi init, quam iam expertus fuerat. Non dubites, quin haec omnia consentanea Poëta animo obuerfarentur. Sed quos secum adducit ad bellum? qui degunt ad Massicum Campanie, qui mons felicissimum vitium cultura. Praeterea Auruncos, Sedicinos, Calanos, qui vicini Vulturno flumini, Saticulos, Oicos. Sed quæ arma gerunt? acrides in dextra, ceteras in sinistra, enses falcatos ad latus. De acridibus loquitur paulò fuisus; sed hæc in Notis, ut & multa alia, nostro iam more.

NOTE.

Troianique. 1. **TROIANI NOMINIS.**] Cum apud Nostrum sapissime sit mentio Troianorum, aperiā quid per Troianos, & *Troianum nomen* intelligat, quod nemo querendum censeret. Ergo intelligit hoc nomine eos omnes, qui Imperio Priami parebant, etiam extra urbem ipsam. Quin non solum florentissima illa urbs dicta est Troia, sed etiam totum Imperium Pri-

A Ergo hæc Sabini pari ferocitatis nota *sonant scutis.*
26. **PVLSVQUE PEDUM TREMIT EXCITA TELLVS.**] Ita Homer. 2. Iliad. ad aduentantes ad bellum populos, & concurrentes milites, *χαστον τερρικόν γένεται.* & iterum: *ἔνθα ποσὶ μέρα σοραχίστο γένεται.* Placuit Poëta tremor pro Homericō gemitu; nam ille vicinior ad pulsum pedum. In re simili Silius lib. 8. *Perfrépit & tellus, &c.* Et *ripas tremefecit equos.* Et Pind. Od. 1. Pyth. *λίπησας ἐλειχθεῖσα.* vbi ait, concussam terram a quadrigis equorum. Pari Musa Statius 12. Theb. *ιτα γειτι τελιος.* Et adhuc: *Exspirat proritis ager. Florus ait lib. 4. c. 11. apparatus belli Actiaci portatum vndis non sine geminum maris.*

IN VII. ÆNEIDOS.

Proximus huic Butes Attas diues ab oris, Innumerous nam claudit apes, longaque superbus Fusaat nube diem.

Dicit *nubem* de apibus, ut ante illum Virgilium. Redeo. In hac re multus est Homerus: ut enim Virg. in hoc catalogo ait venisse, qui arant montem Massicum felicem vitibus; ita ille Halikarton in sua recensione vocat *τομές της herbosum:* & Arnen *πολυάφωνος, νιφιανα,* & de Epidauro, *μυτιδεντας, νιφιανα* *confusat.* De Orchomeno, *πολύμυλον, pecorosum.* De Pteleo, *λαχεδανον, herbosum.* De Itone, *μηλέα μήλον, μαρέα ονιον.* De Pyrrhafo, *δρεπεντές, floridam.* Et mille alia. Sic Statius in suo catalogo lib. 7.

Audiens qui, Grecanique serunt, viridesque Plateas,

Et fulvo Petreona domant.

Et 12. in simili recensione,
Dines, & Egales nemorum, Parnesque benignis
νιφιανος, & pingui melior Lycabettos olym;
Venit arrox Heles, & olentis arator Hymeti.

Et in 4. vbi simili recensio, *pecorisque Phyllos.* Iterum:

Qui ripas Lyncae tuas, tua littora multo
romere suspendum.

Nonnus lib. 26. in simili ad bellum catalogo ait recensum *ἐναντιον τοντανα γανον: bone seminatum fulcum terre.*

Massicum. 5. **MASSICA.**] Vinum Massicum Campanie multis est nobile, vni Horatio nobilissimum, adeo crebra in illo mentio vini. Silius lib. 4.

Massica si celo supponas vina sereno.

Od. 1. lib. 1. veteris pocula Massici. & Od. 7. lib. 1. obliuio Massico; quia cum hoc vino abeunt molestia.

Et Od. 11. lib. 3.

Quocunque locum nomine Massicum
Seruas.

Plautus scen. vlt. Pseud.
Credo equidem potesse te scelus Massici montis uberrimos quatror.

Fruetus ebhere in vina hora.

Sed de elogio huius vini attuli Columella verba lib. 1. Georg. ad illud, *& Bacchi Massici humus.* Eiusdem meminit Virg. lib. 1. Georg. *mimera Bacchi Massica.* vbi vult significare vinum excellentissimum *νιφιανον.* Porro Massicum eundem esse cum monte Gauto, & tantum diuersa nomina Abraham, asseruerat.

6. **AVRVNCI.**] Plinius lib. 3. cap. 5. Auruncos numerat inter populos Latij. Quin hos esse antiquissimos Ausones & Seruus scribit, & ex Ifacio in Lycophrone non astruit Abraham. Orell. Inde Virg. disertè patres nominat, vel, ut legunt alii, *Aruni misere senes.* Cum haec vetustate alludunt verba Ammiani, qui de illis, ut antiquissimis, ita loquitur lib. 30. *Auruncorum, Sicanorumque iamdiu leges ignotas, cum Euandri macro abhinc seculis obrutas nullis.* Et de Auruncis loquens Liuius lib. 8. signat eit, *mænia antiqua eorum.* Dignum est quod sciarus etymon Aruncorum, qui sic dicti tanquam Auerrunci. Antiqui enim & auruncare, & auerruncare pro eodem dixerunt: inde Auruncus Deus, siue Auerruncus est, qui Græcis *αροντας, μαλοντας, ανεσον.* Habuit autem hac gens id nominis, quasi *αροντας, διεσον.* id est, *auulsi, & auensi à sua sedibus* quia erones & *μαλαντας.* De hoc latius Scaliger in Festum.

7. **SIDICINA.**] Sidicinum in Campania ponit Plinius lib. 1. cap. 5. Alio nomine Teamum. Ait enim: *Teamum Sidicinum cognomine.* Strabo quoque indubia meminit: Horat. epist. lib. 1. *cras ferramenta Teamum tollatis fabri, &c.* Et Teani fluminis in hoc tructu Oro-

A fuis lib. 5. c. 18. Credo Poëta posuisse in carmine Sidicinos post Auruncos, memorem historiarum. Fuit enim acre bellum inter Auruncos, & Sidicinos, quod Liuius scribit lib. 8. ab eo loco: *Inter Sidicinos, Aut uncis ne bellum orum, &c.* Subit mente, an Sidicini dicti sint, quasi sediciose. Nescio an aliquis probaturus sit coniecturam, cui certè fauit tum Liuij locus lib. 8. *Tories iam Sidicini, aut ipsi monerant bellum, aut moenibus auxilium inlerant, aut causa errorum fuerant;* tum quæ de aliis populis non aſſimilia, ut quæ nuper de Auruncis, & quæ antea de Tetricis: & de vrbe quam *θελάνων* vocat Paſtania lib. 1. à ſuſceptis ibi liberis à Tyndareo. Hoc enim etymon ab ſcriptore colligo.

B 8. **LITIORA.**] Codices aliqui *equora.* Vtrunque Letio Vir ad variandam poſtin. Nam qui de Auruncis dixerat, collibus altis, de Sidicinis proximis, *litora aut aquora*, cum clara oppositione ad colles. Silius lib. 12. *arua nominat:*

Tum Sidicini legum perniciibus arua maniplis.

9. **CALES.**] Vrbs quoque Campanie. Colonia nominat Velleci priorē volumine, quam ait deductam Sp. Posthumio, & Verurio Calino Coss.

Flanc etiam vrbem infert ex memoria historiarum fidelis Vates. Hæc enim vrbis & proxima est Sidicino, & intertranque stricta amicitia fœderata. Itaque quemadmodum vrbis vtrique in Romanum olim confpiravit; sic nunc vtrique in Aeneam. Amat enim Romana hi- Virgilii similes historias in excursu indicate. Vide storia repreſentata.

Liuium ab eo loco lib. 8. *Iniquens annus L. Papirio*

Craſſo, Cesone Diellio Coss. Atſorum magis nouo, quam

magnō bello fuit insignis. Ea gens Cales vrbem incolebat,

Sidicinis finitimi arma coniuxerat. Huius vrbis nomen ad Calain referr. Silius lib. 8. his versibus.

Nec cedit studio vicinus sanguine miles,

Quem genuere Cales, non patre conditor vrbis,

Vi fama est, Calais Borca, quem rapta per annas

Orithia vaga Geticis muriuit in annis.

Ex Silio habes Cales in Virgilio esse numeri multitudinis. Sed idem Silius in singulati libro 12. vbi ait:

Threicidamque Calem, vestras à nomine nati

Orithia domos.

10. **VAPOSI VULTURNI.**] Fluuius est Campania, celeberrimus, ut ait Plinius lib. 3. cap. 1. imo, i. *στρατηγικα: ias utras,* ait Strabo lib. 1. lab. tur per medianam Campaniam. Sed cur *vadofus?* quia ingenti ostio intrat mare: adeo ut Plinius lib. 3. cap. 1. vocet mare, illius enim verba haec; *Iam vero & in Vulturno mari Italia arena alba nascentes, &c.* Abrahamus in Indice capit de ostio huius fluminis. Huius ostij meminit Liuius lib. 3. Ergo, sicut maria dicuntur Poëtis *vada;* ita flumen instar maris, *vadofum.* Sic & Ouid. *Maandri vada dixit.* Certè de reliquo flumine capi non potest; nam Silius lib. 8. *fūctique sonrum Vulturnum.* Amnes enim qui sonant, & fluunt cum strepitu, non sunt vadofus. Idem Silius lib. 2. *Vulturna vada nominat, loquens de ea parte, quæ ad mare, ut legenti appetebat.* Dici etiam potest vadofus propter frequentes huius fluminis stagnationes, sic *vada Nili* frequentissime. Domitianus postea Vulturnum coeruit aluco. Ipse enim fluvius apud Statium quartu Sylvam. loquens cum eo Princeps,

οιγι με vallibus anis refusim,

Et ripas habitare neſcientem,

Reſili legibus alue ligasti.

Et nunc ille ego turbidus, mindoxque,

Uix passus dubias prius carinas,

L 4 Jam

Casulinus
fluvius.

Saticulus.

Osci.

Capua unde
dicta.

Osciri.

Piuerbi.

Osci.

E.

Aclides.

Aclides.

*Iam pontem fero, perutis que calcor,
Quis terras rupere, & rotare sylvas
Assueram (pude) annis esse coepi.*

*Elt eriam huius fluij mentio apud Florum lib. 3. c.
21. Hunc fluum dicit Casulinum ab Agathia lib. 2.
Abrahamus monuit, ab oppido in eius ripa sito.
Cum his consentiunt verba, quae in Strabone inuenies lib. 5. vbi loquens de Vulturno ait, *οὐαὶ τῷ τὸν Καστλίνον ἐρεχθίᾳ, qui iuxta Caslinum delitus.* Nunc vulgo dici Nataronem, aut Nataronium, alij iam scrispere. Vulturni oppidi sic dicti à fluui meminere lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 5. Quin Capuanum diu olim Vulturnum Linius scribit lib. 4. eius verba: *Vulturnum Herosorum urbem, que nunc Capua est, ab Samnitibus captam, &c.**

11. SATICVLVS ASPER.] Oppidum Campanie montibus asperum agnoscit Seruius. Saticula coloniae, qua deducta, est vna cum Suevia Auranca, in eum volumine priore Paterculus.

12. OSCORVMQVE MANVS.] Seruius Capuentes interpretatur, qui prius Osci appellauit. Capuam etiam urbem Campanie prius Oscam vocata Sempronius scribit. Videtur pugnare Plinius: nam cap. 5. lib. 3. vbi Italiae oppida diligentissime persequuntur, seorsim meminit Capue, & Oscorum, non facturus, si res eadem. Sed hanc discordiam sedat Strabo libro 5. postquam enim meminit Samnitium, Oscorum, Opicorum, Aufonum, &c. subiungit: *Cum urbes duodecim populo forent, Capuam perinde ac illarum caput nominarunt.* Consonat hoc cum Plinio, qui ait Capuam ab campo dictam. Et cum Liui lib. 4. *Capuam ab duce eorum Capu, vel, quod pr. prius vero est, à campestrī agro appellatam.* Sunt enim ibi opulentissima campestrī. Hinc factum, vt Capuani dici Osci queant, & contrā: nam totus ille vrbium tractus Capuensem nomine nobilitatur. Ait Seruius dictos Oscos à serpentibus: nam videlicet hi quoque Opici dicti, quasi Ophici, *οὐαὶ οὐεων.* Sed certe Strabo Opicos ab Ophicis seorsim nominat. Vt cunque sit de discrimine Oscorum, & Opicorum, certe Opici ipsi dicti sunt à serpentibus. Inde credonatum, vt agrestes homines dicantur Opici prouerbialiter: quemadmodum qui pingues sunt, dicuntur Vmbri: & qui stulti, Marrucini. Iorrò, vt hoc ne nescias, Hispania suos ciues ab ciuibus Italiae discriminantur forma nominis. Illa enim suos Oscenses nominat, haec Oscos. Itaque Oscenses in Hispania sunt, Osci in Italia. Apparet hoc ex Julio lib. 1. Ciui. Plinio lib. 3. cap. 3. & aliis. Ergo, quamvis urbem Italiae Oscam nominet Sempronius, & Hispanie Oscam pariter Plinius lib. 3. cap. 1. tamen nomen inde diuēsum diuersam tenet formam.

13. ACLIDES.] Cūm nulla maior mentio acli- dum sit, quā ea, quam hoc loco habet Poëta, certe qui anfatas putat (is est Turnebus lib. 30. cap. 21.) Qui aptatas virginis arborum, mollibus instar flagelli, non duris stipitibus (is est Lipsius lib. 4. Polyceret.) Qui ita illigatas flagello, vt reuocari, & redire peracto istū possent (is est Iunius in Nomencl. atque etiam Lipf.) Qui eminentia quādam acumina hinc inde, & nescio quod clavi, aut clavæ genus (is est Lazius lib. 8. Comm. cap. 18. quod accepit à Ser.) Qui (inquam) hæc putant, mihi videntur diuinare. Nam à quo auctore discunt anfas illas, virgas, redi- tum, eminentias, cūm nemo de illis loquatur: Nam Valer. Flacc. & Trebell. Pollio, qui, præter Virgilium, illarum meminere, nihil ad hoc conducent. Ergo dicamus, acliades fuisse tela, tereti aut ligno, aut quod telum. ferro; deinde amentatas loro, vt torqueantur. Ni-

A hil enim aliud Poëtica lux suppeditat. Capio autem flagellum pro amento lorio, vt iam prior Lipsius; hoc enim admodum est consentaneum. Nam, cur non amentum debeat flagellum nominari? Sed certe Valerius, & Trebellius lucem Virgilio dant. Prior lib. 6. Arg. ait,

Nec procul albentes gemina fert aclide parmas.
Posterior in Claudio memorat acliades duas donatas Claudio ab Imperatore Valeriano. Quibus testimoniis fit, vt binas acliades gestarentur à singulis: ac proinde Virgilius ita videtur capiendus, vt singulis militibus duas essent acliades: ideo enim vñus est numero multititudinis. Meminit præterea huius teli Sidon. Paneg. ad Majorian. *equo ruit acliade fossis.* Et Silius lib. 8. *Acliades vñus erat.*

14. CETRA.] Doctè Seruius explicat scutum quo vñsi Hispani. Certè Silius lib. 10. Hispanis assignat, ut proprium lib. 10.

*— ac ritu moris Iberi
Carmina pulsa fundentem barbarica cetera
Inaudiri.*

Idem lib. 3. attribuit ceras Gallaecis Hispaniae populis: versus iam suprà attulit rem aliam. Hoc ipsum ex Cæsare colliges lib. 1. Civil. *Eran legiones Astyan tres, Petrey dva, preterea scutata citerioris provincie, & cernuta vñterior Hispanie cohortes, circiter octoginta.* Ibidem dat Petreio cohoretum Prætoriam cetratorum. Ex Silio lib. 9. qui de Hispanis: *effulger cetrata inuentus.* Ex Polybio, qui lib. 3. meminit *πελταφόρων ιππών, loquens de Annibal's exercitu eunte ab Hispaniain Italiam.* Ex Plutar. in vita Sertorij, vbi Lusitanos inducit *πελταφόρους.* Ex Lucano, qui lib. 7.

Illic pugnaces committit Iberia ceras.

Et ex Liui lib. 4. ita scribente: *Hispani ceras superpositis incubantes flumen transfratera.* Hinc ergo credibile est, commeasse cetrā ad alias nationes, in primis ad Afros, vrpote vicinos; quod etiam scribit Seruius. Deinde ad Romanos, vt versatissimos in pu-

*A quibus
aceperere
Afri,
gnis Hispanorum, cum quibus saepe confixerunt. Romani,*

Nam Suetonius Caium inducit cap. 19. cum equo phalerato, corona querica, securi, cetera, gladio, aurea chlamyde. Virgilius quoque h̄c Campanos cetrarūt. Tertid, ad Græcos; nam Philopœmen Græci, dux Achæorum cetratos cum fundis, & iaculis posuit in statione contra Lacedæmonios, quod scribit Liuius lib. 3. Philippus etiam Rex Macedonum in bello contra Romanos cerratis vtitur, quod scribit idem Liuius lib. 31. Quartd, ad Thraces: nam his hanc gloriam dat Max. Tyrius differt. 6. enumerans enim illa, quibus valent quique mortalium, *πελταφόροι* (inquit) Spani. Inde credibile est ad alias quoque nationes commigrasse. De forma moncaris, fuisse Eartu forma, ceras similes peltis, aut easdem cum illis, si Liuius credo lib. 31. loquens enim de Philippo Rege Mace- donum ait, *Cetratos, quos peltafas vocant, in insulis abdiderat.* Idem colligit Aldus ex Plutarcho, & Liuius collatis; nam quos prior in vita Ämilij peltafas nominat, posterior libris 42. & 44. vocat cetratos. Itaque semper Cafubonius *πελταφόρος* Polybij lib. 3. reddit cetratos. Ad formam pertinent colores, quibus calata. Silius lib. 3. *Vericolor contraria cera.* Materiam Seruius exhibet, qui lreas facit.

15. FALCATI ENSES.] Harpen intelligit, qui gladiis incurvus & falcatus, & in vñs nunc Tur- Harpe gla- carum, Persarum, Hungarorum, Tartarorum. Non- dij geas. nius lib. 27. *ἀπων* attribuit Indis. Hoc gladio vñsum Perseum Poëtae scribunt. Ouidius enim de illo lib. 5. Metamorph.

Veritas in huma harpen made falcatum eadem Medusa.

Et Lu-

Cyllenis. Et Lucanus lib. 9. harpen vocat Cyllena. Credo Claudianum lib. 1. de laudib. Stilicon. harpen intel- ligere *falcis* nomine, cūm ait:

*non falce Gelonus,
Non arcu populare Geta.*

A Curtius lib. 8. appellat copidas, ita scribens: *Copidas vocabam gladios leviter curvatos, falcibus similes, quies ap- petebant belluarum manus.* In apparatu Annibal's contra Italiam lib. 3. inducit *falcatus ab arte ensis, ab Silio.*

* Nec tu carminibus nostris indistus abibis
Oebale, quem generasse Telon Sebethide Nympha

735 Fertur, Teleboūm Capreas cūm Regnateneret

Iam senior: patriis sed non & filius aruis

Contentus, latè iam tum ditione premebat

Sarrastes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

b Quique Rufas, Batulūmque tenent, atque arua Celenax:

740 Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ,

* Teutonicō ritu soliti torquere catcias:

Tegmina queis capitum raptus de subere cortex,
Æratæque micant peltæ, micat æreus ensis.

d Et te montosæ misere in prælia Nursæ

745 Vfens, insignem fama, & felicibus armis.

* Horrida præcipuè cui gens, affuetaque multo

Venatu nemorum, duris Æquicola glebis:

Armati terram exercent, sempérque recentes

Conuictare iuuat prædas, & viuere rapto.

B

ARGUMENTVM.

NOTE.

1. NEC TV CARMINIBVS NOSTRIS, &c.] Blan- ditur Pindarus Od. 3. Pyth. *Νέσσορ ηγετή Αύγου Σερπανδόν* ἐν Σπειρών φοτικές επέστων καλαδενών: Nestor & Ly- cius Sarpedon habent famam apud homines ex sonoris versi- bus. Et infrā: *γιωνοκένεα δι' αρπαγαλενάς άσα οχηματία τελ.* Nestor, que cognoscitur per cantus inclitos, dimurra est. Ad auram proculdubio Horatius nauigat Od. 9. lib. 4.

E X P L I C A T I O.

a *F* VIT Oebalus filius Telonis, & Nymphæ Sebethi fluminis. Habuit verò illum pater Telon iam in senectute, & cūm teneret Capreas, quæ erant Regna Telebarum. Filius tamen Oebalus, cui iam inde angustiae paterni Imperij displicebant, vi, & armis Sarrastes populos subegit, & traxit illum, quem Sarnus irrigat.

b Venere ad id bellum vna cum Oebalo incole Rufarum, Batuli, Celenaz, Abellæ. Extremam effert cum elogio à malis, quæ fert optimæ. Et nota locutionem plenam elegantia. Mœnia enim, vt quæ alta, videntur suos ciues despectare.

c Adhibet horum arma. Erant illis catcī in manu dextra, quas torquebant more Teutonum, in capite pro galeis cortices suberis, in sinistra pelta, Thraces. enīs ad latus.

d Pergit ad Vfentem, qui ab Nursi venit, quæ vrbs sita in montibus. Hunc predicat & à fama, quæ habuit, & à felicitate tractandorum armorum. Vnum est ratio alterius; armis enim peritè tractandis sibi famam peperit.

e Erant Vfenti comites Æquicoli, homines ve- natui dediti ferarum, adeò bello acres, vt etiam armati essent, terram cūm colerent, & non nisi raptis prædis viditent, non contenti nisi his, quæ aliquam damno sibi comparassent.

3. CAPREAS.] Est insula in mari Tyrrenico, eius Capreæ, situm;

Sebethus amnis cursus est inter mon- tem Vesuvium, & Neapolim. Ideo Columella cum Neapoli coniunxit in suo horto:

Doctaque Parthenope Sebethiderida lymphæ.

Et Statius i. Sylvar. illius meminit in mentione Nea- polis, his verbis.

*At te nascentem grimo mea prima recipit
Parthenope, dulcisque solo in gloria nostro
Reptasti: mitidum confusat ad aetheria tellus
Enboi, & pulchratimneat Sebethos alumna.*

Inde quoque arrepta occasio celebrandi huius fluminis Sincero Sannazaro, vrpote Neapolitano, qui vir poëtica laude floruit præ mortalibus sui cui. Sed quid sui æui? Quid si Neapoli maiorem gloriam Sannazari Sannazarus attulit, quām Statius Papinius? non elegium, crī iniquus censor, qui hoc censeat.

emphaticè. Deinde à corpore proceritate; nam præstanti corpore. Neque hoc satis; poterat enim esse procerus, ita tamen ut in ea proceritate haberet alias æquales. Non sic, imò ita alii praestabat, vt efficiatur vero verice. Illud vertitur, est, agit se, & rotat furenter ad bellum; signatur ipso verbo animi vigor.

b. Pergit ad horrorem armorum, quòd illum præbeat hostibus formidabiliorum. Incipit à galea, quæ alia, & crinita iuba triplice; habebat vero galea chimaram efformata, quæ videretur ignes ex se efflare similes Ætnæ.

c. Sententia est, ita viuidè chimaram formatam artificis opera, vt cùm ante pugnam esset terrifica, tamen in ipsa pugna, cùm omnia effuso sanguine crudeliter, illa eset ferocior, & veluti voce infriteret, ac terribiliores, tristiorèque flamas euemeret.

d. Transf ad clypeum. Erat in eo insculpta Io (sculpturam quippe capio, quæ è dignitate, non piñetram) formata iam in vaccam, & cum setis, cui tamen deerant cornua, ideo laevis clypeus. Itaque iam erat bos, iam cum setis, sed absque cornibus ita quippe formata ab artifice. Erat praeterea Argus centoculus, datas vacca à Ioue custos. Demum Inachus parer Ius, cùm xyna fundente ex se amnem; hoc enim est fluviorum insignis. Hæc præ alias caelata in clypeo, opere sculptorio, ad indicandam Turni originem, de quo supra.

Lanclus, Acriusque patres, mediaq. Mycene.

Erat itaque celatura illa ingens argumentum generis.

e. Post armam Turni sequitur comitatus, imò nimbus; ad horrorem, tota agmina cum clypeis, & hæc densa, & conferta. Ex quo verò militi conflata hæc agmina? primum ex iuuentute Argiūorum; nam Turnus ipse Grecus origine: deinde ex Italica. Excudit hic per plures populos, de quibus, si quid dignum; queri in Notis debet. *τοι πίτι σκυτα Labici,* valer, Labicani, quibus picta scuta.

N O T A .

i. PRÆSTANTI CORPORE. J Laus cæberima magnorum, ducum. Quia videlicet corpus primum omnium oculis subiicitur, ac proinde statim ad illius speciem animalium effingimus, quidam omnijs nostra vis (ait Sallust, in proclam.) in anno, & corpore sita est. Cùm itaque triplex sit militaris statuta; media, exilis, proceræ; extremam hanc videat Poëta innuere. Hec ab Spartiano in Hadrian. vocatur prolexa, à Suetonio emin., à Lutio extima. Legé Godecali in lib. 1. Veg. cap. 5. & Sabarum in epist. 1. lib. 1. Sidon. ubi sermo est de statuta Regis Theodorici. De Traiano Plinius Paneg. & cum illo loquens: *tu sola corporis proceritate clavior alii, & excelsior, non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia Principum egisti.* Dicit hoc, quis priores Principes aduehebantur humeris horum. Hanc in Menelao agnoscit Hom. lib. 3. Iliad. qui stantibus aliis, ipse ἔπειρος ἀπέιρος, eminebat latissima humeris: & in Agamemnone, nam yocat illum ἄσπειρον: & in Aiace, de quo, οὐχ Αργεῖον νεφαλὸν. De Pyrro Romanorum hoste furent historiæ dicere solitum delectori suo: *Grandes elige, ego foros reddam.* Hanc videretur agnoscere Claudian. in Germanis; cùm ait Paneg. 1. Stilicon. *Hic Rhodani proceræ copias,* De quibus & Iulius lib. 1. Gall. *ingenii magnitudine corporum Germanos.* Hanc Ammian. lib. 1. 4. in Imperatore Gallo: *forma conspicuus bona, decenit silo corporis, membrorūque recta compage.* Vide-

tur enim innuere magnitudinem, & quippe me duicit forma conspicua. Hanc idem lib. 1. in quadam Valuomere, cui dat eminentiam inter altos vasti corporis. Hanc Pausan. in Attic. indicat de Aiace, cuius genium vertebræ repertæ in sepulchro essent instar discei, quo vtuntur athletæ. Hanc Tacit. 1. Annal. in Segeste duce Barbaro, de quo, *ingens visu.* Ibidem dat Cheruscis proceræ membra: vt & Waldemaro Regi Daniae Albericus Krant. lib. 6. Hist. cap. 1. 3. procerum, & *totius corporis dignitatem.* Fuere verò statuosis, & proceri admodum, qui implebant pedes qui, septem Romanos; & quidem pes Romanus longior fuit aliarum gentium. Sidonius epist. 9. lib. 8. *Burgundia septipes;* & Carm. 1. 2. *Spernit senipedem stylum Thalia,*

Ex quo septipes viderunt parvus.

Alludit quippe ad iustum mensuram, & ad procedram, quod vt capias, adi Vegetum cap. 1. lib. 1. De duce Indorum Dericide Nonn. lib. 2. 1. θεμιθεος ὁ χαρος ἀνδρῶν, quasi diceret, valde prolixus. Et de Galata quadam Appian. Ciuit. *τριπλη μεγάθει μέγατος.* De Xerxe ait Herodotus lib. 7. adè illum excelluisse corporis magnitudine, vt eo ipso iudicaretur certis dignior Imperio.

2. AC TOTO VERTICE SUPRA EST.] Hoc repetitur lib. 9. per initia; ibi illustrò.

3. CVI TRIPLEX CRINITA IVBA.] Intelligit Crinita τριπλασια, id est, genus illud galeæ, cui tres coni, lophi, crista. *Ἄσκyl.* Septem ad Theb. *τριπλασια* λόφος τριπλas: tres cristas quatuor innumbrantes. Val. Flacc. lib. 3. triplex pulsans festigia crista, loquitur de Bellona. Statius 4. Theb. ter nuda scandente iuba. Martian. lib. 6. tergemina ruinans de vertice crista. De Flaminio Confule Silius lib. 5.

Triplex crista iubar effundit crine Sueno. Nonnus lib. 22. duci cuiam Indoru dat τριπλασια. Homer. Iliad. 1. dixit τριπλa iuba τελετη. Euripides Aiacem vocat τριπλa, non quia triplex galea, sed quia triplex crista. Aristophan. Achæa. τὸ λοφον τέτερης τὸν τριπλa λόφον: *thecam extulit trium cristatum:* & in Pace galeam affert τρεις λόφοι ἐξ οὐλαι, tres habentem cristas. Alibi idem, λοφούς τριπλa, galeas triplici crista conspicuas. Sed & de hydra quæ formata in scuto Capanei Stat. lib. 4. Theb.

squallet triplici ramosa corona

D *Hydra recent obitu.* Homer. 4. Iliad. Paridi dat τριπλa. Eundem morem firmat narratio Plutarchi in Arato de virgine quapiam, cui imposita τριπλa. Quin Geryonis fabula (purat hoc Suidas) non alium habuit ortum, quam quod τρεις λόφοι ἐχου εἰ τῷ τελετη λόφοι, tres cristas in galea habebat. Sed hunc morem ad Heraos determinat interpres Euripid. in Oreste, *τριπλa τριπλa*, quasi hoc ipso ab aliis dignoscerentur. Sed certè procedente tempore aliis data hæc gloria, non tantum Heroibus. Nescio autem, cur interpres Aschyli in fabula τριπλa, ad locum iam adductum ita notet, τετρα τριπλa τριπλa. Nam cur nouitius mos, qui ductus ab Hercio Homeri temporibus? Huic mori annexi duo alii de cristas iam duplicitibus, iam quadruplicibus. Primum firmat Virg. qui de Romulo in 6. Æneid. gemina sunt vertice crista. Et Val. Max. lib. 1. cap. 8. loquens de Marte, *galea quoque dnabus distingua pennis.* Ut hinc appareat geminas cristas Romuli sumptas a patre Marte. Calab. etiam lib. 3. κούρων, id est, galeam, inducit ἀμφιθάλον, urinque cristatum, id est, dupliciter cristatum. Alterum Homerus, & Apollo-Quadrinius, uterque enim; prior 11. Iliad. posterior 3. Arg. plex. galeam exhibent τετραπλa: & Homerus forma

alia

alia 2. Iliad. τετράπλa, & sæpe alias. Hanc Aristophanes vocat τετράπλa, quasi quadriplenum, aut quadruplum.

4. CHIMERA SYSTINET.] Non est animus refellere censuram, importunam Mactobij, vbi in huius arrogantiæ extatiam luculentia Iouiani opera, Scaligeri, & aliorum interpretum. Itaque hoc omisso, infistam penso. Effigi feras, & animalia in galea ad honorem, receptussum fuit veteribus. In Virgilio Chimaram vides cum ignibus, & feritate. Silius lib. 5. de galæ. Flaminini,

*Are, atque agnori i ergo flauente iuueni
Cassis erat munita viroci vertice surgens
Triplex crista iubar effundit crine Sueno,
Scylla super fracti contorquens pondera remi
Infrabat, sensuque canum pandebat biatus.*

In galea Achillis adhibet Eurip. in Elect. Sphinges, & leonem. Adiungo versus:

*Ἐπὶ δὲ Χρυσοῦντος κράνοις
Σφίγγες διέκαν διόδιμον ἀργαν
Φίρωσι, φευπλάροι
Δὲ κύτει πιέσποι τετραδ-
Δε δρόμοι λέωνα, κρανίοις
Πετροῖσιν ἀπὸ πολλῶν.*

Sententia est. In deamata galea Sphinges vngubus pre-dam illustrem ferentes. In cauo autem, pianto ambiente latera ignem efflans currerat leona, inuidens vngubus Piranum pullum. Aristophan. Achæa. loquens de Lamacho.

*— δὲ τὸν γοργόνα
Πάλαις κρανίον τρεῖς καλασκής λόφοις :
— γοργόνη Γοργόνη*

*Vibrat quatiens tres umbratos conos.
Calaber etiam lib. 5.*

*Ἐν δὲ τῷ γοργόνει ἔνοντι συντάξει, μεθοῖ δὲ ἐπαρσίῃ
Σμερδαλέοις πετρώνεσσι καὶ πλευροῖς δράκοντες
Αἴροντες λαχανότοις.
Inerant Gorgones fore, quibus hinc atque illinc
Terribiles conabantur circa cincinatos dracones
Horribiliter labentes.*

Statius lib. 11. Theb. mistaque iubas serpentibus augent. Sic explicata eundem Statium lib. 3. Theb. communi furor triplice crista. Quis hic furor, & ira, nisi fera additæ crista? Originem huius moris refert Godecalcus in Veg. lib. 1. c. 20. ad Egyptios, quorum Reges, ut auctor est Diiodorus lib. 2. gestabant in capite caput leonis, tauri, aut draconis. Id ipsum ego obserua-ueram de Rege Persarum, ita scribente Ammiano lib. 19. in ipso inicio: *infidens, equo ante alios celsior ipse præbat, agminibus cunctis aureum capitis arietini fignementum in fronte lapillis pro diademate gestans, multiplici vertice dignitatem, & gentium diuersarum comitatu fulbitum.*

5. ÄTNÆOS EFFLANTEM FAVCIBVS IGNES.] Comparata hæc ad horrorem. Ita de Chonodomo-

rio Ammian. lib. 6. verici flammæ torridus aptabatur. Et de Turno codem Virgilius,

*— tremunt sub vertice crista
Sanguinea, clypeique micantia fulgora mittunt.*

E Et de Äneæ galea,

*A' det apex capit, clypeique à vertice flamma
Funditur, & rastus umbra vomit aureus ignes.*

De Diomedæ Hom. 5. Iliad.

Διάπει οἱ διάποδει, τοι διάποδοι αὐτούσιοι τούτοις.

Lucebat ei ex galæisque, & scuto indecessus ignes.

De eodem Aufonius in Periocha,

— vomit aurea flammæ

Cassis, & undantem clypeum defulgarat ignem.

De Chimera ipsa Hesiod. Theogon.

H Ηχιαρπες ἔτιδε πεντελευτικούς την.

Δεννινης, προσωρινης, κρατησινης.

Chimaram peperit spiram ignem indomitum,

Terribilem, magnam, colorem, fortem.

Sed redco ad galæas. Silius lib. 5. de Flaminio. Lxx.

galæa, lib. 10. galæa exborrefere flammæ. & lib. 9.

summidique in casside largus

Undantes volvit flammæ ad sydera vertex.

Statius lib. 5. Theb.

Flamine cristatum galæa iubar.

Ab hoc horrore Apollon. lib. 2. galæas vocat δακριδηποτηρας, horribiliter micantes. Sed & in genere viu-

terea arma sic exornantur à Poëtis. De scuto Annibalis Silius lib. 4. radianam tegminis orbem. & magno

B percutiū luanine campos, iterum: spargentem flammæ cly-

peum.

6. TAM MAGIS, &c.] Alter dispositus has parti-

Tam magis.

Quam magis asperito, tam magis est nimba.

Et Afin.

Quam magis te in altum capessis, tam estus te in portum

refert.

Ex Lucerio, Terentio, aliis plura alij congeserunt.

7. LÆV.S.M.] Explicatio vulgi est, per latitatem,

Lævis cly-

aut lauorem significari splendorem fulgorēmque an-

pens.

Et lauore, lauore, lauore.

Non placet. Verè sententia est; vaccam in eo

scuto ita efformata, ac si tum primum in eam se

formam Io mutauisset, vt melius dicam, ac si tum

primum nata ibi esset. Inde est, vt iam esset bos, &

cum setis; sed quia tenera, sine cornibus, ideo laevis clypeus, quia laevis vacca; & sublata cornua, id est, ablata, & adempta. Etenim feræ, quæ earent cornibus, dicuntur habere laeve frontem, asperam contraria quæ habent cornua. Primum firmat Virg. Eclog. 6. vbi loquens de filiabus Poëti, quæ pürabant se esse Oppositiō.

Et sepe in levi qualiffient cornua fronte.

Alterum Gracum Epigramma lib. 1. Anthol.

Tus apes dñeav: τριπλa γειτνιαζε πάνται.

Et, δέ, τοι τε τριπλa τοι τρόπον.

Fruere pulchritudinē; omnia cito vigorem amittunt.

Etas una ex hædo reddidit hircum asperum.

Dicit videlicet vna astata nata cornua. Statius 4.

Theb fons aspera cornu est. & Ovid. 10. Meramorph.

quibus aspera cornu fons erat. Sic videor venustius Poë-

tam explicuisse, imò verius. Itaque laevis clypeus est,

in quo laevis est vacca, id est, sine cornibus, quæ inde

sublata, id est, ablata.

8. AT LÆVUM CLYPEVM, &c.] Hanc clypei,

descriptionem, cum aliis aliorum Poëtarum com-

parans Scaliger, iudicat in Virgilio, meram esse operam, in aliis meram ostentationem. Ut in Stat. 6.

Theb.

pater ordine iuncto

Læsus, arundinea recubantque sub aggere rip

Ἐν μῷ ἔντον χρυσῷ τετράγωνῳ ιδεῖν ἴναζου τὸ
Εἰσέτη πορτίς εἴσι, φῶν δὲ τὸν ἐρχόμενον :
Γένεται εὖτε αὔροι φέλτα Inachis filia Io
Ἄδηνεν νινύλα, οὐκέ τούτην θεατὴν feminæ.

ARGUMENTUM M.] Hanc vōcem in sermone
pictura etiam vñspat̄ Apuleius lib. 5. correctori-
bus Lipio, & Collio: *Δένεν προστιμούσα μεγάλη ερις ho-*
μονος, οι μεγάλης σύνθετης ταῦτην εφερεντις αργού-
ντονος. Αλιγεντις, εφεγίαντι εργον, οὐκέτινεπε.
Sed ego profero locum Tullij 6. Ver. argumenta erant
in *valuis*. & Propriet. qui Eleg. 9. lib. 3.

Argumenta magis sunt Memoris addita forme.

II. ET CVSTOS VIRGINIS ARGVS.] Incertus
Poëta apud Euripidis interpretem (citante Virgilio)
vocat Argum θυμόν, cum respectu ad fabulam, B
quam h̄c attingit Poëta. Pherecydes apud' eundem
οὐλαῖα. Omnes centoculum, aut multioculum vo-
cant. Sed Poëta ille incertus tantrū ait,

Tεργάνων δοθαλμοῖς ἐρούεντες, καὶ ἀθα.

Oculis quatuor cernentem in omniem partem.

Inde ille πανόρτην, καὶ πολυπότος

12. VRNA.] Fluuiorum insigne. Statius 2. Theb.
— pater ipse bicornis

In larum prona nixus sedet Inachus urna.

Et de Ismeno in 9. demissione volutur urna. De Ina-
cho, & Ius fabula, & eius metamorphosi, nihil h̄c expecta.

De Hermo Claud. 2. Rap. undantem declinat

prodigis urnam. & de Rheo i. in Ruff. proiecta

torpuit urna. Eandem dar Eridano in 6. Conf. Hon.

13. INSEQUITVR NIMBUS PEDITVM.] Homer.

Iliad. 4. *ἠρος εἰτεροῦ μέλῶν: nubes pedium sequeruntur.*

Silius lib. 12. *telorum nimbum dixit, & lib. 6. nubes*

Laconum. Et Claud. de laudibus Serenæ: si bellini nu-

bēs ingrueret.

14. CYPREATA.] Aliqui h̄c legunt pilata agmina,

In his Ioann. Passerat, in Comment. ad Tibul. lib. 4.

volūntque allusum ad illud Varrois: Duo sunt ge-

nora agminum, quadriatum, quad immisit etiam iumentis

incedit, ut vñbis possit confidere: alterum pilatum, quod

sine iumentis incedit: sed inter se deñsum est, quo facilis

per iniquiora loca transmittit. Sempronius quoque ita

scribit: *sue pilatum, sue passim iter facere solebant.* Ci-

tant h̄c fragmenta Passerat. & Scal. vterque in Ti-

bullum. Sed fragmenta h̄c iam viderunt lucem D

apud Seru. Pet. Danielis in 12. Æneid. ad illud,

pilataque plenis.

Agmina se fundunt portis.

15. DENSANTVR.] H̄c fortè melius densentur; &
ita nonnulli codices: de quo iam in Georg. Et En-
nianus 8. Annal.

Densantur campis horrentia tela virorum.

Sic apud Catul. de Nupt. Jul. & Manl. *Tardas inge-*

nus pudor, vbi alijs tardas. Et Nauius apud Nonium,

dicebo, pro dicam, à verbo diceo, dices. Sic & nubet, pro

nubet.

Argui Itali.] **16. ARGIVAE PVBS.**] Non h̄c ab Argis;

sed quia inde orta, vt ipse Turnus, ideo Argia.

Neque enim tam breui spatio conflatus miles ex

Græcia; neque admitto h̄c dici κατὰ στρατευσιν.

Et quidem Plinius cap. 5. lib. 5. inter Italæ populos

Pelagos nominat, ut etiam Arcades.

17. A VRVNCA.] De his iam suprà in hoc

libro.

18. RVTVL.] Numerat hos Plinius inter popu-
los Latij, meminit horum Iuvi. Vocati *Davros* ab

Vibio Abraham. notat.

19. VETERES QVE SICANI.] Plinius cap. 5. lib. 3.

inter clara Latij oppida Sicanos memorat. Itaque
de his proculdubio Poëta loquitur, non de Sicanis

A Sicilie; tametsi, qui in Latio, ex colonis Sicilia: vt qui in Sicilia ex Hispanis. De qua re iam alibi.

20. SACRANÆ ACIES.] Poësum putare Sacra-
Sacra. nos est, qui insulam Sacram, alio nomine Hieram
incolebant, quæ insula sita iuxta Siciliam. Vide
Abraham in Indice. Cùm verò olim coloni
multi ex Hispania in Siciliam migrarint, quid si à
Sacranis Hispanie Sacra, aut Hiera? Etenim Sa-
cranam oppidum Hispanie Plinius agnoscit cap. 1.
lib. 3.

21. ET PICTI SCVTA LABICI.] Vide lib. 9.
ad illud, *farmaq̄e inglorius alba.* Sit Labicani in me-
diterranea Latij parte.

22. NVMICL.] Iam suprà in hoc libro 10. Sen-
tentia fortasse sumpta ex Homero 2. Iliad.

Οἱ τοι αὐτοὶ ποτε τὸν Κρονίον διέβασαν.
Qui habitant Cephissum dinum flumum.

23. LITTVS A RANT.] Duo dicit, & arari litus,
& colles exerceri vomere. Primum refero ad fru-
menta, quæ proueniunt in campis & locis planis,
qualia sunt littora: alterum ad vineta, quæ in colli-
bus proueniunt. Vnde *vinum collinum* celebratum
auctioribus rusticis. De hoc discrimine campi ad fru-
menta, collium ad vinum, iam ego in Georg. Ita
etiam Horatius capio epist. 3. lib. 1.

An pinguis Afia campi, collèque morantur?
Quo versu animum adiecit Horatius ad frumenta
camporum, ad vineta collium. Clarè Manil. lib. 2.
— *quod colles Bucchus amaret,*

Quod facunda Ceres campos.
Sic accipio versum Statij lib. 7.

Messe Coronam, Baccho Gliscans colemens.

24. RVTVL OS QVE EXERCENT VO-
Locorum
ME RE CO LLES.] Ex perlustrato hoc loco Sta-
tius lib. 4. Theb.

— it Doricus ordo sub armis,
Qui ripas Lyncae tuas, ma littora multo

Vomere suspendunt.
Mutilus lib. 1. dixit, *exercita frugibus arva.*

25. CIRCAVM QVE IVGV M.] Promontorium est Circæij.
Latinorum in Italia, Ptolemaeo. Mela vocat Circæs
domum, vt ex illo adducit Ortellius; potuisse ad-
dere & Solinum cap. 8. Inde Circæij populi, de qui-
bus magna mentio apud vnum Liuum, presertim
lib. 1. & 7. & Plinius cap. 5. lib. 3. Nestio an apicē
Germanus proferat Aristotelis locum *περὶ Σαρ-*
άνκου. verba Aristotelis sunt. λέγεται περὶ Σαράνκας τὸν Κρονίον ὅπει φερεταινόν φέλτη Θαρσού: *Ferut in*
Circeo monte circa Italiam nasci venenum mortiferum. Nam Virgilus videtur capiendus de loco, qui in
Italia, non extra. Et cum promontorium in Latio
agnoscatur, vt dixi, Ptolemaeus, vt ex illo notat Or-
tellius, de hoc sensu procedit. In Nota sequenti.
nonnulla inuenies.

26. IUPPIITER ANXVRVS.] Sic dictus Iuppiter, Iuppites
cùm colebatur vt puer, & imberbis, quasi ἄρειος Ζεὺς,
Anxus.

fine nouacula, qua barbam rasisset. Colebatur autem
(ait Seru.) hoc habitu circa. Circaum iugum, &

Campania tractum, sicut & Virgo Iuno, quæ Fer-
onia dicebatur. Paulus, in Eliac. priorib. meminit
duplicis simulacri Iouis *ἐν ἔχοντες γένεα, non habentis*

barbam. Alio nomine Iouem hunc *Veionem* voca-
bant, quasi *parvum Iouem.* Non dubium autem quin
scriptio corrupta sit, & dicendus sit Iuppiter Axurus;
nulla enim ratio petit litteram illam interposi-
tam. Ex his versibus Horatianis Satyr. 5. lib. 1.

Millia tum præfisia tria repimus, atque subimus

Impostum faxis latè candemibus Anxur.

Apparet de quibus locis capiendus sit Virgilus. Fuit

Anxur Volkorum oppidum in alto situm. Liuius A
lib. 5. In Volkis depopulato agro, & Anxur nequicquam op-
pugnatum, loco alto situm. Et Stat. 1. Syly. ard̄que super-
ba Anxuris. Sil.lib.8.

Quæc Circeea inga, & scopulæ verticis Anxur.
Et lib. 4.

Monte procelloso Murrianum miserat Anxur.
Ab hac asperitate Trachinia postea dictum *τραχύνετε, vt scribit Strabo: corruptè deinde Tarra-
cina, aut Terracina, de quo vide Festum. Inde ita-
que Horat. repinus, subinus faxis impostum.* In hac
vrbe cultus est Iuppiter Axurus, in d̄ ab Ioue Axuro
nomen datum est oppido, vt scribit Pomponius
Sabinus. Quid ergo, si Virgilus per *iugum Circaum*
intellexit oppidum Anxurem, aut certè montem
huic vrbi proximum, vt dicat totum Tarracina tra-
ctum venisse cum Turno ad bellum? Nam & statim
Virgilus Feroniā nominat, vt etiam Horatius ver-
su, qui præcedit predictos duos. Et quidem totum
tractum Anxuris dici. Circæios notissimum est le-
gentibus Plinij, & Liuji loca plura. Inde sub suspi-
cari, an in Virgilio legendum sit *Circeumque iugum,*
non *Circum.* Porro de numero quodam Iouis aut
Axuri, aut Crescens vix est, qui non meminerit
eruditorum, Germanus, Lætinus, Scaliger, Orteli-
lius, Dalecampius, alij. Non omittam locum Starij
10. Theb. de templo sacro & Iunoni pueræ, &
Ioui Axuro:

*Ifsa illinc magni thalamo defensa Tonantis
Expers commub., & timide poitura pudorens*

Lumine demissi pueri Iouis oscula libat

Simplex, & nondum furtis offensa mariti.

C Lectio Vir-
giliana.

Leptice pueræ

Ipse illinc magni thalamo defensa Tonantis

Expers commub., & timide poitura pudorens

Lumine demissi pueri Iouis oscula libat

Simplex, & nondum furtis offensa mariti.

Neque Claudiani de 4. Consulatu Honor.

Tilis ab Iouis primavius Iuppiter antris

Poffessi stetit arce poli famulūque recepit

Natura tradene Deos: lanugine nondum

Vernabam vultus, nec adbus per colla fibebant

Matura conuexa come: tum scindere nubes

Discebat, fulmineq; rudi torquere lacerto.

**Aliam eiusdem paruuli Iouis imaginem repre-
sentat Stat. 1. Achill. hunc in modum:**

Sic sub mare Rhea iuvenis Regnaror Olympi

Oscula secuta dabat insidiosa forti

Frater adhuc, medij donec reverentia cessit

Sanguinis, & versos germana expauit amores.

Iouis etiam puer meminit Apollon. lib. 1. Arg. dic-
tur ab eo *καρπος*; & *καρπον* *ράπτια* *εἰδώς*, *sciens puerilia.*

E Et Nonnus lib. 41. his verbis.

Zede τότε νερος ἐν, τει τοι Εριφος, εποτε πανιφορ

Ορρυον ανεγει, Εριφος, πιταρρον παλιμφο

Αγεροφον παλιμφο.

Iuppiter tūc puer erat, adhuc forti infans: neque dū denso

Calidam diuidens rubem saltabundo tremore

Fulgor resplendebat.

**Qui versus cognati sunt premissis versibus Clau-
dianni. Omisi, vt vidisti, numerum quæcumque, cuius**

eritis, quoniam èd. pueri luxuria, vt etiam scitilia pluris

confundit, quam mürkina. Propter hanc Mutianus

Aera palus. oppida interierint vicinitate harum paludum, vt
oppida interierint vicinitate harum paludum, vt
proinde *aera palus* Virgilij sit, foeda, venenata,
spurca. Adduco etiam versus Sili lib.8.

*Et quos pestifera Pomini vidente campi,
Quia Satura nebula palus restagnat, & atro
Linentes ceno per squallida turbidus arua
Cogit aquas Oſens, atque inficit aquora limo.*

Dic, fides, an quicquā aliud afferri idoneum magis
potuisse ad illustrationem Virgilij? Mono in Plini
cap. 5, lib. 3, & in Tacito 15. Annal. corrupte legi
Pompeianas, & in aliis etiam, cum legi debeat *Pompeianas*. Redeo. Itaque *aera palus* nihil est aliud, quam
quod Silius lib. 12. *tellus multa viciata palude*. Inde cura illa, vt dixi, Iuliū de siccandis his paludibus. Quae
sanæ res tentata Cornelio Cethego ante Iulium, &
post Iulium Theodosio Regi.

Leſtio Vir-
29. *CONDITVR.*] Aliqui legunt, *voluitur*, nam de
giliāna.

Labitur, & labet in omni volubilis eum.
Et Od. 14. lib. 4. *voluitur Aufidus*. & Od. 1. lib. 4. *aque volubiles*. De Asopo Nonnus lib. 27. *ποταμος, ve-*

- * Hos super aduenit Volsca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas
805 Bellatrix: non illa collo, calathisve Mineruæ
Femineas affuenta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuque pedum præuertere ventos.
† Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu laſſisset aristas.
810 Vel mare per medium fluſtu ſuſpensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
‡ Illam omnis teſtis, agrisque effusa iuuentus,
Turbaque miratur matrum, & prospectat euntem
Atonitis inhiāns animis; vt Regius oſtro
815 Velet honos lœues humeros, vt fibula crinem
Auro interneſtat: Lyciam vt gerat ipſa pharetram,
Et paſtorealem præfixa cufide myrtum.

ARGUMENTVM.

Catalogum, & librum claudit Camilla: afferuntur eius
militares ornatus, ornatus, arma.

EXPLICATIO.

* EXHIBET nomen, gentem, genus militum, qui
illam ſequentur. Nomen, Camilla; gentem, nam ex Volscis: genus militum, nam turma eques-
tres, & ita cataphractæ: milites enim cataphractos
intelligo per cateruas florentes ære. Pergit deinde ad
ſtudia Camillæ. Non affuerat manus, etiam si virgo, colo, & calathis, quæ pertinet ad Mineruæ ſtū-
dium: ſed manus bellis, pedes cursu; manibus ini-
bat dura prælia, pedibus ventos præuerterebat.

† Extremum hoc de celeritate amplificat ab arti-
ſis terræ, & mari ſtūtibus. Aristas neque laſdebat,
neque inclinabat, etiam teneras & molles; ita enim
per illas feriebatur, aut potius ita volabat, vt videre-
tur eas non contingere: ſtūtus, & medium mare

A ſtūtum volvēs. Sed retinenda vulgatis leſtio: nam
tamets omnes ferè id enuntient per verba motus,
vt cum Herodotus lib. 1. dixit de hac re loquens, *τάναχ, & ἔξει, & εὐθύς, & οὐδὲν*; & ſimilimis alij: tamets &
verbum conuictum motu, etiam in Latio eſt. Caesar
enim lib. 1. Gall. *condi in ſtūtis dixit*. Sed celo.

30. *Vfens.*] Coniunxit Poëta loca inter ſe vici-
Vfens flu-
us, vt apparet ex verbis Plini cap. 5. lib. 5. *A Circeti*
palus Pontina eſt; dein flumen *Vfens*, ſupra quod Tarracina
oppidum, lingua *Vfensorum* *Anxoris dictum*. Sic itaque
Poëta iungit iugum Circaum, Saturam, id est, pa-
ludem Pontinam, Vfensem flumen, Anxurem, id
est, Tarracina. Ait Seruius, ſignari angustiam flu-
minis; nam iter querit, & conditur in mare, cum contrâ
de Tyberino, in mare prorumpit, quo faſtus fluminis
indicatur. De hoc amic Claudian. Paneg. Prob. *tar-*
dariſque ſuis erroribus Vfens. Cur *tardatus erroribus?*
quia querit iter per valles. Vt ergo enim tam Virgil.
quam Claudian. indicat variis flexuſ huius amnis.
Quia vero per imas valles, ideo *gelidus*, id eſt, cum
algor.

Græcorum bello, vbi Pentēſilea aduocatur à Troia-
nis contra Græcos. Nescio quod hic augurium Ser-
uius. Lege.

.. VOLCA DE GENTE.] Nimirum Priuerno
Volſcorum oppido: quod Poëta alibi declarat.

3. AGMEN AGENS.] Nam agmen ab agendo.
Tacit. I. Ann. *agmone in primo agmine*.

4. FLORENTES AERE.] Refero ad æris fulgo-
rem; eſt enim omnis ſplendor naturæ igneæ: arquii
igneæ dicuntur florene. Lucretius clarè lib. 4. *florēnia*
lumina flammis. Et lib. 1.

Donec flammæ fulſerunt flore coorto.

Manil. lib. 1. de templis cari ære fulgentibus ait, *le-*
tisque micare floribus. Aetius: *Ære, atque argento fer-*

uere igni, in ſignis florere. Et cum Homer. dixit lib. 13. B
Iliad. *πόλεων τοῦ θεοῦ*, pubertatis flo, idem profectò dixit,

quod Seneca in Hipp. *Vi fulgor teneris qui radiat ge-*

nis. Quod enim ille *τοῦ θεοῦ*, hic radiat. Et non alia ra-
tione mentitur Græci dicitur *τοῦ θεοῦ*, quam quod
ibi barba efflorefcat. Sic *τηρεται τοῦ θεοῦ*, *καὶ τινες θεοί*.
Tertullian. Apolog. cap. 1. dixit *lumina florisse*. Et
Ciceron pro Milone ait, Pompeium elegiſſe ad iudi-
cium illud *florēſſimis ordinib⁹ ipsa lumina*. Statius
etiam 1. Thcb. *arcano florentes igne ſmaragdos*. Claud.
in Magnete: *quo lumine floreat arcus*. Tertullian. de
Patient. cap. 2. loquens de Deo: *Florem lucis huīus ſuper*
inflos, & in ſiglo equaliter ſpargit. Ab hoc mutuo inter
flores & ignem vinculo, non defuit, qui ſuſcipiuntur
πυρὸν pro frumento duci *τὴν τὴν πυρὸν pro igne*. Habet
enim frumenti ſpica quandam ſimilitudinem cum
flamma. Ergo qui nobis ad explicationem Virgilij
obtrudunt Ennium dicente,

Tum mare veliolum florebant nauibus pandis.

& Catonem, qui Orat. de ſuo Confuſatu, *Mare velis*

florere videbas. Hi (inquam) non ſaris ad gulfum.

Nam Virgilius ad lumem tendit. Sed ego obiter En-
nium, & Catonem explico. Dant florem nauibus
propter vela, quæ ē lino: eſt enim linum inter ſata.
Redeo. Ab eodem mutuo vinculo non omnino re-
ſpuendit illi, qui vocem Latinam (*flos*) ducunt à vo-
ce Græca *ἄλα*; nam certè flamma ignis eſt inſtar
floris. Sed ſit Virgilius ſui interpres, qui hoc loco

D *florenſes ære cateruas*: in 8. ait, *fulgentes ære cateruas*; ex-
plicans videlicet florem per fulgorem. Inde pulchrit
Cyrillus Hierosolymitan. Careches. 13. coniunxit,
ὅτι τὰς σταύρους ἐφοργάνως τὰς ἐν αγνοσίᾳ λυ-
φόλαις: *corona crucis cacos in ignorantia illuminauit*. vbi
coniungitur cum corona, quæ ē floribus, verbum lu-
minis. Accipe autem in Virgilio cataphractos mili-
tis, hi enim fulgidi, vt qui omnibus parte muniti ære.
Ammian. lib. 20. cum agmine cataphractorum fulgentium
Rex ipſe ſublimior cateruas, &c. De qua re vide quaē di-
cam in II. vbi idem hemiſtichium.

5. NON ILLA COLO, CALATHIS, &c.] Locus
Apollonij lib. 1. Argon. vbi loquens de Lemniſ ſe-
minis,

Imitat. *Τάνιον θεοπλάταγον καλλιεργεῖ ηδύνεται*
Τάχεια, πυροφόρες τε μεγάλης αρρένες
Πυρετοὶ παρηγόντες Αἴγυπτον πιλέντες
Οἰς εἰς τὸ πτερούθεν ὄμβλαιον.

Quibus cura boiem, ſed que inducre
Arma, ferileque ſindire terias,
Gratis omnibus Mineruæ erat fundiſ,
Quibus ſemper anteā incumbebant.

Huic Muſæ etiam Silius inſtitut lib. 2. exornans ſuam
poēſin,

Hac ignara viri, vacuoque affuta cubili,
Venatu, & ſtūtis primos affuerat annos:
Non calathis mollita manus, operatudo ſuſo.

IN VII. ÆNEIDOS. 143

A *Didymam, & ſaltus, & anhelum impellere pluma*
Cornipedem, ac straffe feras immittit ambar.

De magna illa viragine Tecla Basil. Seleuciens lib. 1.

περὶ τοῦ ιπποῦ της ἀλκαλιας ἡρολαμπίας. & alibi: ιππο-

μάλλον, καὶ ἀλκαλιας ἡρολαμπίας, & της πόνης πονητῆς,

οὐ εἰς ταῦτα, τούτοις διπλεύει. Sed tēla potius, colōque adſide-

re, que ſola munera, ut ita dicā, maleribus natura attribuit.

Plutare. de Virtutib. mulier. si *ιππονος ταῦτα* *την*.

In de ergo Camilla laus, quæ non contenta donatiſ à

natura ſexu femino, alpinauit ad laudes virorum.

Troiana femina apud Calab. lib. 1.

Αλλάλας δρενους, ἀπόφροδι ηδύνεται ηδύνεται ηδύνεται.

Καὶ ταῦτας, ἀλευνεῖ ηδύνεται ηδύνεται ηδύνεται,

Se mutuo concitam, longè lanus abiicitum,

Et calathos, & ad ſeuia arma adiiciunt manus.

6. CALATRHS.] Hi in opere lanificij. Ouid.

epift.

Rafiblū calathis imposuiffe manum.

Arifol. Lyſift. vocat *ταῦτα τοιον*: item alij.

7. CVRSVQV PEDVM PRÆVERTERE VEN-

TOVS.] Theocritus Eclog. 8. *πρόδη θεον τάνευον: anto-*

ventos currere. Callimach. hymno in Delum, ἀνέμοι-

τον θέου: currere ventis ſimiles. Rursum Callimach.

hymno in Dian. θάρατας ἀνέμοιον: auris velociores. De

equis Neptolemi Calaber lib. 8. ἦν δὲ ἀνέμοιον φί-

πονος: feruntur cum ventis pariter. Nonnus lib. 28. dat

cuidam curſori ποδὶν πέντε γένεας, genna quibus venof

*pedes: & lib. 12. de Baccho ait, *ταῦτα ἀνέμοιον*, ſimiles*

ventus. Manil. lib. 1.

Uixque rotis leuibus ſumnum contingere campum

Vincetem pedibus ventos.

Non abit ad hac hyperbole illa Starij lib. 1.

Illicet igne Iouis, lapsique citatior aſtris.

Et lib. 3.

non ocȳns alti

In terras cadit ira Iouis.

E nec illa Pind. 1. Pyth. *Θεος ἐπὶ πλούτῳ διέρονται, &*

θαλαττας πλευρας τοῦ θεοῦ *θεοῦ: Deus, qui & alata aquila*

assequitur, & marinum prauerit, delphina. Nota

sunt quæ dē Lada omnes ſcribunt: & que Plinius

varii locis, præſertim lib. 7. cap. 20. & que de Sci-

pione Silius lib. 8.

ſape alite planta

Illa perſoſum, & campi per aperta volantem

Ipſe pedes præuerit equum.

De filio Atalante Starius lib. 6.

Narratur cenus pedes inter aperta Lycei

Tollere, & emiſſum cursu depredare telum.

8. ILLA VEL INTACTÆ SEGETIS, &c.] Cal-
purn. Eclog. 4.

viriſi ſic exultauit in arvo,

Tangeret ut frigiles, ſed non curuaret aſtris.

Homer. lib. 20. Iliad.

Ἄρπον ἐπὶ τὸ θερινὸν παρπόν θεον, ἐπὶ τὸ καλέντον.

Per ſummuſ aphodeli fructum currebant, neque fran-

gebant.

E Audi h̄c Scaligeri censuram. Quod Græcus θεον, Homeris ſu-

Virgilis volaret: vero namque ſimilius eſt, volantem

per Virgilium. Deinde an-

non incuruare aſtris, quām currenti.

Deinde an-

thericus, qui floſ eſt aphodeli, non exit adeo fre-

Persimnum fructum antherici currebat, neque frangebar. A. Apollonius lib. i. loquens de Polypliemo, C. Καὶ τὸν καὶ πόνον δὲ γλαυκὸς θέρευεν
Οἰδηπάτης, ἀδεσκεῖται τοῦ πόνου, ἀλλὰ σύντοποι;
Γέγονται τοι, τούτοις, θερπόμενοι κατεύθυντο:
Ιλλαί τοι ποτὶ πάντα κανα currebat
Vinda, neque celeres tinxit pedes, sed paululum extremis
Plantis madefactis, liquida ablutus est via.
Calaber loquens de equis Achillis lib. 8.
Οἴτε τοι περιπέτερον πελάγες σφίζει τούτον
Αὐτὸν τοι περιπέτερον πελάγες.
Qui sterile pelagus pedibus transcurrunt,
Exiremus ungulas tingentes.

Oppian. quoque lib. i. Cyneget. parivestigio.
Εἶπεν οὐδὲν τοι περιπέτερον πελάγες.
Equis supra anthericos currebat tenibus pedibus.
Aduocat Virfinus versus Orphicos, qui sunt apud
Zenzen, ubi Orpheus, loquens de Iphiclo, ut superiores Poëta, ita ait.

Οἴτε τοι περιπέτερον πελάγες, οὐδὲν τοι πελάγες
Στένει, ηλαφροὶ γύναι φέροντο λάινα τούτα.
Qui currebat per anthericos, neque fructum adhuc
Ledebat, velociā membris ferens, περιπέτερον πελάγες:
Meliūs Græci omnibus Poëta ad fegetes, & aristas
decurrit, ut vidisti ex censura Scaligeri. Sed vnuus
Græcius prae scribens Homerus reliquos in errorem
induxit. Sed Dio Chrysost. Orat. 33, etiam si
Græcius, loquens de equis Troianis, ait ita fuisse ve-
loces, οὐδὲν τοι πελάγες: ut current per
summa spicarum. Pessime autem illi, quibus confiden-
diuit est, amputant a Virgilio hos quatuor versus.
Expliciti quippe αὐθίκα, ut vidisti, sequuntur du-
ctum Scaligeri: nam ab omnibus αὐθίκα redditur
arista, aut spica. Ad vestigia porrò Virgilii Statius sua
lib. 6.

vix campus euntem
Senit, & exillis plantis interuenit aer,
Raque non fracto vestigia pulvere pendent.
Rem hanc ita exprefit Soph. in Ant. οὐδὲν τοι πελάγες
πεδεῖ: lenem attollens pedem. Statius iterum codem
lib. alto per gramina fulgo, dixit ad rem eandem.

9. VEL MARE PER MEDIVM, &c.] Hanc quo-
que partem comitabitur globus Poëtarum. Vites
quisque exercuit in hac limitudine describenda.
Princeps Homerus dicto loco, de equis loquens. D

Αὐτὸν τοι πελάγες οὐδὲν τοι πελάγες:
Αὐτὸν τοι πελάγες οὐδὲν τοι πελάγες:
At cum iam saltarent super lata dorsa mari,
In summitate littoris mari abeniti currebant.
Quid hic Scaliger? Sicut in herbis dixit, οὐδὲν τοι πελάγες,
neque frangebam: cur non in mari addidit similem
euasionem? Hoc enim Virgilii cauit, qui in primo,
nec teneras cursu laſſas aristas: in altero, celeres nec im-
gerat aquore plantas. Ita ferrè Scaligeri. Inde (credo)
ex imitatione Virgilii Claudian. de tertio Confulta-
tu Honori duplice quoque habuit euasionem.
Ait enim:

Vobis Ionia virides Neptunus in alga
Naturit equos, qui summa freti per curula possint
Ferre viam, segetemque leui percorrere motu:
Nesciat ut spumas, nec proterat vngula culmos.
Ut etiam Ouidius lib. 10. Metamorph. loquens de
Hippomene, & Atalanta, his versibus.

Posse patet illos siccō freta radere passū,
Et segelis canēstanes percorrere aristas.
In primo, siccō passū, in altero, stanes aristas, pro eu-
asione sunt. Sed ad Græcos iterum. Homer. 13. Iliad.
de Neptuni equis,

τοι πελάγες
Πύρα μάλα, οὐδὲν τοι πελάγες οὐδὲν τοι πελάγες:
illi autem volabant
Admodum celeriter, neque subter madefebat cresu axis.

Celeriter
pedum.

K. Καὶ τὸν καὶ πόνον δὲ γλαυκὸς θέρευεν
Οἰδηπάτης, ἀδεσκεῖται τοῦ πόνου, ἀλλὰ σύντοποι;
Γέγονται τοι, τούτοις, θερπόμενοι κατεύθυντο:
Ιλλαί τοι ποτὶ πάντα κανα currebat
Vinda, neque celeres tinxit pedes, sed paululum extremis
Plantis madefactis, liquida ablutus est via.

Calaber loquens de equis Achillis lib. 8.

Οἴτε τοι περιπέτερον πελάγες σφίζει τούτον
Αὐτὸν τοι πελάγες.

Qui sterile pelagus pedibus transcurrunt,
Exiremus ungulas tingentes.

Oppianus post adductum versum,

Άλλος οὐτε πέτρος, τοι πελάγες τοι πελάγες:

Alius super pontum, neque neque ungulam madefecit.

De mari quoque capiendus Nonnus lib. 28. vbi de

Iphiclo

— εἰστο κατέχαρεν αὐτος γαλήνης:

— iniuste descriptis summitatē tranquillitatis.

Nolo omittere locum Silij lib. 3.

— εἰστο κατέχαρεν αὐτος γαλήνης:

— iniuste descriptis summitatē tranquillitatis.

Iphiclus.

Orion.

Noteur ad extremum diligenter Virgilii. Duo quippe dixit de Camilla, neque laedi aristas, neque tingi aquis plantas. In his alludit ad Iphiclum, & Orion.

Primo datum à Diis, vtrita per aristas curret;

ut non inflebet, quod iam vidisti, alteri Nē-

ptunus concessit, ut suspenis vestigis ita fluctus

perambularet, ut neque summos pedes alluceret. Ita

solet Virgilii fabulas attingere sine ostentatione.

10. TURBA QVE MIRATVR.] Dicit ab Home-Imitatio-

ro Odyss. 2. Virsinus,

— τοι πελάγες

Δαὶ ἐπερχόμενον θεούντο.

Ego ab Calab. lib. 1. qui simili planè ratione Pen-

theſileam inducit aduentan̄tem ad Troianum bellū.

— αὐτοὶ οἱ τρόποι

Πάντοτεν ιεράνευεν, μέτ' οὐρανούτον, ήτ' οἰδιστον

Αἴσος ακαμάτειο Καθηκόντιον τούτωντος:

— Trojanī verò circum

Vndeque irruentes, admirantur plurimum,

Vi viderunt innīsti Martis filiam cum aliis tibilibus.

11. VELET HONOS LÆVES HYMEROIS.] Poëti-

cē luxuriat; nihil enim aliud dicit, quam regi hu-

meros Regia purpura, qua in summo honore. Sed

docet te loqui extra vulgus. Apollon. lib. 1. inducit

Venerem pari formē modo indutam, nam θεός, ab

humero pergebat vestis, τοῦτον εν καιῷσῃque ad latum

cibitum.


12. FIBULA CRINEM, &c.] Vsum fibularum in Fibulavīs.

feminis aperit Alianus lib. 1. Var. hist. c. 18. Τοι πελάγες

τὰ οὐρανά οὐρανούτον, οὐρανούτον, οὐρανούτον

τούτωντον τούτωντον τούτωντον: Τοι πελάγες

εαν πάρτη, η οὐρανούτον, οὐρανούτον, οὐρανούτον



P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
LIBER VIII.

AGVMEN TVM.

DROPONITVR belli signum à Turno, coguntur vndique auxilia ad bellum contra Æneam, mittuntur Legati ad Diomedem. Viso belli tanti apparatu Æneas curis astuat, abitque in somnos, cui dormienti appetit fluvius Tyberinus, docetque illum, que debeat auxilia contra Latinos compare; surgit dux à somno: & sacra perficit, aptarque se ad iter nauticum: describitur eius nauigatio ad Euandrum, qui tunc operam sacris dabat, cum Æneas ad illum appulit, excipitur hic humanissime, & aperit rationem affinitatis inter Arcadas & Troianos, adducitque rationes alias, quibus inducat ad statuenda secum fœderari. Repetit Euander causas ab initio, quibus libertissimè adducitur ad amorem Æneas & Troianorum, iuuitat illum ad celebranda sacra Herculis, & post epulas aperit Rex sacri illius originem, incipiens à notitia Caci, cuius speluncam describit, crudelitatem, genus, furtum, cedem ab Hercule, mox sacra Herculis, itionem ad urbem (nam hac facta in agro sunt) ac demum cotriusque ducis somnum. Interea Venus pro nato sollicita Vulcanum adit, petit ab eo arma, quibus Æneas vratatur in bello Italiae contra Turnum, promittit ille, ac post voluptatem conjugij it ad Liparem, insulam sibi sacram (cuius est mira hypotyposis) ubi Cyclopas inuenit fabricantes Iouis fulmen, currus Martis, Egidem Palladis, iubet cuncta amoueri, arma Aeneas cudi. Redit ad Euandrum, & Æneam, qui ad sermonem conueniunt vna cum Pallante, & Achate. Sequitur oratio Euandri excusantis renitatem suam ad auxilium, quod petebatur; ait tamen aliunde fortunam illuxisse, quod rit ostendat, incipit à rebus Mezentij, qui Agylliam occupauit, tenuitque cum imperio superbo & crudeli, non tulere illum Agillyni, fugit ipse ad Turnum, volunt ciues illum persequi bello, cobibet aruspex dicens fatis statuum, & externi ducis imperio bellum aggrediantur, quo audito oraculo Thufici imperium deferunt ad Euandrum, qui nec se propter senectutem, nec filium propter maternum genus aptos declarat, ac propere ex mente oraculi imperium illud Ænea mandandum, quem Pallas sequetur cum equitibus quater centum. Inter hec verba, ac sereno tum cœlo, repente omnia cœpta commutari splendore fulgurum, tonitruorum strepitum, fragore cali. In alio stupore Æneas letatur, aperitque Euandro causam obmurmurantis cœli, & quæ sciebat de missis sibi vulcani armis. Demum Æneas it ad Tarcontem in Etruriam vna cum Pallante, & in secreto sylva cum esset, apparebat illi venus mater, ferens arma, quibus ille pugnaturus cum Turno. Describitur latè clippi fabrica, & liber desinit in bellum Aetiacum, in quo vicitor Augustus, vicitus Antonius.

VT belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu: Vtq; acres concussit equos, vtq; impulit arma:

Exempli

Exempli turbati animi. simul omne tumultu
5 Coniurat trepido Latium: saevitque iuuentus
Effera. Ductores primi Messapus, & Vfens,
Contemptorque Deum Mezentius vndique cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.

ARGUMENTVM.

Proponitur belli signum à Turno, concinunt cornua, equi incitant, arma impelluntur turbantur omnes, Latium coniurat, iuuentus ad bellum sauit. Ductores sunt Messapus, Vfens, Mezentius: coguntur vndique auxilia ab agris.

EXPLICATIO.

DICIT, subito turbatos animos Latinorum ad signum, quod Turnus ab arce exultit, ad cornua rancum strepentia, ad equos concussos, ad impulsa arma. Ita enim omnia nata imprimis ad turbationem, cum præsertim multi nescirent Trojanorum aduentum: fuerat enim bellum subito accessum. Seruius ait, datum signum equitibus verbis illis, Virg. acres concussit equos: pedibus verè illis, vnguis impulit arma.

b Turbationem sequitur coniuratio totius Latij, & hec cum tumultu, vt par erat. Iuuenes quoque saeunt ad bellum, vt quibus insita ferocitas.

c Primi omnium Messapus, Vfens, Mezentius in agros discurrunt, adducti auxilia, etiam cum nocturno victus, nam cultores quoque agrorum ad arma compellunt, & quæ eunt, omnia vastant. Itaque cognit hinc notat vim. In his personis omnia propria (quod aduertit Seruius) Messapus bonus equo ad equites mittitur, Vfens egregius pedes ad pedites; porro Mezentius impius in Deos contra pios Troianos.

A nulla hic instet pugna? Potius in Virgilio miles confluit, vt confletur exercitus: & eunt duces ad cogendum militem ex agris. Obiicies pro altera explicatione, sublatum à Turno vexillum: id enim faciebat exercitus Imperator, instanti iam pugna. Sed obsecro, cu non etiam ad constitendum militem hoc faceret Imperator? Nam tametsi hoc auctores in conseruare, sed ratio præxit, ut hoc putem. Et præterea præponit Tullij pro Milon. ita loquentis de Pompeio: tum.

Quis cum de me decreuerat Capua fecisset, ipse cuncta Italia

cupienti, & eius fidem imploranti signum dedit, ut ad me

restituendum Romanum concurrem. Quæ verba ad

restitutionem alludent, non ad instantem pugnam.

In exitu notabis, vexillum illud, quod tollitur instanti pugna, non solum esse Romani moris, etiā si Plutarch. in vita Pompeij dixerit, loquens de Iulio,

τὸν μάχης ἡρακλεῖον τοῦ συμβολοῦ: sed etiam Graci;

Gratorum mos.

B Ita Plutarch. in Philopœam. hoc signum adhibet in bello, vbi non pugnant Romani: tollitur n.

instante pugna cornuū vñq; Gelone: vestis purpurea

in sanguine. Et hanc vestem purpuream, fusile vexillum

Romanorum, instanti pugna, clarum ex eodem Plut.

qui in vita Pomp. de re eadem loquens, τὸν φοινικὸν signum purpureum.

2. **LAVRENTI.**] Hac est Regia illa, quam latè describit in 7. Tectum augustum, ingens, &c.

3. **EXTVLIT.**] Ita Dionys. lib. 10. προσέβαλε τὸν φοινικὸν signum.

Efferre si- μάχης. Et Plutarch. in Pomp. προσέβαλε τὸν φοινικὸν signum.

4. **ET RAVCO STREPVERVNT, &c.**] Simi- Strepitus les strepitus, & planè tragicos habes in Lucret. libro militaris.

C secundo.

— rauco sono mirantur cornua canu.

Et in Silio lib. 13. aspirante ad Virg.

Insomere tuba passim, clamoque vivorum,

Tinnitque simul litui, raucoque tumultu

Cornua, & in membris concussa furentibus armis.

Parti fremitu Horn. 10. Iliad.

Αὐλῶν συείγγων Τέρων, διασέντην οὐρανόν.

Notetur etiam locus Cassiod. 2. Var. 14. de tonis Toni quin-

que. Dorio, Phrygio, Äolio, Iastio, Lydio. Phry- que.

gius ad rem Maronis, nam de illo: Phrygius pugnas

excitat, & vnum fioris inflamat. Hostos phthongos Phthongi.

vocat Plin. cap. 22. lib. 2. vbiait, Saturnum Dorio moue-

ri phthongo.

5. **CORNVIA.**] Sentient multi dictum hoc

cum relatione ad priscum seculum, cui in vsu cor-

nua. Itaque, quamvis Maro tubas areas intelligat,

tamen cornua nominat cum hoc respectu. Ita & Ho-

ratium capiunt Od. 1. lib. 1.

Iamiam minaci murture cornuum.

Sed me tamen Liuji locus lib. 30. admonet, vt cor-

nua capiunt. At enim: tuba cornuque ab Romanis ce-

cinerunt. Fabius quoque lib. 1. cap. 18. Quid aut̄ alius

in nostris legionibus cornua, & tuba faciunt? quorum con-

centus quanto est vehementer, tantum Romana in bellis

gloria carceris prestat. Vegetius etiam lib. 2. c. 22. Quoties

pugnatur, & tubicines & cornicines pariter canunt. Vides,

vt cornua in Romana militia distinguuntur à tubis?

Obiicies: cornibus ergo canebatur, quod in vsu

N 2 Barbaris.

Barbaris. Dico, manisse formam mutata materia. A concrescentes, innescerunt oppositos. Philostr. in Heroicis, apud r̄m dixit id est ērōnō. Cep̄t̄s ērēna r̄m l̄t̄rō; f̄c̄p̄t̄ s̄nto ad turbandas equos. ērōnō quoque apud Dionem lib. 4.7. r̄c̄ d̄x̄s ac ērēna d̄p̄t̄r̄t̄ ext̄. Et sc̄ta h̄st̄s percussere. Recurro iterum ad Ammianum, ut leias, Lector, discernere feruatum in bello. Ille itaque lib. 15. ita scribit. *Militares omnes horrendo frigore feruū genibus illidentes, quod est prospexitatis indicio. Scuta genitamenta: nam contraria, cū h̄st̄s clypeī feruntur, ita docubus illidens, mentum est, & doloris. Vides distinctos frustis frenitum laetitiae, & irarum. Sed non parca fontem huius moris aperire. Quid si tractus à belli Punici prodigo? Nam tuu scilicet celo, ac demissis inde fortibus, in una earum apparuit scriptum, ut auctor est Plutac. B vita Fabij, Ap̄p̄s r̄d̄ ērēna ērēna ērēna: Mars armatus concutit.*

*Non dubi direkti, non axis cornua flexi.
Vbi aës audis, & curvitatem agnosces.*

6. VT QVE ACRES CONCVSSIT EQVOS.] Est hoc, quod Stat. 3. Theb. Flagrantes innisi eq̄os. & in 7. Mars impellit eq̄os. Sed quis haec concussio, immisso, impulsio? Intellige incitatos eq̄os ad cursum. Ita videlicet duces se ad bellum ipsi acuebant militari hoc procuru. Friger Donatus, qui, eq̄os produxit. Non hoc solū, sed incitauit ad cursum. Ascensus se paululum surgit, qui, commouit. Cūm Hippolytus Medicus Cardinalis (commeminit Mag. lib. 4. Misc. cap. 13.) in Pannioniam exercitum ductaret, & acies iam in procinctu ad pugnam essent; canentibus bellicum tubis, & alacritatis generosi furoris processus, vt bellicum quid inclamans, stricto gladio, equum ante principia, quasi cum hoste congressurus, ad cursum concitasse dicatur. Ferunt etiam Antonium Leyuanum, qui, Caroli Quinti auspiciis, variis saepe cladibus Gallos afflxit, ad aciem saepe processisse lectica vestum, & fasciis illigatum, propter acerbissimos neruorum dolores, quos patiebatur: mox autem, vbi strepitus tubarum increpuit, & bombardarum tonitrua, eo furore solitum abripi, vt disruptis fasciis, quibus illigabatur; reliqua lectica, qua vehementer, arma arriperet, equum inscenderet, quem agebat in variis saltus & procurus. His exemplis capies, quid Turnus. Qui legat Statium lib. 2. Achill. inueniet quos fremitus Achilleus tremuerit ad visum clypeum, ad auditum tubam, cūm muliebri habitu latet in Scyro.

7. VT QVE IMPVLIT ARMĀ.] Concussio armorum ante conflictum fuit. Fiebat haec vel gladij rotatione, vel hasta iaculatione, vel facta percusione in clypeo. Atque ita duces quasi experimentum capiebant virtutis, siisque acuebant ad bellum. Inde de armis Turni in 9. Horrendum soniū. In 7. Non clypeo, curritque sonari. Et de Messapo, feruntque retrahat. Andromacha apud Sen. vt terrorem D inferat Vlyssi volenti euertere sepulcrum Hectoris.

arma concusſi manu,

Iaculatur ignes, cernit̄ Danāi Hētōrem?

De Annibale Sil. lib. 12. clypeoque tremendum incepit. De codem lib. 9.

Ingenis clypeī tonū prænuntiat irām.

Et iterum lib. 2. eiusdem Annibalis arma; Leibiferum intonare. De Flaminio in 5. clypeum quatinus.

De Marte Claudian. 2. Eutrop.

Sic fatus, clypeo, quānum vix ipse Deorum

Arbiter, infesto cūm percūit astera nimbo.

Innotuit.

Nonnus lib. 2.1.

ωτολέμειοι φρούρησθαι σαμιδεῖς φρούρων,

Αρνίδαι σαμιδεῖν εἰποῦ οὐ τύχει μεχεῖρη:

Ostentans prænuntia signa bellī.

Pulsauit gladio immitti scutum, cui pictum dorsum.

An vero fols Poëta? Ammian. lib. 20. *Hac fiducia milles, h̄st̄s feriendo clypeos, sonitu assurgens ingenti.* Et lib. 16. inducit milites, h̄st̄s illidendo scuta. Clarius lib. 14. nam addit rationem. Miles h̄st̄s feriens scuta, qui habicis irām pugnātū concitat ex dolore, proximā gesta terrebis. Polybius de pugna Scipionis contra Annibalem. *μάρτιοι συμφόροις ἔτις ζητοταξίς θερέσ, προσθαλον θεράρροις: Romanī gladiis ad scuta*

Accedit mōros Romana iuuentus.

Et

Cornuace
are.

Concussio
equorum
qua.

Antonius
Leyua.

Concussio
armorum
qua.

Et deridit agros letos, atque oppida cepit.

Si c. Georg.

Squallent abductis artia colonis.

Et in 11. Æneid.

Ingentes & desolatissimus agros.

Stat. 4. Theb. *rarus vacuis habitat in arvis.* Et 3. in

apparatu belli, *agrisque viris, annosque vastant oppida.*

Ab Ennio fortasse Propert. lib. 4.

Sub quorū titulis Africa torfa iaces.

Herodotus dixit λαγύνεται τὸ χόραν. Alij κακοὶ τὰ χωμά: quod Demosth. κακοὶ πολὺ τὸ χόραν: & Hom. 1. Iliad. ταραχήν εἴδωλον λαβε. Polyb. lib. 3. τὸ χόρας καταθερουλην. Omnes isti notant atrocem agri vastationem. Statius etiam in Achill. in appa- ratu belli, *Rura, urbēsque vacant. Atrinigis hoc & au- tor Thebaidos, vbi ait, fugam factam ab agris, in-*

A gruente bello. Et Lucan. lib. 1.

— defunq̄t manus poscentibus armis.

Inde dolus Iugurtha; sed penetratus Metello, vo- Iugurtha lentis auertere belli suspicionem. *Contra bellis faciem dolum.*

(agnosce Sallustium) *tuguria plena hominum, pecora, Tasculanū cultorūque in agris erant. Par dolus in Tusculanis fuit, rum dolus.*

sed penetratus etiam Camillo. In huius vita Plutar.

At Tusculani errorem vaferimē auertentes, cum esset

iam in expeditione aduersus ipsos Camilli, τὸ πόδινον

αὐθαίρετον, τὸ εἰπίνη, γεωργίαν, τὴν επιστρατείαν τοῦ

αριστού, παστορίσκης agros, ut in pace, compleuerant.

Nihil enim magis alienum à bello, quam agros coli.

Nam hæc indicia metu sunt pacis. Inde ad pacem

notandum Aufon. Mosell.

Sed modo secūris, non castra, sed horrea Belge.

Addam felices ripa ex utraque colonos.

^a Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,

10 Qui petat auxilium, & Latio confistere Teucros,

Adiectum Æneam classi, viētōsque Penates

Inferre, & fatis Regem se dicere posci,

Edoceat: multāsque viro se adiungere gentes

Dardanio; & latè Latio increbescere nomen.

^b Quid struat his ceptis: quem, si fortuna sequatur,

Euentum pugnæ cupiat, manifestiū ipsi,

Quām Turno Regi, aut Regi apparere Latino.

ARGUMENTVM.

Legatio ad Diomedem, ut Latij rebus fauēat.

EXPLICATIO.

^a P O s t vietam Troiam Diomedes in Apulia Italæ considerat, ibique Arpos, aut Argiripam urbem considerat. Ad hanc urbem Venulus Legatus mittitur. Notanda verò mandata omnia, ut Diomedes permoueat admittenda auxilia, iubent enim, ut Venulus Diomedem doceat, Teucros, scilicet antiquos hostes Græcorum, confistere, quasi iam domicilium habeant, Latio, id est, in ipsis Italæ vieturibus. Ducebant verò illorum esse Æneam, filium nempe Veneris, quam Diomedes ipse vulnerauerat, adiectum classi, vt ita maior formido Diomedes inuidat: quippe res geritur cum hoste mutantio classiarior militi. Deinde doceat Penates, tametit viros illos, inferri quoque; verbum funestum, & ominosum. Ne videlicet putetur res temere agi, sed cum auspicio Deorum, hisque praevintibus. Et, quod inuidiosius adhuc, fatis Regem se dicere posci: quasi velint, non tutum esse in Italia Diomedem, cum fata Regem alium videantur poscere. Neque vero tantum Troiano milite Æneas munitur, reliquie, aut fatis: sed etiam

^b mulisque viro se adiungere gentes
Dardano, & latè Latio increbescere nomen.
Natum hoc ad magnam formidinem, quasi Itali se adiungant, non tam Æneas Troiano, quam viro Dardano; videlicet agnoscentes post longa sacula primos Dardani ortus, qui fuit Italus: atque ita confitentis conspirationem ab illis, τοῦ γένος, καὶ τοῦ, καὶ commune γλωττα, diuero, quos discerit genus, lex, lingua. Illud, qui petat auxilium, est quod Xenoph. 1. ἐλλ. in re simili, spartiatique vānēs ἀπόθεσι.

B quām sint in arcto res. Hoc enim ipsi erit manifestius, vt qui diu cum Troianis pugnauit, quām Turno, aut Latino. Nam certum est, quid Æneas his ceptis struat, quem cupiat esse pugna euenum, aspirante fortuna: non profecto alium, quām toti Italæ dominari, ac prōinde nec Diomedem tutum esse in Apulia. Sunt ista honesta quādam mina, vt quæ recta. Vidi sapissimè in Poëtis multos Legatorum sermones, in quibus fusè multa, & fere ad rem nihil. In Virgiliana hac legatione omnia viuenda & efficacia, munita fatis, religione, opibus; vt nullus relinquatur Diomedi ambigendi locus.

NOTÆ.

1. MITTITVR, &c.] Par locutus Demosth. 2. Locorum

Olynth. φροὺς θεταῖς φροτεῖς πεποτεῖν. τὸ πόδινον similitudo.

didactei rūta, τοῦ ἡ περιστρέψι: Censo mittendam legatio-

nen ad Theſſalos, qui alios doceat, alios ad bellum exhibe-

tent. Adunabat verò Poëta studium Romanorum in societatibus firmandis, & faciendis foderibus.

Cum enim malo aliquo premebantur, hoc vnicum

erat confugim. Itaque apud Linium saepe video

discursus ad socios in clade quauis. Et apud Thuy-

cyd. lib. 7. post cladem acceptam in Sicilia, statim

Atheniensis curant τὰ τρόχη μαχαίρες δαφνεῖσα, qua-

si nihil hac re tutius.

2. QVI PETAT AVXILIVM.] Nempe à Græcis,

qui diuensi à Latinis genere, ac moribus. Sed ideo,

quia virique genti vnius hostis imminebat. Simocatt.
Στρατείᾳ δέ τοι οὐλή φορού εἰκελα vñda, πάντας

Τάχα.

Fulgebant verò à Sole infast ignis, naue cunte.

Arma.

6. PICTAS CARINAS.] Explico, Phrygias:

Pictura enim in Phrygibus; vnde & Phrygiones, qui

acu pingunt. Ceterum de nauum pictura iam aliis

locis. Neque nego capi posse hunc locum de pictis

numinibus, iuxta ea, quæ alibi. Inde & maior ad-
miratio à visis Dis, quos Tybris non nouerat.

7. FATIGANT.] Expliciti, ut vidisti, quia vocu-

lam, scilicet in his verbis subaudiri frequens est. Posit,

liquidarum & lapsis aquarum

Prodit cerulea dispersas luce figuræ.

Iterum;

— quæ sece animi confundit imago.

Et adhuc:

Reddit nautales vitreο sub gurgite formas.

O 4 Albert.

Accedere ad pisc. & Capitol. ad manum accedere, esse, manum exo-
manum. sculari, cur non coniicam, verbis istis, accepitque
menu, innui osculum, praesertim sequente am-
plexu, & inhalatione, quae strictissima benevolen-
tia nota.

Inhæsio ma- 8. IN HÆSIT.] Quid si signatissimo hoc ver-
bus, quid.
Ann. his verbis: *Mos est Regibus, quoties in societatem
coerant, implicare dextras, pollicisque inter se vincire, no-*

A dīque perstringere? Eadem lux dari Homero potest
6. Iliad. ἐν τῷ ἀριστοῦ χειρὶ, illigite in manum habet. &
Apollonio lib. 1. Arg. Χείρας ἡ χειρὶ ἡ πρὸς ἀμφιβολία,
manū inservens summam manum. & aliis. Obserua-
etiam hanc manus inhalationem factam ex more ho-
spitalitatis, quam rem iam latè Stuchi lib. 1. Antiq. Conu. quem adeas.

9. DICTIS AFFATVR AMICIS.] Est hoc, quod
Plut. in Lucullo φροσεῖπον ἀλλήλων φίλαφρόντος.

- * Optime Graiugenūm, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætendere ramos:
b Non equidem extimui Danaūm quod ductor, & Arcas,
130 Quodque à stirpe fores geminis coniunctus Atridis.
c Sed mea me virtus, & sancta oracula Diuūm,
Cognatiq[ue] patres, tua terris didita fama,
Coniunxēre tibi, & fatis egēre volentem.
d Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & auctor,
135 Electra (vt Graii perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros: Electram maximus Atlas
Edidit, aetherios numero qui sustinet orbis.
Vobis Mercurij pater est, quem candida Maia
Cyllenus gelido conceptum vertice fudit.
140 At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui sydera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.

ARGUMENTVM.

Sermo Aenea ad Euandrum, quo explicat, post capta-
iambenevolentiam, qua se ratio cognationis inter Arcadas,
& Troianos.

EXPLICATIO.

VID, vt capter. Graci fraudulentii sunt, &
dolosi, tu vnuis inter illos optimus. Adiicit.
Non dedignor, eò me redactum à fortuna, vt ad te
supplices manus tandem. Rami compiti vitta, sunt, in-
neci, & illigati vitta lanea; vt ipse, tum ramum
innecit olima. Ergo, quod illuc innecit, hic comptos:

b Duo poterat timere Aeneas, ne Euandrum
adiret: primum, esse illum Principeum Græcum: al-
terum, esse cognitione coniunctum cum Agamem-
none, & Menelao.

c Diluit primum. Quasi dicat: Non timeo, te
esse Principeum Græcum: nam virtus mea, & Deo-
rum oracula tutum me inter hostes faciunt. Diluit
alterum. Non timeo, te esse cognitione coniunctum
cum Agamemnone, & Menelao: nam parres D
vestri, & nostri, cognati quoque; & addit famam,
qua de virtute Euandri sparsa in omnem locum.
Hac me tibi (inquit) non coniungunt modò, sed
etiam volentem (vide vt renuam) adiungit. Quod
enim voluntatis meæ fuerat, egit necessitas fati. Ex
hac explicatione, qua certè cognitor menti Poë-
ta, capio in illis, *mea me virtus*, non tam *audiens*,
quam *aperitiv*.

NOTÆ.

1. OPTIME GRAIUGENVM.] Notat Gisan. Conl. inv.
ad Lucret. pro *Graiugenis*, & *Troigenis*, dici, *Graiugen-*
us, & *Troigenus*; ad eum modum, quo *dissipare*, *car-*
nifex, *optimus*: nam alter per i, dicendum esset, vt
primigenius, *venerigenius*, *Pænigenius*, *Phæbigenius*. Quæ in
hunc locum Seru. scribit de re Grammatica, falsa
sunt. Vocem, *optime*, retuli in explicatione ad virtu-
tem animi: possit, qui velit, ad militarem, ad cùm
modum, quo Homerus sape αγαθὴ θεὸν Μενέλεον.
& 4. Iliad. ἐθλὸν ἐν τομούχοις, loquens de Echepo-
lo, *bonum inter antesignanos*, id est, forte, Vtique,
quod ipse sape Τελαστρον, Τελασφρον, πρετερον. Atque
ita

ita postea reddens Euander vicem Aeneæ, ait, *ut te A*
fortissime Teucrum. Hauc explicationem inf. agnoscit
Seruus.

2. CVI PRECARI.] Græcum omnino. Hom.
ἐν τῷ Ἀπέλλαι, Διά, Θεοῖς, Scal. verò lib. 4. Poët. cap. 16.
Antiquitatem probè, & pudicè veneratus est, cuius manifesta-
tem imitatur, cui me fortuna precari. Sed cur non anti-
quitas quoque ex Græco?

3. ET VITRA COMPTOS, &c.] Erat ha-
bitus supplicum, rami olea compiti vittis, id est, or-
nati, innexi, illigati. Aeschyl. in Suppl. exhibet λε-
πτορεπεις τετράτετρα κατὰ τοις: ramos recens decerpitos coro-
natōs albo, id est, ramos olea lana obulutos. Vel,
explicatore Plur. in Theb. πλάστρον ἢ ιερας ἡλιας
ἔπειον περιεργασμον. Ornamen sacre olea redimitus lana
alba. Ex his itaque Plutarchi verbis explicandi om-
nes, quoties hanc rem artigunt non plenè. Ut cùm
Appian. in Hispan. tantum dicit *hiereneis*, & Eurip.
ἱεροις κατὰ οὐδεις & Soph. Oedip. *ἱερεις* κατὰ οὐδεις. Hi
omnes, & reliqui, quos mihi exhibeas, capendi
de olea, & lana illi obuluta. Sed de his iam ego.
lib. 7. & 11. in qua duo loca digessi noram omnem
antiquitatis. Hic non te prætereat obseruatio Ca-
roli Paschal. lib. 5. Cor. cap. 15. coniungi scilicet
hac duo ex societate, qua est in pace inter oleam,
& lanam. Cum enim supplices pacem penterent,
duo pacis symbola præferebant, oleam, & lanam.
Iustini lib. 2. *Primi Atheniensis Irenici, & olei, &*
*vini usum nouere: quibus scilicet omnibus homines fini-
tur in pace.* Volo hinc obseruare locum Petron. *vnde*
lux Virgilio. *Ait ille Sat. Praecedit ramum olea à tra-
zela nauigij raptum.* Idem factum fortasse ab Aenea. C
Itaque cùm tutelares Dij nauigiorum rānis orna-
rentur, facile erat nauigantibus inde sibi ramos su-
mire ad *hiereneas*.

4. CONIVNTVS ATRIDIS.] Explicat
latè Seru. qua hæc cognatio inter Euandrum, &
Atridas. Lege.

5. MEA VRTVS.] Quadrant in hunc locum,
qua iam latè 1. Æneid. ad illud, *Sum pius Aeneas.*
Tibull. dixit lib. 4. *mea cognita virius.*

6. ET SANTCA ORACVL A DIVVM.]
Nonnulla est allusio ad versum Hom. 4. Iliad.

Πατρίσιου τετράτοις θεοῖς, γῆς ζωῆς αὔρην·
Confisi signis Deorum, & auxilio Iouis.

7. COGNATIQUE PATRES.] Quadrat vnicē
in hunc locum nota, quam dedi lib. 7. ad illud,

Hie stirpem suisam. Hæc enim cognatio Arcadum,
& Troianorum tota per feminas deriuata Elecram,
& Maiam. Itaque probè, cognati patres, non, agnati.
Noretur verò ex toto hoc excursu Virgilij præce-
ptum politicum. Princeps, qui velit plurimum pos-
se, γῆς ζωῆς αὔρην, ita res suas gerat, vt multas
affinitates contrahat: sic fieri, vt, quois instanti
malo, habeat à quibus auxilium petat. Probè hoc
intelléxit Dumnorix ille, de quo Iulius 1. Gall.
Neque solum domi, sed etiam apud suissimas ciuitates lar-
giter posse: atque huius potentia causâ, matrem in Biti-
gibus, homini illuc nobilissimo ac potentissimo collocaisse:
ipsum ex Helvetiis uxorem habere: sororem ex matre, &
propinquas suas nupium in alias ciuitates collocaisse.

a His fretus, non Legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi: meme ipse, meumque

145 Obieci caput, & supplex ad limina veni.

b Gens eadem, qua te, crudeli Daunia bellò

8. DIDITA FAMA.] Lege illud lib. 7.
Diditur hic subiù Troians per agmina rumor.

9. VOLENTEM.] Videatur alludere ad voluntarium. Voluntarius
miliem; vt Eurip. in Helen. εὐστοχεῖς: imperans vo-
lentibus; & inf. εὐστοχεῖς βλεψπανητῶν: ducens co-
pias non per vim.

10. A DVE HITVR TEVCROS.] De hac
Dardani peregrinatione satis iam variis locis; vt
etiam in 4. de Atlantis fabula.

11. VOBIS MERCVRIVS PATER EST.] Dio-
nys. lib. 1. Antiq. Euander filius Mercurij, & Nym-
phæ cuiusdam Areadicæ, quam Greci Themis appellant,

& monine diuino afflari, atque agitari dicunt. Sed anti-
quitatum Romanarum Scriptores cum patrō sermone Car-
menta, & monine diuino afflari, atque agitari dicunt. Carmenta,

etiam *Carmenta*, id est, fatidica dicitur. Nam φέρει Romanū
vocam carminis. Vide, qua hæc latè Seru. Huic Virg.
loco gemellus est Nonni lib. 31. vbi luno volens

ad gratiam suam pertrahere Venerem, rem efficit
simili modo. Debès (inquit) mihi hanc gratiam,
quia tu vxor es Vulcani, Martis concubina: atqui

vituperque mens est filius, ac proinde στοῦν δὲ γενέπον
τε φίσεσθε, dupli ex parte tibi sim socius. Neque abit
argumentum Eurip. in Suppl. ταῦτα κατέσθοντα
οἰς περιφέρει: *habemus vna tecum eundem paternum*

fingiūmen. Sed mihi tamen non dubium, quin Virg. Imitatio.

vincit hæcerit eidem Eurip. in Heraclidis, vbi Iolaüs,
vt Demophontem pertrahat ad auxilium præben-
dum liberis Herculis contra vim Eurythmi, simili
modo ratiocinatur. Locus est longus, ideo tantum
sententiam. Ergo Iolaüs ad Demophontem. Pe-
lops Pittheum genuit, Pittheus Aethram, Aethra
Theseum, Theseus te: rursum, Peleus filiam ha-
buit, qua genuit Alcmenam, Almena Herculem
ab Ioue, Hercules hos liberos: ac proinde tuus
pater Theseus, & horum pater Hercules fratre
confabini, tu igitur, γέρεις πολὺ θεοῖς ἀδεῖς θεοῖς: Sic
hos attingis genere δε Demophon.

12. CANDIDA MAIA.] Id est, pulchra, vt, can-
dida Dido. Nescio quin cur Ser. obstat huic expli-
cationi. Vel locutus Poëta cum respicere ad Pleia-
das; nam Maia est vna Pleiadum, & ceteris splen-
didior. Vel demum *candida* est *torva*, veneranda
(explicatorib. Parthas. in Claudian. & Erythæo in
Indice) nam Aratus *τορβία Μαία* dixit.

13. CYLLENES.] De Cyllenio Mercurio dictum
iam 4. Æneid.

14. FVDIT.] Refert Seru. hoc verbum ad felicitate-
m, & ad rationem physicam. Primum; nam edic partu, cur

affinitates contrahere de multis
Princeps. Fundo. in

15. CANDIDA MAIA.] Id est, pulchra, vt, can-
dida Dido. Nescio quin cur Ser. obstat huic expli-
cationi. Vel locutus Poëta cum respicere ad Pleia-
das; nam Maia est vna Pleiadum, & ceteris splen-
didior. Vel demum *candida* est *torva*, veneranda
(explicatorib. Parthas. in Claudian. & Erythæo in
Indice) nam Aratus *τορβία Μαία* dixit.

16. CYLLENES.] De Cyllenio Mercurio dictum
iam 4. Æneid.

17. CYLLENES.] Refert Seru. hoc verbum ad felicitate-
m, & ad rationem physicam. Primum; nam edic partu, cur

affinitates contrahere de multis
Princeps. Fundo. in

18. CYLLENES.] De Cyllenio Mercurio dictum
iam 4. Æneid.

19. CYLLENES.] Refert Seru. hoc verbum ad felicitate-
m, & ad rationem physicam. Primum; nam edic partu, cur

affinitates contrahere de multis
Princeps. Fundo. in

20. CYLLENES.] Refert Seru. hoc verbum ad felicitate-
m, & ad rationem physicam. Primum; nam edic partu, cur

affinitates contrahere de multis
Princeps. Fundo. in

21. CYLLENES.] Refert Seru. hoc verbum ad felicitate-
m, & ad rationem physicam. Primum; nam edic partu, cur

affinitates contrahere de multis
Princeps. Fundo. in

22. CYLLENES.] Refert Seru. hoc verbum ad felicitate-
m, & ad rationem physicam. Primum; nam edic partu, cur

affinitates contrahere de multis
Princeps. Fundo. in

23. CYLLENES.] Refert Seru. hoc verbum ad felicitate-
m, & ad rationem physicam. Primum; nam edic partu, cur

affinitates contrahere de multis
Princeps. Fundo. in

intertextam; demum frena duo, & hæc aurea. Quæ cœs: A sere in vñm Pallanti meo. Vide vt munera eloqüs ornauerit optimus beneficij æstimator.

f. Ab narratione reddit ad rem. Petitis dexteram ad nostram frœderis, hanc iam dedi vobis, cùm dedi Anchisa; itaque iuncta, iam est. Petitis auxilia, hæc dabo aſſulgente die crastino.

g. Invitat demum ad celebranda sacra, quæ ſibi erant in manibus. Ratio duplex. Prima, ne quicunq; differri: altera, ſic iam nunc hospitalibus mensis afflueſtis.

N o t e.

Lustrare corporis, Permetiri oculis.

Initiatio.

Aenea matritas.

Locorum similitudo.

Vt. os.

Imitatio.

Salamina prius Halamina.

Salmantica, vnde dicta.

Vestigio de arbitrio.

cepis, cùm ſcripſit: inueniēt à nobis accepisti, vefſicipem illic reddidisti. Palladio quoque inueniēt puer dicitur pro imberbi, vt Statio nudus lib. 5. *Nudus uerque genus.* Cùm additum forem, liquidum eſt, ſumi metaphoram ab agris, qui vefſiri dicuntur. Vide quæ iam ego 2. Georg. ad illud,

Quæ ſuo viridi ſemper ſe gramine vefſit.

7. FLORE.] Pari venustate Graci, qui ἀπὸ τῆς ἄνθετης barbam nominant ἀρθρόνον: & Hom. 13. Iliad. ba. ἔνθετης. Sic à Platone dicit ἀνθετης ἐν ὥρᾳ, qui incipiunt pubertatem: & Odysseus ἀνθετης λέγων, & Pind.

1. Olymp. ἀνθετης φυτόν. Quis nescit ab Hom. ſepe iūnes ἀλεύθεροι dici? Huic affinis vox ἀλέας, quæ ba-

proprietatē notat lanuginem arborum. Eam verò ad iūnes transferunt Hom. 11. Odys. & Aeschyl. ἀνθετης. Theophylactus quoque Scholaſticus, ἀλέας ualde ταῦτα οὐδὲ ταῦτα. Theodoret. de Prouid. Serm. 4. ἀνθετης. Procedo. λέας quoque de arboribus dicitur; atqui Callimach. ἀλέας ἀλέας προποίησι. & Apollon. lib. 2. λέας ἀλέας. Non minus uenit Nonnus lib. 25. aliam vocem ad hanc rem intruit, cùm ſcripit ταῦτα οὐδὲ ταῦτα οὐδὲ ταῦτα. Ex hac Nota dicunt iūnes barbam ſuam eſſe ἀλέας, λέας, ἀλέας, & ſe eſſe ἀλέας, λέας, & ἀλέας. Vide 17. Iliad. ταῦτα ταῦτα ταῦτα. Ab Gracis Latini ſcripſimus: nam Lucret. lib. 5. enī florent iūnes. Statius, Claudianus, Seneca pallium. Huic affine verbū verno, quo vñſ Mart. lib. 2. Verno de barba.

Cum ibi vernarent dubia Lanagine male. Separauit ab his Pacuuum, vt in quo non legendum, Deficit, tum in aliis, tum in acumine: nam Virg. ideo lumine, quia luſtrabat. Consentaneè enim duo lucis verba adhucuentur. Hom. dixit 17. Iliad. ταῦτα ταῦτα ταῦτα. Theocr. iud. 24. à quo fortasse Maro.

Kai μὲν τὰς ταῖς οὐραῖς τῷ τοῦ πόδον συρεχεῖται: Et me à capite ad pedes perpetuam vidit.

C Indicat vero Virg. quidpiam magnum inesse Aeneam, quem tam auide, & attentè Euander perluſtrabat. Non aliter ac de congreſſu primo Scipionis; atque Annibalis ſcripſit Liu. lib. 30.. Paulipper aler alerius conspectu, admiratione mutua, proprie attorii coniūre.

8. MIRABARQUE DYCIS.] Eſt huic ſententiæ ſuus fundus. Solent ſenes laudare & admirari, quæ Praeterita gesta ſunt iſpis iūuenibus: ea diſplacent, quæ tunc laudantur. Catull. dixit, cupidō confixit lumen, & cupidō ſpectando. Huic affectum ita exprefſit Heliodor. lib. 6. παλλαῖς τοῖς ἀρχαῖς περιποτε: multis oculis perluſtrat. Indicat auidentem videntis.

9. CVNTIS ALIORUM IBAT ANCHISES.] Eſt hoc, quod Hom. 3. Iliad. ἡρώες Κύπελλον. Quod Claud. 2. Ruff. & Principe celforibat. Quod Strat. 1. Sylla. dixit.

— quantum Lanaria Nymphas

Virgo premit, quamvis egomet Nereidas exſto. Sed de hac re iam ſup. ad calcem lib. 7. vbi ſermo eſt de Turno. Notar. Iul. Scal. lib. 1. Poët. Heroas ſolitos induci à Gentilibus mira quadam corporum proceritate, vno excepto Tydeo. Afſine hoc note

Herois proceri corporis. Catull. dixit. Lætare, ducit auctoſtis. Lege.

10. COMPELLARE.] Nota eſt verbi huius, atque appello significatio in te blanditiarum, atque amoris. Vnde hæc vñſupata Virgilio. Incidit ſuſpicio, an antiquum pello ducatur ἀπὸ τῆς λέλανς, vase

Pello, pellas antiquum vnde. lactatio. Cùm enim videam plura verba, que per-

E tinent ad blanditias, ducit à latē; cur non idem puden- tem de hoc verbo, ſimiſargumento?

11. PHENEI.] Contemno notam Seruij. Nam cur Poëta poneret Pheneum pro Palanteo. An ille elinguis? Itaque nulla ratio huius coniecturæ. Pheneum ſuſſe oppidum in Arcadia ſcimus auctoritate Hom. 2. Iliad. & Plin. lib. 4. cap. 6. & Poëtam

de illo intelligi nihil obſiſt. An Euander dominus. Palantei tantum: in dō totius Arcadia. Exemplum, quo errorem ſuum firmat ſernius, de Tyrro, & Sidone, alibi euerti. Sciret Poëta alia ratio-

ne verum circumflectere, & Palanteum ponere. Tu & Plinij locum alterum corrige lib. 12. cap. 26. vbi

pro Paphide Arcadia, legendum, Pheno Arcadia, ex lib. vet.

Hospitalia munera.

12. ILLE MIHI, &c.] Ex ritu gentium omnium, quo equus compeditur, & ducitur in omnem partem. Vnum videbit, vt ſic loquar, frœnum, non duo. Etenim, cum multæ ſint partes instrumenti huius, quas latè exhibet idem Pollux lib. 1. videlicet, πάνδοκος, πάνδοκος, πάνδοκος, πάνδοκος, & plures alias; potuit Poëta recurere ad partes illas utrinq; maxillis inhaerentes. Sic lib. 7. à parte alia, quæ ori equi inſeritur, totum instrumentum intellexit, eo verſu, fuluum mandunt ſub denibus aurum.

16. AVREA.] Poëtarum loca, qui equos ornant Equorum aureis, argenteisque, illuſtrat Balilius in Orat. apud ornatū.

13. INSIGNEM PHARETRAM.] Lyciam capio ex

adiuunctis sagittis. Itaque insignis pharetra; nam Ly- cia. Vide 7. Aeneid. ad illud, Lyciamque pharetram. Et nota varietatem poëſeos: ibi celebrat pharetram Lyciam, hic sagittas Lycias; vt tu ſcias utrinq; rem commandari ab eadem prouincia debere. Alia ſimilia in hoc Vate. Pyrrha, & Deucalion orbem reſtituerunt iactatis lapidibus: & tamen 6. Eclog. Hinc lapides Pyrrha iactos, nulla facta mentione viri. Contra 1. Georg.

Deucalion vacuum lapides inelutus in orbem, nulla facta mentione vxoris. In hoc lib. Cacum vocat iam ſemihominem, iam ſemifurm. Poëta alij inſipiſt, ſcipiſt ad rem candem conſiguentes.

14. CHLAMYDEM AVRO INTERTEXTAM.] Si- gnatus ornatū chlamydis. Sic 5. Aeneid. Victor chlamydem auratam. Tacit. 12. Ann. chlamyde aurata. Spartian. in Hadrian. Cum à Pharaſiane ipſe ingentia dona accepit, atque iner huc, auratas quoque chlamydes trecentas. Sed notanda Virg. verba, quam alij auratas chlamydem, ipſe auro intertextam, vt ſic explicet, cur dicitur aurata. Ergo, non aurata, quia tantum ad oram cum auro, vt viſum nonnullis humanioribus aui mei principibus: ſed quia tota intertexta auro, & purpura. Benę itaque S. Ifidor, loquens de paludamento, quod idem cum chlamyde, coco, purpura, & auro difiñitum. Dubitauſ aliquando, quid eſſet apud Plut. in vita Anton. δέοποφ, v: & credo eſſe vefſem ἀπόρου, id eſt, quia nihil habet purpura, ſed tota ex auro eſſet. Ibi enim illam τέκνων vocat, & datam filio Antonij. Itaque, cum careret purpura, & daretur filio Antonij, & ab ipſo patre, & in re honoris, quæ eſſe alia, niſi ἀπόρου, potuit?

15. FRÆNA QUÆRINA.] Simpliciter locum capio, vt dicat duo fræna. Ita omnes interpretes: & ſi voci Latinæ hæreas, nihil alius videbis poſſe intellegi. Quid, quod harer mori? Principibus enim, & Heroibus bina ſempre dabuntur, & duplicata mu-

E na; Sed etiā ſolennis (& ego viñus horum ſum) & non ſolennis, an vertere debeat ſtilum. Nam Virg. quæ hæc annua, ſuprà, ſolennem honorem. Video poſſe eſſe effugium.

20. ANNVA.] Sunt hæc, quæ alii anniversaria, quæ Thucyd. ſt. ſt. ann. Videant, qui iam ſcribunt ſolennis (& ego viñus horum ſum) & non ſolennis, an ſcribendum, an iōenniss?

18. AVXILIO.] Habetur hic verſus etiā lib. 1. Aeneid.

19. OPBVVSQVE IVVABO.] Seru. id eſt, militibus. Opes dicebantur milites.

21. QVÆ DIFFERRE NEFAS.] Non dubium, ſacra non quin alludat ad facrorum ritus, quæ, ne nuntiato interrumperent, cauente ſic Numa. Inde ſup. audax quæ rumpere Pallas ſacra vetaſ. Quem locum vide, & quæ iam lib. 3.

22. CELEBRATE FAVENTES.] Vult ſibi à Troianis iuveniſ. Notetur obiter locus Plutar. de glo- Poëtarum.

23. SOCIORVM ASSVESCITE MENSIS.] Nihil Societas à magis ad ſocietates coniungendas validum, quām rebus faci-

gat. Preceunt ad hanc coniungendam verba. Pollucis lib. 2. cap. 20. ad finem, τὰ ἐναρτωθεὶς αὐτῶν ὅτι ταῦ-

ταῦθεις καταβοτοῦ, καταβοτοῦ. Quibus ait, fræna dici- partes illas definentes utrinq; ad equorum maxillaſ. Ergo, cum hæc partes duæ ſint, propriæ Poëta, bina fræna, intelligens ab his partibus, notiffimo

E Declam. 30. dixit menſa ſocietatem.

175. a HÆC VBI DICTA, DAPES IUBET, & SUBLATA REPONI

Pocula, gramineoque viros locat ipſe ſediſ.

b Præcipuumque toro, & villoſi pelle leonis

Accipit Aeneam, ſolioque inuitat acerno.

c Tum leſti iūuenes certatim, aræq; Sacerdos

Cerda in Aeneid. tom. 2.

P 3 180 Vilce

173

IN VIII. ÆNEIDOS.

Quis ubi nil agitur, patrias nullè fortis ad artes

Configit, & flammis ore sonante vomit.

Quas quates spirat, spirare Typhoei credas,

Et rapidum Aetnae fulgor ab igne iaci.

Porrò de ito fumante & flammatu anhelito Sil. 12. Stygios exhalat in aera flatus, & de lapeto, fumam, exstantem ore flammis, anhelantem igni, & sulphure. Taurum Cretæ spirantem flammas tueri vocat Poëta quidam lib. 4. Anth. & lib. 3. hic ignitus flatus dicitur *adusta vaporis*.

17. IN VOLVII QVE DOMVM CALIGINI CAT.

Virgilij vbcas.

Fiamas euo, me.

Quam multis rem candem? essent alii ieiuni. His vides: Euomum sumum ingentem, involvi domum ex ea caligine, erit prospicuum oculis, gloriosa noctem fumiferam, commiscer igne tenebras, fumus plurimus agit undam, estu s' specus avia nebula, vortu in tenebris vana incendiu. Verillimum est, ab una Virgilij pagina plura disce posse, quam à multis aliorum. Et nota, illum abstinuisse à verbis *spero*, & *exhalo*, quia iam Georg.

rarii spirantes naribus ignem, & ibid. *que rem exhalat nebulam*, & *sibixeo*, quia tam 3. Aeneid. Calum subtexere fumo. Denum ab aliis, que codem lib. intulit loquens de Encelado, & Aetna. Et (quod miror) à verbo *eructo*, quod videbatur vnicè dandum. Caco ère, sumum è fauibus. Hec certè, & huic similes. Notule perdutum te ad imitationem Virgilij, præsertim si illum compares cum siccitate aliorum. C Occasionem Apollonio res similis suppeditat ostendandi ingenij, cum sermo esset de tauris flamminis. At ille ranthim, ταῦτα στρατομάστετε, & inf. Τοῦ φλέγει φυσιώτες, & icinum. Theoc. id. 24. ἐντάσθαι εφέρε.

Glomeru de igne.

Vana de igne.

Nebula de lucernis.

Vanitas de igne, cur.

Nodus in complexu

Vinculum de comple-

xu.

Herculeus nodus.

Nexus in complexu.

Forces de complexu.

Ierousles atatuos.

A gamem vocat. Valer. Flacc. ait, *Conſicuusque toris Tyrinthius*. & Sen. in Oct. ad incrementum, *Equis Herculeus immutans toros*.

Cic. 2. Tusc. O pectori, à tergo, à lacertorum toro. Vuid. lib.

2. dat illi *lata pectora*. Ouid. 9. Metamorph. *grandia ossa*. Ab Orpheo in Hym. dicitur *adversus*. Theoc. id. 25. illum vocat *zophus*. Sed quid in amplibus, & brachis moror, cùm ministratori in epulis prænè sibi poculum, porrigeni mortem acquerit, percutiens tantum *πόδα τετραλόντεν*, ait Paulan. in Corinth. id est, *omni liquoris*.

22. ANGIR.] Videbatur gutture, vel ex verbo *angere*, vt Graci. Itaque preffo gutture, oculos Caco eligit. Sic Nonnus lib. 2. ait claram necem leoni ab Hercule *άπο πάντα πάντα*, tantum *λιοντίς βασιλεὺς ταῦτα* Mors, sine ferio qua.

23. ERIOS. OCYLOS.] Ab artifissimo, vt dicebam, complexu. Quam sententiam illustro Greco Epig. lib. 4. vbi Hercules dicitur ita *ceruam compresili*, vt illa linguam exserraret.

Η δέ ωντας κευματινούς πολλαὶ καὶ αεριατικούς,
Τάναγρας οὐδὲντες θάλαταν οὐδὲντες:
Ille autem difficit flatus, hians multum, atque anhelans
Indicit lingua pressum cordis.

24. SICCVM SANGVINE GYTTVR.] Ita in 9. Et sicce sanguine frues.

25. ABIVRAT. QE RAPINÆ.] Notat Germ. Abiuro, quid dictum id more Ciceronum, quibus *ἀπομνήνατε*, est *ἀπομνήνατε* ut id est, negare cum iuramento: sicut contraria *ἐπομένα*, est *νεκρόνα* *ιμψητι*, id est, affirmare cum iuramento. Dionys. Historiam narrans de iuramentatorac: tantum ait, *vogarum Cacum respondisse*, boues à se non vias. Virgilius peritium addit ad augendum crimen, ad eum modum, quo Symm. epist. 86. lib. 2. *Partem fratrem imperio abimam*. Et Claud. 6. Hon.

Abiurata palam Liby posse dent arria.

Notat Colleget. Symb. ex Scipione Gentili, esse abiuratum; quod emptum est, & non solutum, imò abnegatum. Ethas ipsas boues Plato in Protag. vocat *απομνήνατε*.

26. COELO OSTENDVNTVR.] Aspirat huc Stat. Locorum Theb. de Oedip. deformato ab oculis eritis.

Tum vacuos orbos, crudum & miserable vitia
Supplicium ostentat celo, manibusque orientis
Pulcat inane folium.

27. PETIBVS QVE, &c.] Iuuenal. Sat. 5.
Ducoris planta, velut ictus ab Hercule Cacus,
Et ponere foras.

Erafin. Chil. 2. Cent. 1. cap. 18. ait, *pedibus trahi*, dici de viatis, sumptuacione vel ab historia Vulcani, quem Uppiter deicoit de celo *προποτε*: Vel ab Hecato, quem illigatum pedibus equi raptarunt. Hinc itaque lux Virgilio, & Iuuenali.

28. NEQVEVT EXPLERI CORDA TVENDO.] Stat. 1. Theb. perpetuus Virg. imitator,

iuvat ire, & visere iuxta
Liuentes in morte oculos, veterique nefandam,

Prolucri, & crasso squallentia pectora tubo
Et post paucia,

nequit iram expiere potestis,

Latet & in Virg. Homer. imitatio 22. Iliad. vbi Imitatio. Graci, imperfecto Hectore, curunt visuri illum, ad-

miran

IN VIII. ÆNEIDOS.

189

mirantur eius staturam, & speciem. Valer. lib. 4. *Ipse Aetna expleri videtur nequit.*

29. TERRIBLES OCYLOS.] Hanc notam deformitatis post mortem dat Stat. Capaneo, & Sueto- nius Neroni. Prior 11. Theb.

Ille iacet lacera complexus fragmina turris

Tornus adhuc visu.

Posterior cap. 29. Principem mortuum exhibet existantibus, rigentibusque oculis usque ad horrorem, formidinemque visentium. Iterum Stat. 3. Theb.

Seruantem vultus, & torum in morte peracta.

Non absimile illud Valer. 2. Arg. qui de Gigantibus

veris in lapides.

Quisque suas in rupe minas, pugnamque, metusque

Seruant adhuc.

Lucan. lib. 5. *Torquet adhuc oculos*. Ouid. 8. Meta-

morph.

Immanemque feram multa tollere licentem
Mirantes speluncam, neque adhuc contingere turum
Esse putant.

Claud. 3. Rap.

— & adhuc crudelē minantur

Affixa facies truncis.

Florus lib. 1. Relicta in vilibus minas, & in ipsa morte in a-

vinebar. Sallust. de Catil. interfecto: Ferociusque ani-

mi, quam habuerat vinas, in vultu retinet. Poëta hanc

Oculi ira-

rum sedes.

De oculis enim Ioan. Chrys. Orat. Pela-

giae Virg. *ἀπομάκρυνε ταῖς φανέραις* aciem illorum *παραπέμπει* τοι

ἀρετον vocat Plut. in Sylla. Eurip. Phœniss. *ἀποπει*

τρόπου.

30. EXTINCTOS IGNES.] Vertant stilum, qui

dicunt hoc tantum verbum dici de igne, non alia.

Occido de

Quid dicent de Petron. qui Sat. lucernis occidentibus?

Alij, mori & commori de lucernis.

^a Ex illo celebratus honos, lœti que minoris

Seruauere diem: primusque Potitius auctor,

270 Et domus Herculei custos Pinaria sacri

Hanc aram luco statuit, quæ Maxima semper

Dicetur nobis, & erit quæ Maxima semper.

^b Quare agite ò iuuenes tantarum in munere laudum

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris:

275 Communemque vocate Deum, & date vina volentes.

^c Dixerat, Herculea bicolor cum populus umbra

Velauitque comas, foliisque innixa pependit:

Et sacer impleuit dextram scyphus. Ocytus omnes

In mensam lœti libant, Diuofque precantur.

ARGUMENTVM.

Datur Herculi diuinitas & ara in memoriam accepti beneficij. Inuitat Euander Troianos ad similem celebratem, coronat se, & scyphum accipit, fit libatio, & processio.

EXPLICATIO.

^a VICTO Caco suscepit sunt sacra Herculis ab Euandro, & atrepta à posteris simili pietate. Primus auctor æra huius, quæ dicta Maxima, Potitius fuit; atque Pinarius, ad cuius postea domum & familiam pertinuit custodia sacrorum Herculis. Porro grauis illa geminatio de *ara semper Maxima* continet velut omen quoddam nunquam desituri Romani Imperij, sicuti neque illius sacri.

^b Hic iam ad patrem celebritatem inuitat Troianos. Indicia erunt, coronat in comis, pocula in manus: vt ita cum coronis presentur, cum poculis libent. Itaque, sentient, parum haſtenus expensa, hæc est. Cingite vos coronis, vt inuocetis communem Deum: præbete nobis mutua pocula, vt ita fiat libatio.

^c Consequenter ista: nam statim Euander se coronavit, & arripiuit poculum. Inde securus ad coronam processio, ad poculum libatio. Vide, quam sibi nequit iram expiere potestis,

Latet & in Virg. Homer. imitatio 22. Iliad. vbi Imitatio. Graci, imperfecto Hectore, curunt visuri illum, ad-

NOTÆ.

1. MINORES.] Despicio Seruianas nugas. Loqui-

tur Virg. cum respectu ad reliquam etatem, & ideo probè minores. Hoc nouum in Poëtis non est. Ita-

que non discedit Poëta à significato huius vocis.

Propriè enim minores, qui ultra tritauum. Sic, cùm postea dicit, maiores, qui ultra tritauum. Sic, cùm postea dicit, domus Pinaria, loquitur proculdubio cum respectu

ad etatem postram, sicut & Liu. Nam clarum est, assumptum ab Hercule vnum è Pinariis, vt vnum quoque è Potitiis; non totam Piniorum familiam. Quod efficax argumentum contra Seruum.

2. PRIMVS.] Videtur mihi Poëta alludere ad illum, quem Greci vocant protomyltam, id est, prin-

cipem Sacerdotum. Qua voce vsus Sidon. epist. 17.

lib. 4.

3. POTITIVS.] Inane est ad alios decurrere, ubi

adest Linij auctoritas. Is ait, Euandrum, cum sacra

Herculis, & aram condebat, adhibuisse Potitios, & Potitios in

Pinarios, quæ tunc familia inclita loca illa inco-

fiantur. Fortasse autem accidit, vt Potitij primiade-

culis, & sent,

Laurus etia*n* in sacris
Herculis.

Poëtam capiendum de ævo ipsius Enandri tantum: A Quod iām alibi, & hunc offero Eurip. qui in Ione;

nam postea qui ad aram Maximam sacrificabant, laurum sumebant ad sacra, ex proximo Laureto,

quod in ipso Aventino, aduocatque Varronem. In-

de in sacro Herculis Sei. in Furent.

— dona quod loco venit —

*Clamore tuba, fionibus laurum gerens,
Adagique nivitas Herculis laudes canit.*

14: REPENDIT.] Non hoc referas ad pendentes lemniscos; nam nulli in hac corona: tantum est honora, & poetica locutio.

B Scyphus vas*n* scyphus. Propriè: nam scyphus vas est Herculis. Plutar. invira. Alex. ad finem. οὐσίαν πρωτέως, scyphum Herculis. Sen. in Epist. Alexandrum intemperium bibendi; & ille Herculanus; ac fatalis scyphus perdidit. Stelchorus loquens de Hercule,

Σκύφοις ἀερῶν δέργει τριμετρον δι' αρχάγανον

Ιτιν ἐπιχθύνειος, τὸ πάντα πανεύθυνο φύλος περάσσει:

Scyphum accepit, vix plenum, capaxque trium ligamen-

rum.

Ribit, exhaustaque; quod τῷ Pholii misericō & prabuit.

Apud Eurip. Alcest. ipsemet Hercules meminit sui

curiae. Ideo verò fortasse hoc poculum sacrum Her-

culi, quia cum sacra mira omnia celebritas; atqui

Horat. Od. 27. lib. 1.

Natis in usum leticie scyphis.

Vidit verò quidpiam oculatissimus Poëta, quod te scire velim. Scribit Ath. lib. 11. veteres vlos scyphis, cùm rem sacram facerent extra muros, atque in agro. Inde ergo vaganti Deo, ac peregrino hoc poculum assignatur; & eo Euapodus rem sacram fa-

cere extra muros, vt vides. Ex dicitis Stat. illustr. lib.

6. Thib. qui profecto scyphum intellexit his versi-

bus:

Huc pretrum palmae, gemini cratera ferebant

Herculeum inuenes: illum Trismithius dim.

Ferre maria sola, sumantemque ore supino

Vertore, seu monstri nitore, seu Marte, solebat.

Ex hac magnitudine dictum Horat. Od. 9. Epod.

Capaciores adfer huc puer scyphos.

Et Alcm. apud Athen. lib. 4. μέρην συλλόγον. In Stel-

choto. vidisti. περάσσειον. Arnobium in animo ha-

buisse Herculem credibile est, cùm scripsit: Datu-

que immortibus Diis, libani scyphos, bras, pateras,

sympnia depromit. Nec mihi dubium, quin Epigram-

ma Græcum libri 4. Anth. & γένος οὐ πρότερον, &c. capi-

duit sit de scypho. Demum afferat scyphus, quia,

vt dicebam, vas capacissimum, & in secunda men-

sa & libationibus res fiebat poculis largissimum.

Dicitur in libro 4. Anth. & γένος οὐ πρότερον, &c. capi-

duit sit de scypho. Demum afferat scyphus, quia,

ut dicebam, vas capacissimum, & in secunda men-

sa & libationibus res fiebat poculis largissimum.

180: a Deuexo interea propior fit yesper Olympo.

Iamque Sacerdotes, primusque Potitus ibant.

Pellibus in morem cincti, flammasque ferebant.

b Instaurant epulas, & mensa grata secundæ

Dona ferunt, cumulante oneratis lancibus aras.

Tunc Salij ad cantus, incensa altaria circum

Populeis adsunt euincti tempora ramis.

c Hic iuuenium chorus, ille senum; qui carmine laudes

Herculeas, & facta ferunt: vt prima noverca

Monstra manu, geminosque premens eliserit angues,

190: Ut bello egregias idem disiecerit vrbes,

Troiamque, Oechaliāmque: vt duros mille labores

Rege sub Eurystheo, fatis Iunonis iniquæ,

Pertule

Pertulerit. Tu Nubigenas inuite bimembres,

Hylæumque Pholumque manu, tu Creslia mactas

295 Prodigia, & vastum Nemea sub rupe leonem.

Te Stygij tremuere lacus, te Ianitor Orci.

Offa super recubans antro semesa cruento.

Nec te vllæ facies, non terruit ipse Typhœus

Arduus, arma tenens: non te rationis egentem

300 Lernæus turba capitum circumstetit anguis.

d Salue vera Iouis proles, decus addite Diis:

Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

Talia carminibus celebrant: super omnia Caci

Speluncam adiiciunt, spirantemque ignibus ipsum.

305 Consonat omne nemus strepitu, collēisque resultant.

A credamus Sacerdotes Herculis vlos λεόντη in eius sa-
cra: & cincti ait; nam hic habitus sacerorum. Stat.
5. Silia.

Verbera succincti formidante Luperi.

2. FLAMMASQUE FEREBANT.] Ha quoque ex Fales in vlo
more sacerorum. Curt. de Alexandro lib. 3. Multis sacerorum.
collucenibus facibus, patro more, sacrificium Diis presidi-
bus locifecit. Ouid. 3. Faſt.

Sepe potens voti frontem redimita coronis

Femina luctuē portat ab vrbē fices.

Stat. 2. Theb.

Centum ibi virginis vota Calidonides avis

Atkas tibiūt faces, & ab arbore caſtra

Noitem purpureas nivio discrimine vitas.

Apul. lib. extremo in re facra: Ad manum dextram
gerebat flammis adulans facem. Palinus 6. Natal.

Felicis,

Sanctiāque presidis obducant limina lammis.

Panegyr. Theodosij: Quid portas vires in seris coro-
natas, quid aulae vndantes plateas, accensique funahbas
autem diem referas? Plutar. in Arato. δι μηδέποτε
περὶ τῆς θεραπείας δι' αὐτοῦ δι' εὐφράτης, δι μηδέποτε φέρων, δι μηδέποτε
λαμπάδας οὐδέποτε: & paulo post ex eius familiaribus
cernebatur unus per forum gestans coronas, alias emens
lampadas.

3. INSTAVRANT.] Integrant, & renouant. Instaurato,
Varri. Instaurare, quasi instar nouare. Itaque auctior verbum sa-
cra. Virgil. Valerio lib. 5. Arg. nam hic absolute, in-
staurant mensas. Sed Virg. secundis tantum attribuit.
Esse vero verbum sacerorum, liquidum ex Linio, qui
sepe attribuit saceris ludis, videlicet libris 29. 31. 37.
& sepe alibi, vt Tacitus.

4. MENSA GRATA SECUNDÆ.] Secundæ men-
sa mentio sparsa apud plures scriptores. Sed prae-
ferrim videtur Ath. lib. 14. Graci nominant διν-
τέρας ζευκτές: & Ath. explicat verbo διδεντική,
quasi iterum canere. Inde est, vt etiam dicantur δι-
δεντική, quae vox usurpata Martiali Epig. 32. lib. 11.
& τριπλή διδεντική, & τετραπλή διδεντική, atque etiam
τετραπλή διδεντική. Ab Platone (teste Athen.) dicuntur
διδεντική. Natae omnes istae voces ab secundo
loco, quo illatae ha[m] mensæ. Intelligebant verò anti-
qui secundamense nomine cibos omnes delicatores
ex faccato, aut melle (verius ex melle tanquam nam
faccatum non ita in vlo veterum) qui post quietem
inferebant ad gulam de nouo excitandam; tum
etiam omnis generis poma. Dulcia illa Græci vo-
cant ζευς άλια, τεμπατα, τερπιματα, Latini bellaria:
poma suis nominibus noscebantur; vt cum Horat. Bellaria.

R. dixit,

N O T A E.

Pelles in fa-
cra.

1. PELLIBVS IN MOREM CINCTI.] Hunc morem
peto ab Eurip. Bacch. vbi in re sacra loquens de
duabus senibus bacchantibus,

Θύρους ἀνάπτειν, καὶ νεθρῶν δοράς ἔχειν,
Στεφανὸν τε πρᾶται μαστίνας βλαστίνειν.

Thyrsos ligare, & agnorūm pelles habere,

Et coronare caput hederacis germinibus.

Sil. etiam lib. 3. sacra exhibit cum cinctione ne-
bridis. Ergo, vt Bacchi ministri incincti nebride, ita
Cerda in Æneid. tom. 2.

mod. Iterum coniungit hunc in modum.

Ηέτει τοιωνταις, Επολύχηρά δενοίς
Κρυπτομέτα λόχος
Χαλκέως Εύπνος:
Veniet cum multis pedibus, & manibus horribili
Teuta caligine
Ferreas Erimys.

Manibus Itaque, ex Soph. licet agnoscere formam Prouerbi pedibusque. Redeo. Sed cur Poëta dexterū fuit? quia dextra omnia propria, fausta, & sinistri faustiora. Aristot.lib.de Animal.incessu cap.4. φύσεις ἡ γέντινη τὸ δέξιον δεῖπον: melius est natura dextrum sinistro. Inde est, ut actio motus detur parti dexteræ, passio rei motæ parti sinistre, quod ibidem scribit Philosoph. μενὲν τὸ πένθιμον δέξιον, καὶ οὐδεμὲν τὸ δεξιόν. Itaque, ab ipsa rerum natura natum, ut dextra sunt fausta, sinistra infelicia. Pollux lib.1.cap.10. δέξια explicat διάνοια: & his contraria, διάνοια. Aristid. de Laudib. Romæ ex Eurip. θεμελίῳ γράφεις, pro, propitiis. sic & alij δέξια, τὰ σκεψές directè opponunt. Aristoph. Plut. dixit. ὁ οὐαβάτης, ut infelicissimum nominaret. Ab his non abit narratio Artemidori lib.5. de homine, qui mortuus est, quod somniasset ablaram sibi à Cerbero manum dexteram; quasi mors sequatur infeliciem. Nec non verba interpres Aristophanij in Ran. ad verba illa, μαθάντει δέξια, dicit dextera, id est, optima. Adhuc (inquam) interpres, δέξιας τούτων τὸ εἰσπατέμενος, τοῦ έσται & αἴσιος: Putant dextros esse viros pugnaces, & laude dignos. Et his opponit. οὐδέ πάντοτε: quasi qui fugiunt ab acie dici debeant sinistri. id est, infasti, & infortunati. Sed proprius ad Virg. idem interpres in Equit. ad verba illa, τοῦ τοι διατὸν οὖν, τοῦ δέξιος, explicat, δέξιος, δέχθες, δίνες ἡμῖν: Dexter, bonus, benevolus nobis.

Dij. dextri, id est, bonus. Perugata hæc locutio usque ad Deosipso. Sic Iu-

uenal. Sat. 10. dextro Ione. Ouid. 5. Trist. Eleg. 4. dextro Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Dij. dextri, id est, bonus. Contra Dij. sinistri, aut laeti, de quibus locutus Ar-

sinistri Dij. nob. lib. 4. Dij. laui sinistrorum regionum sunt presades, & inimici partium dexterarum, & Virg. Numina laua. Quod

— Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Dij. dextri, id est, bonus. Contra Dij. sinistri, aut laeti, de quibus locutus Ar-

sinistri Dij. nob. lib. 4. Dij. laui sinistrorum regionum sunt presades, & inimici partium dexterarum, & Virg. Numina laua. Quod

— Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,

Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,

Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,

Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,

Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,

Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,

Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,

Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,

Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακούπεις,

Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Non didici omnibus nocere, sed tamum pessime:

Ποστούμην δέξιος ιωτίσαμεν,
Καὶ τούτους δέξιος ήξεραν δινεματα.

Hercules dexter. Apolline. Plut. in vita Arati, Αἰθαλείᾳ οὐρανῷ δέξιον. Et vni-

imprimis Herculis datum hoc: nam Virg. hīc, dexter adi. Pers. Sat. 2. Dextro Hercule. Horat. Sat. 6. lib.2.

amico Hercule. Fortasse, quia Hercules viuis esset ex his, quos vocabant ἀλεξάνδρος, id est, depulsores ma-

lorum, ad quos pertinebat bonos seruare. Ipse enim de se lib. 4. Epig.

Τιμητὴν τὸ πάντας ιωτίσαμεν, ἀλλὰ κακο

COMMENTARII

Deterior donec paulatim; ac decolor aetas,
Et bellis rabies, & amor succcessit habendi.

^a Tum manus Ausoniae, & gentes venere Sicanæ,
Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.

330 Tum Reges, asperque immani corpore Tybris,
A quo post Itali fluum cognomine Tybrini
Diximus. amisit verum vetus Albula nomen.

^c Me pulsus patria, pelagiique extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum

335 His posuere locis: matrisque egere tremenda
Carmen Nymphæ monita, & Deus auctor Apollo.

ARGUMENTVM.

Exponit duplēctem statum Italie, aureum sub Saturno,
feruum sub Regibus.

EXPLICATIO.

^a DEMIT illam feritatem Saturnus, cum cœlo
pulsus in Italianam venit, Iouem filium fugiens.
Venerat prior illo, Ianus, sed primus Saturnus, quia ab
Olympo. Itaque nulla est incisio in Poëta.

^b Coniunxit in unum dispersos homines, coniunctis leges dedit, nomen insuper addidit ab euen-
tu suo: cum enim sibi feliciter cessissent latibula il-
la, Latium à latendo nominauit. Itaque noluit Sa-
turniam vocare, cum posset; sed Larium à felici la-
tebra.

^c Ea rerum omnium secuta est libertas, ita pax
floruit sub Saturno, ut ea secula dici *aurea* merenter-
tur. Durarunt illa, donec nouibilli tumultus, potius
rabies, & incredibilis mortalium cupiditas atrox
fretcam inuexerit. Hanc, credo, designat per *deterior-*
em, & *decolor*, non argenteam. Et notes, dici at-
tem deteriorem, propter bellis rabiem; non enim
iam pax placida; decolorem vero propter amorem
habendi; non enim iam secula aurea. Hac bona est
consecutio Poëtae, nec triuialis.

^d Explicat genres, quæ postea Italiam occupa-
runt, non omnes; neque enim historiam texit: fed ar-
tingit, ut Poëtam deceat. Venere Aufones, & Sicanæ,
ac prouide ad multorum aduentum, nomen quo-
que Italia sepe mutauit. Venere etiam Thufci duce-
Tybris, à quo fluius; qui prius Albula, dictus Tybris,
Regi videlicet in illum immersus. Elegi hoc tantum
de Tybris, tu in Seruio, & alii usque ad fastidium.

^e Extrimo loco se commemorat Euander, qui
ex Arcadia in Italianam appulerit, & quidem, non ut
alij, præpotentia dominatus: sed tantum secutus
fortunam, fatum, matrem Carmentem, Apollinem
Deum, quibus nequit oblistere. Ideo singulorum
adhiberationes. De fortuna, *omnipotens*: de fato,
ineluctabile: de matre, *tremenda monita*: de Apolline,
auctor.

NOTÆ.

Venio, no- 1. VENIT.] Signatè: nam Deus hic aduena, cum

A oppositione ad Faunos indigenas; & adiicit venisse tac Deum
ab Olympo. Nam Poëta Cretam, unde Saturnus aduenit.
fugit, in cœlum mutant, ut attollant exordia Romani Populi. Sic & Ouid. i. Fast.

Colibris Regnis ab Ioue pulsus erat.

Sed Christianus scriptor Tertull. Apolog. Si homo Sa-
turnus, utique ex homine: & quia ab homine, non utique
de cœlo. Lege quæ sequuntur, & Laetantium non vno
in loco. & Prudent lib. i. contra Symm.

2. ARMA IOVIS FVGENS.] Adduco verba En-
nij in Euemero: Post hec deinde Saturno data effors, ut rores, & fu-
caueret, ne filius eum Regno expelleret. Illa clementia fortis, ga in Italia
atque effigiendi periculi gratia, insidiatus est Ioui, ut eum
necaret. Iuppiter cognitus insidiis, Regnum sibi denique vindicauit, ac fugiuit Saturnum. Qui, cùm iactus esset per omnes
terras, persequens ubi armatis, quos ad eum comprehendendum, vel necandum Iuppiter miserat, vix in Italia locum, in
lateret, inuenit. Ianus apud Ouid.

Hoc ego Saturnum memini tellurem recipuum.
Saturnus ipse apud Prudent.

Sun Deus, aduenio fugiens, præbete latebras.
Oculante senem, gratiferuate Tyranni

Dieictum folio.
3. GENVS INDOCEILE.] Ita traditum de rudi suo, æui pri-
vt. cui nulla iustitia ratio, nulla legis norma. Hos homines
cruelitas comitabatur, quos verè diceres *ferrum*, &
scopulos gestasse in corde, ut loquitur Ouid. 7. Meta-
morphos. & in 9. *rigidos silices, solidumque in pectore*
ferrum.

4. DISPERSVM MONTIBVS ALTIS.] Fuit hæc
vita mortalium ante vrbes conditas. Hom. interp. in
22. Iliad. οι παλαιοὶ νομίσματα τρέψειν, δινεάς υπέρ
ιδύειν: ut rebantur veteres erratis vita, cùm carceram do-
mibus. Sed de hac re locutus sum 3. Georg. in illo
tractu, *quid tibi pastores Libya, &c.* De vita illorum,
qui degebant in montibus incolentes, & barbaræ, vide
quæ dedice Cyclop. 3. Aeneid. Quod vero Virgil.
pradicat de Saturno, hoc Paulus de Phoronio Ina-
Phoronous chi filio Corinth. qui ἀνθρώπους οὐκέτε ποτέ εἰ νο-
νίν, απόδεις λέων καὶ εἴδη διάνυτα, dispersos antī
homines, & seorsum habuantes, in unum locum compulsi.
& de Theseo in Attic. qui Athenienses οἴστε εἰ μιαν
τρόπων. Et quidem de Theseo etiam Plutarch.

5. LEGES QVE DEDIT.] Allusum ad veterem
opinionem. Credebant enim mortales, datas leges
primas omnium in aureo auro, regnante scilicet Iu-
stitia. Sic Aratus de hac Dea persequens aratum
auream, οὐ μόνον θεοὺς θεῖαν, publicas leges ostendit.
Præmisitque è ζεύ, qui locus iuri dicundo. Inde
& Ceres, per quam Iustitiam intelligi volunt, dicta
est Legifera, non alio profecto orfu, quam quod da-
ta leges in aureo seculo. Imò, si rem aliùs confide-
res,

IN VIII. ÆNEIDOS.

Ia Ita Cere-
ris vnde di-
gitur. res, non alia ratione mysteria illius dicta sunt initia, A
ni si quia data sunt, cùm primū homines traduci
ad humanitatem ex vita inulta & ferina, quod ex-
presse Tull. 2. Leg. his verbis: *N, m i m i c u m m u l t a*
eximia diuinaque videbatur Athene rae peperisse, atque in
vitam hominum attulisse; tum nihil melius illis mysteriis,
quibus ex agro, immanique vita exculsi ad humanitatem
& mitigati sumus: initiaque, ut appellantur, ita re vera
principia vita cognoscimus.

6. His QVONIAM LATVISSET TUTVS IN ORIS.]

Minutius: *Itaque latebrum suum, quid tuò latuissit voca-
ri malum Latium.* Sanct. Cyprian. de idolorum vani-
tat. *Latium de latebra eius nomen accepit.* Notat Scal.
in Connec. Saturnum lingua Syriaca, aut Aramaea,
qua vñ Thusci, significare latentem, & inde agrum
Latinum dictum Latium, quod ibi latuerit, qui di-
ctus Latens. Idipsum in Plin. moner Dalecamp. cap.
8. lib. 1. & addit, inde & Saturni vxorem, dictam La-
tianam, seu Latiam Saturni. Varro sentit, dici Laticum,
quod Italia latecat inter precipiti Alpium, & Apenni-
ni. Vtramque ratione arripi Deut ad explican-
dum Horatium, qui Od. 37. lib. 1. de Egypto dicit
latentes oris. Quia videlicet Egyptus perfugium pre-
buit Gigantibus, vexatis à Diis celestibus post bellum,
ut Italia Saturno: vel qui inter tractus mon-
tium, velut in latebris sita, & inde esse, ut Cic. *Egyptum*
reconditam dicat. Sed pace Domus Horatium
aliter explico. Profero locum. De Cleopatra victa ab
Augullo ita ita,

B

Saturnus si-
gnificat la-
tentem.

Latia

latebra

Saturni

latens

Heliogabalus dicitur Tyberinus & Tractitus, & Impurus. de quo idem Attic. Inachus Inacho, ut idem Corinth. Note ruris disparitas historiae. Rex vnuis in fluvio meritus, non nominis illi dedit; alter meritus quoque, nomen ab illo accepit; is est Heliogabalus. Lamprid. de hoc: Appellatus est per mortem Tyberinus, & Tractitus, & Impurus, & multa, si quando erant designanda, que sibi confabula videbantur. Solusque omnium Principum & rebus est, & in cloacam missus, & in Tyberim precipitatus. Itaque, quia precipitatus in Tyberim, Tyberinus: quia tractus, Tractitus: quia missus in cloacam, Impurus. Porro de orthographia, varie omnes. Ego Tyberim scribo Latinè, non Tyberin Græcè.

Fortuna omnipotens. [14.] Erat hinc seges amplissima euagandi: sed ego tantum qualiter ve- luti auctorum norulas. Fortuna à Tullio pro Mar- cel. dicitur rerum omnium domina. A Menand. πετεία θεού, επέριον, σύζυγος, gubernans omnia, rotans, seruans. A Plin. lib. 2. cap. 7. Nomen. Ab Horat. Od. 35. lib. 1. Dina. Ab Actio apud Non. domina. Sen. Agam. Regum casus fortuna rotat. Vide an omnipotens, quae humana omnia ludibundæ. Nam apud Horat. ludit insolentem ludum. Gracus Poëta de illa, περὶ τοῦ παρεῖαν. Arifotet. dixit, mortalia omnia esse τύχην, ludibriūm fortunā. Ab illo accepit Simocatta, qui lib. 4. Hist. cap. 13. Alexandrum Mag. vocat τύχην ταῖς νοσοῖς. Curt. lib. 3. omni ratione poterior fortuna. Sallust. Iugurth. de illa, regit. Sic & Graci. αἰτιανανοῦσιν. Plutar. de audien. Poët. audien. εὐθύνουσιν. & in vita Lysand. αἴσθετὸν τὸ πεπονικόν. Arifotet. Hymn. in Louem, εὐφράτην. Ioseph. cap. 3. lib. 7. Bell. Iudicii candem εὐφράτην vocat εὐφράτην, & quam nemo potest εὐφράτην. & cap. 10. αἴσθετὸν τὸν, scilicet εὐφράτην. Maiore incremento loquitur cap. 12. εἴ τινετὸν τὸ φρόντιον τὸ καθάριον, τὸ πεπονικόν. Ait videlicet, non posse homines effugere fatum, etiam preuidenter, & prouiderint. Itaque nulla fatis prouidentia. Latini nolui in hac Nota, quia nullus finis: neque interpretamenta, quia nota hæc, qui Graeca tantilim libarunt.

CARMENTIS NYMPHÆ MONITA. [De Carmenta obnium in quolibet. Sunt monita, fata, aut etiam responfa.

Vix ea dicta: dein progressus monstrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant Nymphæ prisum Carmentis honorem
340 Vatis fatidicæ; cecinit quæ prima futuros
Æneadas magnos, & nobile Pallanteum.
b Hinc lucum ingentem (quem Romulus acer Asylum
Rettulit) & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycae.
c Nec non & sacri monstrat nemus Argilethi,
Testaturque locum, & lethum docet hospitis Argi.
d Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.
Iam tum religio pauidos terrebat agrestes
350 Dira loci: iam tum syluam, saxumque tremebant.
e Hoc nemus, hunc (inquit) frondoso vertice collē
(Quis Deus, incertum est) habitat Deus. Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iotiem, cum saepe nigrantem
Ægida concuteret dextra, nimboisque cieret.
f Hæc duo præterea disiectis oppida muris,
Relliqias, veterumque vides monumenta virorum:
Hanc Ianus Pater, hanc Saturnus condidit urbem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

C

ARGUMENTVM.

Post verba habita, indicat iam digito quadam urbis loca; facit precipuum moram in Capitolo.

EXPLICATIO.

Hæc cùm dixisset, placuit aliqua oculis per-
fusare, & indicare digito. Ergo, progressus mon-

monstrat aram-dicatam Carmentæ, & portam, quam ab eadem placuit Carmentalem dicere Romano nomine. Hoc εὐφατικός. Quasi Roma ornare res suas volu- set nomine peregrina feminæ. In sequenti versu ali- quid subandendum, hunc in modum. **Quam portam memorant retinuisse honorem prisum Nymphæ Carmentis uitæ fatidice.** Quia cecinit aduenum Troianorum in ea loca, ideo uates fatidica, & futuram Palantei noritam, & gloriam. Utramque rem studio- se coniungit Euander ad Æneas gustum, ad sui gloriæ. Vide verò, ut delinitus memoria materni no- minis, ter repeat.

b Deinde monstrat lucum illum, quem Romulus Græcorum amulatione, relata ab illis consuetu- bus. Vnde Plut. ἐν βασιλ. εἰ τὴ πάρκη τῆς Καρμένης τύρων τραχίζει, ἀλλὰ μᾶλλον εἰπεῖν εἰκάσθαι. Non carmina à Carmena.

c Ostendit præterea nemus Argilethi, ita dicti ab Ietho Argi. Accepérat Euander hunc hospitio, sed, violata fide hospitalitatis, in Euandrum coniurabat. Intellecta est res, & ille occisus à comitibus Euandri. Inde Argilethi sacri, id est, exsecrandi: & testatur, id est, iurat, obtestaturque locum, quasi is locus sciat veros Argi interfectores. Facit hoc Euander, tum ut se purgeret; tum, ne veniat in suspicio- nem Æneas hospiti. Quia dicat: obtestor locum ipsum, ubi cædes patrata, nunquam me eo partici- dio maculasse.

d Ventum iam ad Capitoliū, quod tum dumis horridum, mox aureum futurum. Sed horror ipse iam tum religionem incuriebat, tremebantque agres- stes saxosam & syluosam rupem.

e Ratio huius pauoris, quia inest Numen loco. Quod hoc Numen, incertum est; sed certum tam ibi esse. Probat ab opinione Arcadum, qui se ibi locum vidisse credebat, horrendum Ægide, nimis frementem.

f Demum monstrat duo oppida, potius reliquias oppidorum; nam disiecti iam muri; Iani vnum, Sa- turni alterum, à quibus manferant nomina: illud Ianiculum dicebatur, hoc Saturnia.

D Nota.

1. A RAM. Frequentissimum hoc in historiis, & nihil fortasse in uno Pausania frequentius, quam aras solitas excitari in memoriam Principum. Siue, quia verè excitarentur altaria; siue, quia sepulcra dicerentur aras. Aras dixi? possem tempora. Sic ille in Lacon. Achillei fani meministi, ubi Achilli siebat res divina a puberibus cunctibus ad pugnam. Et in Attic. tēpli Ajacis, cui statura ex ebeno. Et in Corinth. Persei. Aliibi Thebei. Principum dixi? possem ferarum, Adducit enim in Lacon. monumentum equi. Vide in illo causam dedicationis. Ceterum in toto hoc

loco videtur adumbrotus Soph. in Elect. per initia, ubi paedagogus reducitur. Oresti ab exilio indicat di- gito loca omnia, quorum erit videndi cupidus Orestes, videlicet, antiquum Argos, lucum sacrum, for- rum Apollinis, Iunonis templum, &c.

E Et proprium miseris Numen statuistis Athenea. Paul. etiam Attic. nulla facta Herculis mentione, Misericordia exhibet εἰλέτη βαρύον, aram Misericordia. Adiūcūque, dicit ar- huic Numini singularem ab solis Atheniensibus ex- hiberi honorem. Dignissima sunt, quæ legantur, Statij carmina, quibus describit templum Misericordiae. Abstineo, quia multa.

7. LUPERCAL. Sit pro commento Dionys. Lupercal. lib. 1. Antiquit. Arcades, qui fides coniunctus sub colle posuerant, cum alia multa adiicia egregia more pario ex- struxerunt, tum etiam tempora fundarunt. Primum quidem Pan Lyceo, monita Themidis (Pan enim apud Arcadas Deorum antiquissimus habetur, quæque in summō honore)

S inuen

Aras in ho- norem Prin- cipum, & Templa. Ferarum monumen- ta. Limitatio. Carmenta- lis porta. Sepulcta in portis. Fabiorum clades vnde.

Etiam in Æneid. tom. 2. Cerdas in

Asylu- mani origo, Athenien- sum ara.

Palatia Principum vnde dicta.

Stat. 7. Theb.

Fama est, defensos acie post busta paterni

Numinis, Hercules sedem fundasse nepotes.

Sed potius est, ut credamus, manus hoc ab exemplo Cadimi, qui cum Thebas conderet, Asylum ap- ruit, ad quod confugientes serui, aut liberi, ob omni poena tuti essent. Vide Alex. 3. Gen. cap. 3. Hoc enim vicinus cum re Romuli, qui virbem condebatur. Vel, si capiendum de aræ Atheniensis, credamus, eam veniam datam non tantum nepotibus Herculis, sed viuieris. Et quidem Claud. absoluere de Bell. Gild.

sternibus aram,

Et proprium miseris Numen statuistis Athenea.

Paul. etiam Attic. nulla facta Herculis mentione,

Misericordia exhibet εἰλέτη βαρύον, aram Misericordia.

Adiūcūque, dicit ar-

COMMENTARII

Alcides subiit, hæc illum Regia cepit.
Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
365. Finge Deo, rebuſq; veni non asper egenis.
• Dixit: & angusti ſubter fastigia teſti
Ingentem Aeneam duxit, ſtratisque locauit
Effultum foliis, & pelle Libyſtidis vſſæ.
Nox ruit, & fufcis tellurem amplectitur alis.

ARGUMENTVM.

Itur ad domum Euandri, & quietem.

EXPLICATIO.

His dicitis, locisque indicatis, eunt ad domum Euandri, vela potius dicas, nam ille pauper. Vident armenta liberè iam paſtentia, quia liberata à metu Caci: vident & ea loca, vbi poſtea forū Romanū, & Carinā.

Sed neque hic ſenex conquiescit ab loquendo. Vides Aenea hanc ſedem pauperem? Ista fuit Herculis victoris Regia; huic diuerit post monſtratione. Imitari Deum si vis Herculem, opes contemne, & aude contemnere. Eſt magnum, & ſupra omnem audaciam florentem rerum fortunam deſpicarui ducere: hac vna re finges te ſimillimum Herculi potius, quam monſtris vietiſ. Quamobrem ne asper, id eſt, cum fastidio, hanc meam tenuitatem abſiſce, ino veni, & lubens amplectere.

Post hanc admontiūculam, Regiam verē, & dignam Heroe, neque aui huini, in quo regnat voluptas, Aeneam perduxit ad domum pauperculam, quamuis ingentem, & maximum, & vīque Heroem. Apparatus domus par ipſi domui: nam ſtrata, in quibus locat ad quietem ſomni, ex foliis erant, & pellicibus ferarum. Itaque, ut queſe ſe quieti dedit, inuitante nocte, qua ruebat, & terram omne nigris aliis amplekente. Hic expendo ciuitatem Poëtæ, cui ſatis fuit noctem defiſcere, ut tu intelligas itum in ſomnos. Quod Homero non ſatis, niſi exprimeret lib. 1. Iliad. nam post hēlios καθέδυ, ſubiecit; sū τέρε καθέρτο.

NOTÆ.

Euandi paupertas.

1. TECTA.] Nullum cadit temerè Virgilio verbum. Noluit domum, edes, aut aliud ſimile, fed tecta, ut meram paupertatem exprimeret, quia nihil aliud eſſet in eo rugor, quam tectum, & tota Regia tantum non ſub dio eſſet. Infrā quoque, *angusti ſubter fastigia teſti*: quia res inope Euandri habebat. & hīc; Pauperis Euandri. Iterum;

Euandrum ex humili teſto lux ſuſcitat alma.

Vides ut ſemper de hac Regia conſtantē ad paupertatem loquatur. Ait ſubibant, quia in cliuo. Claud.

6. Con.Hon. mons Euandri.

2. ARMENTA.] Ouid. ſ. Fast.

Atque, vbi nauali ſtan ſacra Palatia Phœbo,

Euandri profuga procubere bones.

Cum verò expendat hic Seru. Armenia, que poſt mortem Caci, paſſim nullo timore vagabantur, ad eius verba

A annexo ſententiam Graci Epigram. lib. 4. vbi ipſe Hercules ita loquitur.

Locorum militudo.

Φύπε, τε γειχεν κατείνεις ἐδώ επιβοστῇ,

Εἴρη καμήλαις ἀνεῖται ὅτινος θέξει.

Recusabunt fure hāc iter facere ad rapinam,

Etiam si profundus ſomnus ruficos occupet.

In eodem Epig. agri dicuntur, *εἰ καὶ παντελῶς λύκος, non iam ἀ λύπις αδεινδι.* Et in alio eiusdem libri, Nemea dicitur peruvia iam eſſe, & adeiuncta à Ioue, poſtquam Hercules leonem interfecit. Hīc verò in mentione armentorum obſerua, quæ de pecorofa Italia Dio- *Italia pro-*
nyſſiſ ſcribit, vocans παντιβόλον, αγρούμα, παντιφρόνον, βο-ροſια, à pecoribus, quibus abundat.

3. ROMANO Q. E. FOR. O.] ſermo ap. ſil. Nou enim tum forum, ſicut neque Carina. Fuit verò hoc forum, vbi poſtea Roſtra. Et, niſi aliquid ſit, qui au-
tores ad foro alia determinentur, de hoc intelligenti-
di, cum loquuntur abſolutè: vt cum dixit Plin. lib. 19. cap. 1. *Ceſar Dicitor totum forum Romanum (caſa-
finis velis) intexit, viāmque ſacram ab domo ſua a clu-
num uſque Capitolum.* Et quidem Stat. 2. ſil. lib. 1. Sylu. *Stat. Latium complexa forū.* Itaque, quamuis for-
alia, hoctantum dici *Latium* meruit. Eſt & *Carina* fori mentio apud Ouid. 6. Fast. Propriet. Eleg. 1. lib. 1. Albinouan. ad Liliuam. Tria. forū laudem praedita habuere, videlicet forum Romanum. forū *Liliu* Caſar, forū Auguſti. De quibus Mart. Epig. 3. lib. 3. tri. lici. foro. Et Stat. in Syl. *trinō foro.* Sen. 2. de Ira cap. 9. *trina non ſufficiunt foro.* Cūm Martial. dixit lib. 2. Epig. 4. *foro liliu omnīa feruent, capiendus de hoc tripliſ.* Adducit Victor forū decem & ſeptem. Notabilis coniungit Virg. forū, & Carinas tantum vi-
cinitate, narrationis & historia, non loci: quippe forū longè à Carinis, vel teſte Horat. epif. 7. lib. 1. *aque foro nimium diſtare Carinas.*

LAVTIS CARINIS.] Hoc malo, quam *latiſ*. Et quidem in bonis omnibus exemplaribus *Lavtis* eſt. Itaque, pars Romæ dicta eſt *Carina*, quod ibi adi-
fici in modum carinarum; & *lante*, quia adiſicia iſta ſpeciſa. Seruus is, qui prodiit ex ſchedis Pet. Daniel, plures adſert rationes, cur *Carina* dicantur *lante*. Videre cuius in promptu eſt. Inclino tantum in eam, quæ de adiſiorum magnificencia. Certè do-
mus Pompeij permagnifica in *Carinis* fuit, vt liqui-
dum ex Suetonio in Tiber. cap. 15. & clarius ex Xiphilino in Auguſto, vbi loquens de Antonio. *¶ εὐνα-
στός (Στέρ.) ¶ μαρτυρεῖς ¶ ἐν τῷ Καιεινοῦ ναρτεῖ: domum
paternam ipsius (Sexti) occupauit qua erat in Carinis.* No-
tetur hīc verbum *carinare*; cuius meminit Seru. pro. *Carinare.*
obtrectare. Ennius, *Contra carinantes verba atque obſcena profanatae.*

Iterum:

Neque me deceat hanc carinam ibus edere caris.

5. VICTOR.] Iam ſup. ad illud, *tauſiq; hāc vīctor age-
bat.* Porro cum ſententia Euandri oſtententis Aenea Herculis Regiam, & loca alia ſuprā annumerata con-
giuit locus Plin. Pang vbi ita loquitur cum Traiano: *Locorumſi-
tibi ingentiū ducū ſacra uestigia iſde in locis monſtrabantur.*

Locorumſi-

6. REGIA

IN VIII. AENEIDOS.

209

6. REGIA.] Adi, quæ ſcripsi in Eclog. de caſulis pastoralibus, quæ dicit Regia. Ea enim in locum iſtum congruunt, vbi repræſentatur vita priſca paſtorum; talis enim hīc ſingitur Euander, cui armenta: talis Hercules, qui ſecum Erytheas agebat boues.

7. AVDE.] Eadem ratione dictum *τέληα* ab Eu-
rip. Viator. notat lib. 31. cap. 9. Non inmerito præ-
toriuſ ſine.

*Liberalitas refertur ad fortitudinem referendam censit. Eſt enim viri fortis, Poëta maiore incremento, audacis, opes temnere. Lege Sen. epif. 18. Alexander ad Abdolominum apud Curt. lib. 4. *Libet ſcire inopiam qua patiemta interis.* Ita ſeſcitur explorandus vir fortis, cūm in angula fortuna magnum animum admituit, ut loquitur Symm. epif. 46. lib. 7. Marius apud Sal-*

*lust. Iugurth. hanc de ſi virtutem prædicat: *Doctus. Inopia toleranda viris fortibus.**

*ſum inopiam & laborem tolerare. His ego præceptis milites horribor, neque illos arte colim, ne opulent. Ita e contrario ignavi eſt inopiam non ferre. Iuli lib. 7. Gall. Animis eſta molliores, non virtus, inopiam paulisper ferre non poſſe. Sed nibiluſ mirere Iuli, eſt enim difficile. Docet te hoc ſenior Sen. lib. 2. Controv. *Facilius poſſum puerum laudare, quam ferre.**

8. DIGNUM FINGE DEO.] Pari ratione dictum ab Stat. lib. 10. *digna ſecundis Pectora ferre Dei.* Qua-
drant verò in locum iſtum, quæ dicit lib. 12. ad illud,

*Diffe puer virtutem ex me, overumque laborem,
Fortunam ex alio.*

*Vt enim Aeneas ibi labores ſe diſci vult, non fortuna-
nam: ita hoc loco Euander dignum censit Hercule virum illum, qui temnit opes, non qui proſperam ambit fortunam. Nam Hercules, etiamſi magnus virtute, tamen domicilia habuit inculta & alpera. Vnde de illo Tibull.*

*Quin etiam Alcides Deus ascensus Olympum
Leta Molochis poſſit uestigia terri.*

Sen. in Epift. traetor locum iſtum Poëtæ, exhortans ad paupertatem, & adiicit in argumentum, Deos R̄tiles Diſ ipsos fuſſe ſitiles cum proprieſi fuerunt. nam, cum aurei, magis proprieſi, quam cum aurei.

9. EGUNIS.] Stat. 11. Theb. *rebiſque exercita egenis
Membra vides.* Plaut. Capt. *Rebus in dubiis, egenis.*

10. ANGUSTI.] Praclarè ingens hospes Aeneas ſuccedit ſubter angustum teſtum. Ita Sidon. lib. 3. epif. 2. *Parva tiguria magnus hospes imploſi.* Eſtque hoc, illud *indecorum habitaculum*, de quo loquitur Symm. epif. 10. lib. 1. & humilis illa *casilla*, qua exce-
ptus hoſpitiuſ magnus ille Herulorum Rex Odoa-
re, de qua loquitur Albert. Krant. 1. lib. Hift. Vand. cap. 3. 6. Sed quidem Sidon. (ad quem redco) à Plin. accepit, qui Pang. Traiani, quod denique *tectum magnus hospes impleueris.* Praclarè Paulin. de Sancto Martino, *Succedens humili tecto celſiſtum hospes.*

Eſtque hoc ferè illud, quod Claud. de Bell. Get.

ſtat pallidus hoſpitiuſ magno

*Praclarè ergo ſitiles color in exitu dici, qui in otto eſt albus. Nam de oriente luce proferri albene die, calo, &c. nō, calo candido, quis eſt, qui igno-
ret? Ab eodem Frontone illuſtro Ouid. 11. Meta-
morph. canentem,*

*peregrina ac ſordida ſedes
Romano cepit proceres, ſecretaque rerum
Hoſpiti in extremis audiuit Curia tectis.*

Dolet videlicet de indignitate domicili. Ouid. 8. Metamorph. de Diis,

Summiſoque humiles intrarunt verice poſtes.

*Itaque fuit neceſſarium, ut capita demitterent in-
gentes ipſi pro tecti anguſtia. Quis nescit qua latè*

Cerda in Aeneid. tom. 2.

A. Plutar. de locis ſordiſſimis, quibus acceptus Marius? Idem in Catone Maiore, & Craſſo huiusmodi ha-
bitaculum exiguum, & humile vocat *εὐπάραγμα*. Et in vita Pompeij affeſtum excitat, quod is Princeps poſt cladem Pharſalicam pernoſtauerit *εὐπάραγμα*.

B. *πιλοντιον.* Ut Electra apud Eurip. quod *εὐπάραγμα* ſequitur. Quintil. Declam. 31. *Habuſti honorem, & illud humile linem intrati.* Sen. epif. 8. vocat *cultum.* Lege cundem epif. 90. Plut. in Catone Maiore, oſtendit, hīc ſeſcitur in *tugurio hominis pauperis.*

C. II. INGENTE AENEIDAM.] Cum oppositione ad Ingens vide dictus.

B. *ſum inopiam & laborem tolerare.* His ego præceptis milites horribor, neque illos arte colim, ne opulent. Ita e contrario ignavi eſt inopiam non ferre. Iuli lib. 7. Gall.

Animi eſta molliores, non virtus, inopiam paulisper ferre non poſſe. Sed nibiluſ mirere Iuli, eſt enim difficile. Docet te hoc ſenior Sen. lib. 2. Controv.

D. 12. STRATISQUE LOCAVIT.] Homer. locum vnum, Theocriti duo vide in Vſ.

13. EFFULVUM FOLIIS.] Lege, quæ iam 6. Ecl. Effulus. ad illud,

Ille laius nivem molli fulitus hyacintho.

Star. de Adraſto 7. Theb.

Fulgeb. ut ſtratis, ſolidaque effulſus eburno.

Claud. 3. ſil. *Sil. ſil. ſil. fulitus eburno.*

14. LIBYSTIDIS VRSÆ.] Agitatus iam hic locus lib. 5. de vſis (inquam) Africanis. Nam, quantum ad ſententiam loci huius, nihil inconuenit, ſpeciem vnam pro qualibet ſumptam. Quiaſcumque enim pelles porci intelligere. Aliqui hīc *Libyſtis* legunt. Sed, cum diſto loco probauerim, fuſſe verē in Africa vſos, hīc adiicio nouum testimonium ex Suetonio, & Xiphilino collatis. Ait prior in Claud. cap. 21. *Africanus per turram equitum Praetoriarum du-
ctibus, tribunis, ipſiſque Praefecto conficit. Quas Africanas? Vſi in Afri-
ca. Xiphil. de codem, ſp̄tē ſegeiōnēs pab̄ ſtr̄p̄ ſiſuſuū bneū: Vſiſ ſquadringentos cum aliis feris Libyſtis. Quo fit, vt iam non debeat. Lipſio dare, quod dabam quinta Aeneide, nimium paucos eſſe vſos in Afri-
ca. Non certe pauci, cūm vnum ſpectaculum quadringentos abriperit. Obiicies, non reſetē trahi Xiphilinum, quia vſiſ aliunde eſſe quinerunt: imo re-
ctissimè, quia Suet. tantum, *Africanas.**

15. FVSCIS.] Hom. 1. Iliad. de adueniente nocte; *υπέρας ἡλίου*, quo indicatur *ζερός vñſis.* Inde *εργά*, id eſt, obſcuritas ſimpliſter à Pind. pro nocte ponitur Od. 1. Olymp. Itaque noluit *vñſis εργά*, vt in Ran. Aristophanes, & Calab. 3. *νερός εργά*: ſed ſimpliſter *εργά*. Hom. 8. Iliad. *vñſa μέλανες.* Non. lib. 25. Dionys.

καὶ σκεπῶ ἐμέλανη ὁλὴ χθὼν σογαλένη ῥὲ:
Et vñſis danigravit totam terram ſilens mox.

Sed expoſto adhuc verbum Poëta premissis verbis *luscum* de Cornelij Frontoni. Ait hic: *Fuſco album oponit, n̄ nocte.*

E. gro candidum. Praclarè ergo *fusco* color in exitu dici, qui in otto eſt albus. Nam de oriente luce proferri albene die, calo, &c. nō, calo candido, quis eſt, qui ignorat? Ab eodem Frontone illuſtro Ouid. 11. Metamorph. canentem,

*Candida de nigris, & de candentibus atra.
vbi candida nigris opponit. A Virgilio corrigendus Tibullus Eleg. 1. lib. 2. vbi de ſomno *fusco circumdatuſ aliſ legendum, fusco.**

16. AMPLIETIVR.] Ita Stat. 11. Theb.

Nox fauet, & grata proſigros amplectitur vñſis.

de nocte.

Nocti dan-
tut alz.

Nox qua terrarum, et quoque amplexa labores.

17. Alis.] Alae nocti dantur. Eurip. Orest. vbi nox
inuocatur, μολε μολε καρδατης: veni, veni pennigera.

A Ennius 16. Annal.

Nox quando medius signis precincta volabat.
Stat. Theb. loquens de nocte, volat umbra.

- 370 ^a At Venus haud animo nequicquam exterrita mater,
Laurentumq; minis, & duro mota tumultu,
Vulcanum alloquitur, thalamoque hæc coniugis aureo
Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem.
^b Dum bello Argolici vastabant Pergama Reges
375 Debita, casurisque inimicis ignibus arces,
Non ullum auxilium miseris, non arma rogaui
Artis, opisque tuae: nec te, charissime coniux,
Incaſum ve tuos volui exercere labores.
Quamuis & Priami deberem plurima natis,
380 Et durum Æneas fleuisse sape laborem.
^c Nunc Iouis imperio Rutulorum constituit oris:
Ergo eadem supplex venio, & sanctum mihi numen
Arma rogo genitrix nato. ^d Te filia Nerci,
Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.
385 Aspice qui coēant populi, quæ moenia clausis
Ferrum acuant portis in me, excidiumque meorum.

ARGUMENTVM.

Interea Venus pro nato sollicita alloquitur Vulcanum
coningem, peti ab eo arma, illius arte fabricata, quibus
Æneas viatur in bello Italia contra Turnum.

EXPLICATIO.

^a DVM Æneas, & Euander somnos capiunt, vi-
sum Poëta tempus commodum ad poëſin
exornandam interuentu Veneris, que adeat Vulca-
num ad imploranda arma pro filio. Incipit vero ab
affetu, qui obuius: terretur Venus, quia mater. Cau-
sa terroris, Laurentum minis, & duro tumultu. Est, haud
nequicquam, non frustra. Ergo, ex hoc terrore confe-
quentis, ut Vulcanum Deum ferrariae, & coniugem
alloquitur, instillata prius dictis quadam amoris
dulcedine, ut æquius audiatur.

^b Ratio, quare ardente Troiano bello, nihil à
coniuge petuerit pro nato, quia fata exitium Troia-
num afferebant, quibus obisti non potest. Itaque
quia Pergama debita erant, id est, obnoxia ruinæ, &
arces erant casura, nolui rogare arma, ne frusta la-
borares, quamvis multa deberem filii Priami, & mei
Æneas labores sape defleuisse.

^c Ratio superiori opposita. Iam fara aliter vo-
lunt, iam imperio Iouis Æneas ad Italiam appulit.
Fauo ergo Vulcane ei viro, cui fauer Iuppiter. Cerne
me supplicem, non deprecatorēm pro me submitto,
eadem ipsa supplex venio, quia tacui Troiano bello. Ro-
go itaque arma. Cur non impetrem, cum laborem
genitrix nato meo? & cum à te petam, qui vnuſ mihi
sanctum es: numen? Hæc fententia. Expedi possunt
multa, ego pauca quadam. Remouet nomina viri-

B ci, & priuigni, ne Vulcani animus laedatur reuocato
in memoriam adulterio Veneris cum Anchisa. Tan-
tum ergo, Arma rogo genitrix nato. Obiūciat aliquis.
Nōnne reuocata iniuria in animum, cū illa na-
tum dicaret, & Vulcanus sciret non esse suum? Huic
obiectioni fatis prouisum illis, coniux charissime, san-
ctum mihi numen. Quid, quod ita indicatum, quanta
sit vis amoris, & vt feminæ dominantur viris? Apa-
ge vero, ut placeat Seru, qui verba illa, genitrix nato,
coniungit cum sequentibus, hunc in modum, geni-
trix nato filia Nerci. Non sic est.

^d Adhibet exempla, quibus adducat virum. Flexit
te Thetis filia Nerci pro Achille filio sollicita: flexit
Aurora, non coniux tua, sed Tithoni, sollicita etiam
pro filio Memnone. Da igitur coniugi tua, quod
Thetidi, & Aurora, non tuis coniugibus, da meo na-
to, quod Achilli, & Memnoni extraneis, præfertim
in magno perieulo. Aspice ipse, ut coēant, coniugis
réntque, non vnuſ, sed plures populis aspice, ut mul-
tae verbe ferrum acuant, & quidem clausis portis, ut tutæ
sint, donec erumpant in apertam audaciam. Ista
verò minæ comparantur contra me, contra meos, &
quidem ad exitium. Aliquis putet portis clausis, esse in
tertio casu, hac fententia. Acuunt mœnia ferrū con-
tra clausis meorum portas. Quasi dicat: clausi mei
sunt (quod habetur in 9. Æneas enim abiens ad Eu-
anderum hoc præcepit) & verbes omnes in eos con-
spirant, nam tela nonam. Atina potens, &c. quod habet
ur in 7. Æneid.

NOTÆ.

1. AT VENVS, &c.] Cū totus hic locus factus
sit ad Homeri vmbram, placitum indicate in hoc ini-
tio verè vmbram esse Homeri, lucem Virgilij. Im-
primis negabit nemo sobrietatem Latini, cum Gra-
cis

A eus solita effusione vtatur. Deinde, quale est, fer-
ranam in cælo constitui à Græco, int̄erque stellatas
ac puras domos inueniri folles, ac fuliginem? quāto
inclīus ista relegantur ad Liparen & Sicaniam? Ita-
que, apud Græcum Thetis ē terra ascendit cælum,
vbi arma à Vulcano fabricanda: contrà apud Latini
num fit descensio ē cælo ad terram. Tertiò, cur fe-
minæ & puella gracie, formosula, delicatula ex-
erceant apud Græcum labores duros ferraria? ô tu
præclare Maro, qui ministros facis Cyclopas, Bron-
tem, Steropem, &c. Quartò, cur eadem ministra ve-
nustissimæ sunt, & auratae inter ea opera; & vnuſ
Rex Vulcanus ad deformitatem horridus, vt etiam
spongia indigeat ad abstergendum quicquid inha-
serat ex illo opificio. Minimè enim decent Dei per-
sonam, quæ ibi Vulcano affinguntur ab Homero. Et
quidem cū se mundat Vulcanus, & sceptrum arri-
pit, vt appareat coram Thetide, videor videre ridi-
culos Reges histrionum in scena, qui iam vilē personam, iam Regiam referunt; ac iam sceptrum pon-
unt, iam resumunt. Quinto, quæ ratio Thetidis ad
Vulcanum? Vexat me Iuppiter, nam me Nympham
maris nuptum dedit Peleo. Hæc ratio frustranea est
ad arma. Altera: Achilles meus tristis propter ere-
ptam puellam noluit pugnare, sed dedit Patroclo
sua arma, quæ iam in potestate Hæctoris victoris, ac
proinde egit nouis armis. Ratio hæc minimè dece-
bat Hæc Achillem. Quid agis Theti, nisi vt tuus
Heros proprias iniurias vleſicatur, & in re vilissima
voluptatis? Quanto præstantior oratio Veneris ad
Vulcanum hæc? Iuua Vulcane Iouis consilium, ju-
na fata. His enim, & Ioue disponentibus meus Æ-
neas Italiam attigit ad promissum Imperium. Sexto
demum, omnes omnium literatorum cohortes spe-
cificatrices appello artificij illius extra rem, quod in
sq[uare]o Achillis Vulcanus fabrica sua exprefit. At (in-
quies) pulchra sunt, quæ ibi de celestibus circulis, de
virbe duplice, de nouali, segetibus, vinetis, choreis.
Demus hæc pulchra, sed quod tandem ad proposi-
tum: Correcta hæc sunt à Poëta Principe, qui in scu-
to Æneas exhibet res Italas, Romani Imperij exor-
diū, Augusti gloriam: nam videlicet hæc omnia,
tanquam ab origine, ab uno Ænea profecta, qui pa-
ter Romani Imperij. Sed multis hæc.

2. EX TERRITA MATER.] Ab toto hoc Virgilij
loco (mitto Hom. dc quo iam superiore Nota) non
abhorrent, quæ scripta sunt Statio lib. 3. Theb. vbi
Venus exterrita etiam, & sollicita pro Thebis indu-
citur Martem furentem minis contra illas. Lege
ab eo loco,

Cum Venus ante ipso nulla formidine gressum
Flexit equos. —
3. THALAMO.] Id est, in thalamo. Obseruata
Poëta occasio aptissima huic sermoni. Nam in tha-
lamo, id est, in loco dicato amoriibus, quid non
vxor consequeretur? Hæc sunt illa tempora, que 4.
Æneid. dicuntur mollissima, & molles aduersus. Vnicè qua-
drant in hunc locum versus Lucret. lib. 1. vbi mon-
ens Venerem, quo puncto temporis debet petere
pacem à Marte, ita ait.

Hunc tu Diva tuo recubantem corpore sancto
Circumſuſa ſuper, ſuaves ex ore loquelas
Fundit, petens placidam Romanis inclita pacem.
Pateps quo adedus tē-
pore.

Obseruandum itaque, qua occasione Principem
adeas, aliquid petitur. Martialis volebat librum
ſuum tradi Domitiono, cū latuſ est post epulas,
non matutino tempore. Hoc idem vult cauerilibris
ſuis Quid. Trist. ſi cuncta videbis mitia, &c. & lib. 2.
Ponti,

IN VIII. ÆNEIDOS.

Ceterum, seruē erit, vultusq; remitterit illos.

Qui secum terras, Imperiumque mouent.

Sed aurei sunt versus Horat. lib. 1. epif. petentis à
Vinnio, videat qua occasione Cæfarcem pro se
adecat.

Si v. didus, si leuis erit, si denique posset,

Ne studio nostri pecces, oditumque libellis

Sedulus importes opera veberente minister.

4. AVREO.] Similis saepe nitor in Poëtis omni- AUREA om-
bus, & in vno Homero ſepifissimè, in cuius paginis nia Deoſu.

frequentiffimè de Deorum ornatu, quorum aedes,

cubicula, currus, thalamus; aurea, argentea, nitida

omnia. Iuno 14. Iliad. dicitur Χρυσόθρονος. lib. 18.

Vulcani domum vocat Αὐτορέντης, μελαγράτης.

Diana 6. Iliad. Χρυσόν. & 16. Αργειανθραγουλάκης.

Mars, & Pallas 18. Χρυσία, & χρύσια εἰκασία ἐσθιτη.

In 8. Iuno, & Minerua ſedent χρυσόστοιχοι κλιομοῖσι.

Ibidem Iuppiter χρύσιος ιπταμενός. Iuno 14. Sonino

pollicetur Σφύνω χρύσεων. Dij in 4. ſedent χρυσέων εἰς

δακτύῳ, ſequuntur χρυσέων δακτύων. Euripid.

Phœniss. Palladēm vocat χρυσάρας. Coniuia Deo-

rum apud Calab. lib. 4. χρυσίοις ναυτοῖσι. Callimachus

in Hymno dat Apollini indumentum, fibulam, ar-
cum, pharetram, lyram, calceos, omnia χρύσα. Deo-

rum aurea barba celebratur. Vide Sueton. c. 52. Calig.

5. DICTIS DIVINVM ASPIRAT AMOREM.]

Non eguit Virgil. apparatu Homeri, imò noluit ege-
re detestatus illius effusione, & vbiique elle voluitParthenius. Qui legat librum 14. Iliad. vbi Iuno ſe
comparat ad blanditiis, vt placeat Ioui purgata for-
dibus, vñcta oleo, capillis pexa, induta chlamyde,
cincta zona, ornata inauribus, vritis, calceis, & mul-
tis, censib[us] inde multa amputanda. Poëta noſtro

ſatis fuit ad expugnandum animum Vulcani ma-

china ſerm onis, quo ita ſuauiter locuta est Venus, vt

quicquid vellet, exorauerit. Ideo dictis vña amorem

inspirauit. Max. Tyr. differt. 37. ὁνοροῦ ἡ πάλη μὲν

θυμὸς χαλκὸς, Ερυτῆρες, Κιανῶν, Κρήτης τέχνη. Τυ-

χίνης θυμὸς λόγος: equi animos habentε lora, equi if-

que magistri artis moderantur: animum hominis oratio. Ho-

meri, citam lib. 14. Iliad.

Id p[ro]p[ter]e, ἡ Τελεφ[ile] νύον πάντα περ φρονεόντων:

Blandilognutia, que decipit mentem valde etiam pru-
dentium.Homeri vi-
tium.Oratio mo-
deratix ho-
minum.

Cydonium

vorbatur

ab ſpōla ad-

ante ſpon-
ſum.

Iuno, & Pallas. De armata Venere exstat Epigram. A Leonida lib. 4. Anthol.

*Āpēt̄ īl̄eā t̄r̄v̄l̄ā t̄r̄. x̄d̄ēr̄ d̄ K̄ūl̄p̄c̄iā
Ēl̄d̄d̄ ūt̄p̄, ēn̄d̄v̄n̄d̄ r̄d̄f̄ p̄f̄p̄l̄ b̄x̄p̄;*

Āut̄ō k̄p̄n̄ ḡȳv̄n̄t̄ r̄d̄f̄ s̄p̄ōd̄l̄ḡs̄. ēt̄ d̄ x̄d̄ēr̄d̄l̄āj̄

K̄āj̄ b̄s̄. d̄v̄d̄p̄n̄ōt̄ īm̄ō n̄āt̄n̄ r̄d̄f̄ȳs̄.

*C̄n̄īs̄ (obſc̄r̄ō) ḡr̄atīb̄ V̄en̄ūs̄ M̄ar̄īs̄ ār̄m̄ h̄ēc̄
Ind̄ūſ̄, f̄er̄eſ̄ m̄ān̄ē h̄ōc̄ p̄ōnd̄ūs̄:*

*N̄ūdāēn̄ī c̄ūm̄ eſſ̄ Aſſ̄ār̄ē iſſ̄p̄īs̄ v̄īc̄īf̄ī. S̄ī iūq̄uē
v̄īt̄ūs̄*

D̄eſſ̄, f̄ūn̄f̄r̄ā ī h̄ōm̄īs̄ ār̄m̄ā ḡēr̄īs̄.

14. L̄īq̄ū 1D̄O.] V̄ide Ērāl̄ī. Ād̄āḡ ēl̄ēt̄r̄ō l̄ūc̄īd̄īō,

Chil. 4. Cent. 4. cap. 71.

*15. P̄ōteſ̄t̄.] Ēn̄īx̄ē c̄ōnt̄ēnd̄ūt̄ m̄ūl̄t̄, l̄ēḡēd̄ūm̄ p̄ōteſ̄t̄, ān̄t̄īq̄ūā v̄ōc̄ē, q̄ūā v̄f̄ūs̄ P̄āc̄īūs̄, s̄ī q̄ūā
p̄ōteſ̄t̄ iūn̄ūf̄īḡār̄ē v̄īā. & L̄ūc̄r̄et̄, 3.*

Potestur.

Dij loquen-
turaliter at-
que homi-
nes.

Adducunt etiam pro se argumentum; nam Virgilius
delectatur simili obfoletorum antiquitate: ille enim
fuit, & confitit, & adhuc in sermone Deorum. Nam
primum Iouis est in 10. alterum Iunonis in 4. Hic
ergo par est, vt Vulcanus quoq; priscè loquatur. Ad-

dunt exempla, nam in Homero Dij loquuntur ali-

ter atque homines. Probant, quia homines Scam-

drum dicunt, Dij Xanthum: homines & Egomem Dij,

Briareum. Si istis obliquis, hac lectione, p̄oſt̄ur electro,

corripi syllabam contra legem; huic etiam malo

occurunt exemplo eiusdem Virg. qui in Cyri,

Cordio fragili, & lucrymoſo mouit electro.

Hac sunt firmamenta, quae excogitari queunt pro C

hac lectione, quam tuentur Priscianus, Albericus,

Erythæus, alij. Sed me profectò illi in caſtra non

ducunt ſua. Quæris rationem? Non placet, non

probo. Eſt enim conſiſtio cum peſte gemina. In

adducunt exemplis ſimplex eſt bellum, hic preminut

dupli ci malo. Nam, cur fiat ſimul bellum & ele-

gantie Latij, & quantitatib; syllabæ? Frustra mihi ob-

giliāna.

*a Inde, vbi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat ſomnum: ceu femina primū,*

Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua,

*410 Impositioni cinerem, ſopitos ſuficitat ignes,
Noctem addens operi, famulásque ad lumina longo*

*Exercet penſo: caſtum vt feruare cubile
Coniugis, & poſſit paruos educere natos:*

*Haud ſecus Ignipotens, nec tempore ſegnior illo
Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.*

*b Insula Sicaniū iuxta latus, Aēoliāmque
Erigitur Liparen fumantibus ardua ſaxis:*

*Quam ſubter ſpecus, & Cyclopum exēſa caminis
Antra Aētnæ tonant: validisque incudibus iectus*

*420 Audit̄ referunt gemitum: ſtridēntque cauerñis
Striſtræ chalybum, & fornacibus ignis anhelat,
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.*

D

ARGUMENTVM.

*Excitatur à ſomno ſtimulatu cura Veneris, adhibetur
comparatio ad explicandam diligentiam Vulcani, deſcribi-
tur eiusdem officina.*

EXPLICATIO.

*P̄IM̄A tantum quieti Vulcanus indulſit, non
nocti integræ; itaque exſurgit exaſto medio
noctis curiu. Puer ita ordinet. Prima quies expulerat
ſomnum;*

IN VIII. AENEIDOS.

215

Somnum in medio curriculo noctis abactæ. Pergo. Hanc A ſomni paſtimoniam, quam Vulcanus accepit, cu- xāmique, qua ſtimulatus ſurrexit, comparat egregiè Poēta cum femina, cui vičus poſitus tantum in co- lo, & tenui lanificio. Solet hæc ſurgere post tenues ſomnos; ac dimoto cinere, perſcrutari latentes signes, atque inde lucernam accendere, vt ita noctem quoque addat labori diurno, exercetque famulas ac acceſam lucernam penſo prolixiore. Adhibet ſicinem huius tam exacta diligentia, vt habeat, unde viuat ipſa, & nati, ſeruata matitalis torti pudicitia. Non aliter (inquit) Vulcanus ſurrexit ē lecto ad fabriles operas. Praeclarè Ignipotens, ex vi adductæ compara- rationis, vbi de femina, ſopitos ſuficitat ignes.

b Sequitur defcriptione officinae Vulcaniaæ, quam conſtituit in iſula, quia erigitur iuxta latus Siciliae, & Liparen vnam Aēolidarum. Ea iſula tota fumat ignis faxis, & quia erigitur, ideo ardua. Procedit. Subter hanc iſulam eſt ſpecus; & Cyclopum antra vastissima, quia exēſa caminis, id eſt, ambula ignibus inde erumpentibus. In his antris mera ſunt tonitrua ex validissimis iectibus, quibus impinguntur: ac proinde conſequens, utribi ſemper ferrum iſtridat, anhelat ignis erumpens ex fornacibus. Hec eſt ig- nitus domus Vulcani, ac tota tellus ab illo Vulcania dicitur.

NOTÆ.

Ques pri-
ma quæ.

1. PRIMA QVIES.] Ita vocat ſomnum usque ad medianam noctem. De Juliano ait Ammian. lib. 16. ſolitum ſurgere, cum eſſet in bello nocte dimidiata. In- tegram noctem ſuis militibus dormire non permet- tebat Annibal, de quo Sil. lib. 12.

*Pænus ut ad ſomnum vix totam curfib; aſſ̄e.
Indulſit pubi noctem.*

Eſt in Stat. 1. Theb.

vix lucis ſpatio, vix noctis abactæ.

2. CEV FEMINA.] Petita proculdubio compa- ratio ab Apollon. 3. Arg. vbi poſtquam deſcripit fol- licitos Medeæ amores, continuo ſubilit.

*Ως δὲ γυνὶ μαλερῷ πυρὶ καρφεῖ χειδοῦ ἀλῷ
χειρῖται, θύμηται λασσοῖς ἔργα μέμπλει,
Ως καὶ βαρύρωφοιν πόλεις σέβεις ἐλέναι
Αὐγῇ μαλὴ ἐργοτίν. Πόλις ἀδέσπαλον ἐξ ὀλύγοι
Δαλάνις ἐργόμενοι σὺν καρφεῖς πάντα μαλύνει.
Non aliud quam mulier candentia igne ſtipulas iniicit
titioi.*

*Panpercula, cui lanaria res curia eſt,
Vt familiarem nocti ignem excitare poſſit
Ocyus ſurgens illaque plurimus ex parvo
Torre ſuficitat ſtipulas omnes conſeruit.*

*Ita & Tereſt. Heaut. act. 2. ſcen. 3. inducit pudicam
feminam, occupatam ad lanam, teſtem teſtum ſtudioſe.*

3. TOLERARE.] Huic verbo annexa iam vbi au-

*ctorum significatio vita, quæ peragitur cum par-
timoniam & tenuitate. Iuliſ 1. Gall. Nihil erat, quo fa-
mem tolerarent. Liu. lib. 2.6. Nec famē tolerare feruit, &
plebs poterant. Lucret. 2. anguſis toleraret ſinibus auru. Cui respondet ſympatip. Dicuntur enim ſympa-
tiae ſevertis, quæ modicè & paruo ſuſtant. Ut Iuliſ 7. Gall. extreman famem ſuſtantare. Sed & mu-
lier, quæ vitam lana, & colo ſuſinet, x̄p̄iūtū dicitur
ab Apollon. ſuperiore Nota, atque etiam ab Hom.
lib. 1. Ilad. versibus huc aptandis, vt quos potuit
Virg. reſpicere.*

Αλλα ἔχον, ὅσει λαυτα γυνὴ χειρῖταις δληθῆς,

*Ille ſabuī ἔχει τὸ εἰδῶλον τὸ μεῖζον τὸ ἀδιάλιπτον
τὸ δέσμον, ἵνα πάντα τὰ μεῖζα μεῖζα ἔχει,
Sed habebant ſe, vnuſtlior pauper & iugla lancea tenens,
Quæ pondus habet, & lauam virinque appendit*

Exequans, ut liberis tenuem mercedem ferat.

vbi γυνὴ χειρῖται, eft mulier, quæ nendo vičlum qua-

ritat, & τὸ τῆν χειρὸν, & τὸ τῆν πόδον, Pollux enim, γεν., κλαδεῖς,

& τρόπον ἀquabiliſt dixit de lanificio. Itaque, χειρῖται, Chemetis.

τῆν τε eft in femina, quod in vitro χειρῖται. Suid. χειρῖται, Chirobius.

τοις, οἱ εἰς χειρῶν τὸν τε. Εἰ τὰς τέχνας φοροῦσθαι εἰναι, quia artifices,

qui manibus laborant, ut plurimum ſedent.

Ab locutione Virg. non abit illa, vitam ferre, qua

vli multi. In oculis nunc habeo Quintil. De-

clam. 335.

4. TENVIQE MINERVA.] Ita & Mineruam pro Minerua

lanificio vſuparunt alij. Prop. loquens de Penelope pro lanifi-

lio. 2. Eleg. 9.

Coningium fulſa poterat diſſere Minerua,

Nocturno ſolvens texta diuina dolo.

Ouid. 4. Metamorph.

Iuſaſque ſacra cultu ſola Minooide intus

Intempoſiatur bantes fofia Minerua.

Id eft, in tempore ſuoper lanificio, nam Poēta expli-

cans, addit protinus,

Ait ducim lanas, aut ſtamna pollice verſant,

Ait haren teles, famulā ſque laboribus urgunt.

Arnob. lib. 5. Mineruam pro ſtamine. Ratio eft in Ter-

tull. lib. de Pall. Sed vos omnem lanificij diſpenſationem,

ſtructurāmque telarum Minerua maluſis. Baſil. Seleu-

cienſ. lib. 1. Teclæ, hanc Deam exhibet in arce qua-

pia adſtrepentem textoribus, futilib; que ho-

lumincionibus, λιτεύθει περιουσίων ἡ φάſις της λάριος

di θραστούς, δηλατηρίας. Itaque λαδανίας, & λαδατηρ-

παν ad Deam veteres referebant. Quia dixi ha-

ſtenus firmant omnium explicationem, quibus ne-

que ipſe abeo. Sed Leotoni candido propono aliam.

Cur enim hīc Minerua non queat ſumi pro oleo; cū Minerua

ſoleant diligentissimæ feminae ad lucernas vigilare. Pro oleo.

multam ad noctem, penſi abſoluendi cauſā? Itaque,

vt Ouid. Palladem dixit pro oleo Eleg. 5. lib. 4. Trif.

reuixit, ait, vt vigil infuſa Pallade flamma ſoler; ita Virg.

Mineruam pro eodem. Facit aliiquid, Higynum dare Bellona acū

inuenientem acūs, quæ coniuncta cum lanificio,

non Minerua pacifica Dea, ſed Bellona bellatrix.

Ait enim cap

inxerit, neque iter intermisserit. Et quidem in re Virg. A Nat. ait esse ignem artificiosum, & magistrum artium reliquorum.
Apollon. 4. Arg. *καὶ τὸν γῆραν οὐντικόν εἶναι τὸν αἰγαλέοντα*: *Mulier fusum versat laboriosa ac nocturna.*
7. *CUBILE.*] Possum accipere de lecto coniugali, quod referuo ad 12. *Aeneid.* Vult. Scru. sententiam ductam ab illo Terent.
Prīmō hac vitam parcē ac duriter agebat.
Nam similiter Virg. representat in sua femina tenuem vitam ad seruandam calitatem. Sed Germano visum, sumi ab Eurip. qui in Helen. *εἰπεν οὐδὲ πάλιν Μαίαν νέκταρος: παρούση φέρει μεταξὺ λεθέων.* Apud eundem Clytamenela ad Agamemnonem, *οὐδὲ πάλιν θεάντας.* Et quidem Iuuen. Sat. 6. lanificium castis feminis attribuit. Eius versus sunt.
*Prosternat castus humilis fortuna Lutinus
Quondam, nec viuis contingit parva sinebant
Tecta, libor, somnique breves, & vellere Tinsco
Vexata dureg manus.*
Inde ergo illustratur cubile *custum* Virg. in femina, cui tenues opes.
8. *PARVOS EDUCERE NATOS.*] Vidisti iam in præmissis: *τὰ ταυτὸν ἔργα μισθον εἴρητο.* Apollon. lib. 4. inducit feminam insuadentem lanificio, quod habeat *ἀράβια τέκνα, πιθούσα λιβερούς, μαρτιόντος.*
9. *IGNIPOTENS.*] Ut dicitur Mulciber à muleendo ferro, ita Ignipotens à domando illo, potens enim ignis in duram materiam. Sed respicit, credo, sapiens Poëta ad virtutem & potestatem, quæ celebra antiquis. Opinia enim artificiata igni attribuebant. Nec alia origo fabula Promethei, qui ignem Solis rapuit, & communicauit mortalibus; nam videlicet docuit rerum strucras. Prometheus ipse de se lib. 4. Epig. *τέχνης πυρὸν ὄπιστα φεύγεισιν.* vbi ignis dar artem, atque illum dedisse vitam rebus. Inde ignis dictus est sapiens ab Tertull. in Scorpiano, & ab Minutio, Clemens etiam in Protept. *πῦρ*, vocat *πυρόν.* Non alia, credo, mente dictum à Virg. 1. Georg. de Ioue mundum in deterioris committante, Mellaque decussit foliis, ignemque removit,
Vi varias usas meditando extenderet artes.
Sicut ab Hesiod. *καὶ δὴ πῦρ.* Quia videlicet omnia parata sunt ab igne; & si absit, difficiliores sunt artes. Quid enim ignis non emolliat? Luctet. etiam lib. 5. describens rude sculum, & nullis artibus excutum, ita ait:
Nec dum res igni scibant tractare.
Quasi ignis ad omnem fabricam res potissima. Huc pertinet etymon Varonis, ignem dictum à *nascendo*, quod inde omnia nascuntur. Atque inde etiam puto natum Prouerbum, *Ab igne, ad significandum initium cuiusque rei.* Quo vlti Basilius Seleucensis Episcop. lib. 1. vit. Teclar. *αὐτὸς γένεται τὸν εἰσερχόμενον τὸν πατέρα τὸν τούτον κατατίθεται.* Homerum dixi? Vide, an stultitiam? Quid stultius, quam constituisse in caelo officinam Vulcani? ac proinde stultissimum *αὐτὸν.* Frui mora Suada si velis, adi Iulium Scalig. euententem Homerum. Sed non credo opus tam forti, eversore in rebus plenis ineptiarum.

12. *ÆOLIAM LIPAREN.*] Lege Plin. dicto loco, Lipari & omnes Geographos, nemo est enim, qui non meninerit Lipares. Faciunt illam omnes vnam Æolidarum, nam septem illæ insulae (aliqui plures volunt) facræ erant Æolo ventorum Deo. Hanc paribus flammis cum aliis nobilitat Claud. 3. Hon. vt etiam alij.
Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis.
13. *FVMANTIBVS ARDVA SAXIS.*] De his locis, Lemno (inquam) vbi etiam Vulcani officina, Valer. 2. Arg.
Venimus erat ad rupem, cuius pendentia nigris fumant saxa ingens, coquitorque vaporibus aëre.
Ait ardua, quod in 6. dixerat, *Cyclopum educta caminis.*

κυκλωστεῖται τὸν πάντα τέχνα:
Cyclopea aëria moenia.
14. *CYCLOVM.*] Ex veterum opinione. Plin. lib. 7. cap. 56. *Fabricam ferrariam invenire Cyclopes.* Sed Cylopes inuenire ferrariam. de hoc iam alibi.
15. *ANTRA AENEA.*] Caue fallaris; non in Vulcai officina.

Imitatio.

Lanificium exercent eas feminæ.

Locorum similitudo.

Igni debentur artificia-
ta omnia.Ignis cur di-
eas sapiens.Ignis ety-
mon.
Ab igne.
Prouerb.Athenien-
sium festa.

Etna officina Vulcani, sed in Hierā, vt explicui: A proprie scintilla, que de ferro feruenti exerunt. Rutilius lib. 1. Itiner.
Non Bitturis largo potior strictrū camino.
Max. Tyr. dissert. 25. *στριτοῦς τοῦ ἀναμονεῖ, χαράκους αὐθαλεῖς: Scintilla ab incende, à fornace fuisse.* Adduxi Maximum; nam multi *στριτοῦς* reddunt strictrūs. Ex dictis habes duplēm strictrū significationem, vel ut massa ignita, vel scintilla. Sed sciat, quando sum in hac voce, vnum alium. Dicitur certè strictrū etiam extra ignem. Nam Plin. cap. 14. lib. 34. *Strictrū vocant ha omnes, quod non in aliis metallis, àstringenda acie vocabulo imposito.* Corrigi Plinium ab Ilidoro, àstringendo apti vocabulo imposito. Persus etiā *Stringo de venas ferri stringere* dixit Sat. 2. Demum Glosa: *strictrū, στριτοῦς.* Sed mitto rem Grammaticam. Velim notes locum Nonni lib. 22. in quo multa similitudo cum Virgiliano, omissi quippe Sophoclem indicatum Germano. Ergo Nonius.

B *Tono, de incudibus*
Non tam grande sonat (lego, tonat) motis incudibus
Ætna,
Cum Brontes, Steropisque ferit, nec maior ab amnis
Lemniacis frugor est, ubi flammæus Egidius cedat
Mulciber.

Nam & Valer. 4. Arg.
Et tonat afflita semper domus ignea massa.
Scio in aliis esse sono; nam Callimach. Hym. Dian. loquens de Cyclopi. *τέτταντας αὔραντες οὐκέτι γένεσις, strepitum sonantis incudis.* & Oppian. 5. Hal. *αὔραντες οὐνετέσσι.* Sed cum Stat. videatur pergere ad Virg. pl.

C *lectio Vir-*
gilius.
multa
Saliennes scintilla pulsati ferri,
Quæ aërem calcificunt.

18. *CHALYBVM.*] De ferri inuentoribus iam in Georg. *Anhelat.*] Ita Claud. 1. Rap. de Phlegontine ignito amine, *Vorticibus anhelat Vulchre Stat.*
9. Thib. *omnis anhelat vnde nefas.* Et lib. 3. Epig. *αὐτοὶ πυρὸς: ignis anhelitum.* Perl. Sat. 5. *anhelani coquuntur dum massa camino.*

a Hoc tunc Ignipotens cœlo descendit ab alto.

b Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro.

425 c Brontésque, Steropisque, & nudus membra Pyramon.

c His informatum manibus iam parte polita

Fulmen erat; toto genitor quæ plurima cœlo

Deicit in terras: pars imperfecta manebat.

d Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ

430 Addiderant, rutili treis ignis, & alitis Austris.

Fulgores nunc terrificos, sonitumque, merumque

Miscebant operi, flammisque sequacibus iras.

e Parte alia Marti currumque, rotasque volueres

Instabant, quibus ille viros, quibus excitat vrbes;

f Egidiaque horrificam, turbatae Palladis arma,

Certatim squammis serpentum, auróque polibant,

Connexosque angues, ipsamque in pectore Diuæ

Gorgona defacto vertentem lumina collo.

D

EXPLICATIO.

Inuenit Vulcanus Cyclopas variis operibus distinctos.
Tria numerat, Iouis fulmen, currus Maris, Egidem Palladis.

Cerda in Aeneid. tom. 2.

T

b My

COMMENTARII.

b Ministris tres numerat, Brontem, Steropem, Pyracmonem. Primo nomen *Brōnēs p̄p̄rōnēs, a tonitru*; alteri *dōtēs t̄n̄s s̄p̄oñēs, à fidērēs*: testio *dōtēs t̄n̄s n̄rōp̄c, r̄gū d̄p̄p̄or̄, ab igne, & incude*. Illi igitur ferraria exercebant, vi ministrum Vulcani, & nudi quidem ex decoro, & necessitate operis. Quod enim de vno, de aliis nihil verè capi. Et vide consecutionem mīrām magni verè Poëtae. Ideo isti nominantur, quia horum iam nomina representata in superiori descriptione. Ergo Brontes, quia *intra e Aēmēs tonant*; & Steropes, quia *fridēnque cauernis strūctūre Chalybum*, has enim de carentibus & ignitis, aut massis, aut scintillis explicabamus. Demum *Pyracmon*, quia praecepsit, *validique in crudib⁹ iūtū audīt⁹ reponit genūm*. Quis putas, hanc diligenciam habet? O miseros Poëtas reliquos, si tecum conferantur Maro.

c Fortasse illi fulmen. Iouis fabricabant, ita ut iam illud informatum esset, nam vna ex parte politum, ex altera imperfectum. Et obiter ait, his fulminibus vti Iouem ē cōlō in terras. Quid sit *informare*, dico in Notis.

a Nihil patitur Maro non consequenter dictum. Dixerat: pars fulminis formata iam erat & polita, pars adhuc imperfecta. Pars illa formata erat, quæ ad radios pertinet, & illi omni ex parte terti. Ergo, quia hac pars iam formata, nō perfecto modo tempore, sed adhuc plurimam perfecto, *adlēderāt*. Erat hæc (sic dicam) substantia fulminis. Procedo. Pars illa erat imperfecta, quæ pertinet ad accidentia. Non dum enim fulgores, sonitus, merus, flammæ, ira; ideo tempore imperfecto, *mīfēbānt*. Nemo enim neget, quin fulmini accidunt sonitus, paupores, merus, &c. Expende adhuc hoc apparatu formari fulmina, quia hæc nunquam sine tonitru. Atqui tonitru non nunquam sine nubibus, & ventis; sicut neque fulmina sine fulgore, meru, ira.

e In alia officina parte fabricabantur curvus, & rotæ Martis bellorum Dei, quibus ille solet metum vniuersis incutere. De hoc opere, *infibāan*, quia neque dum factum.

f Labor vñtrius *Aegi* Palladis, quæ & adhuc ipsa poliebatur. Mirè hanc describit, & ad horrem, Senteñtia est, poliri certarim ab omnibus *Aegida* squamulis serpentum, aurōque, id est, squamulis aureis: in medio verò *Aegida*, quæ pars ad pectus. Diu statuenda, erat caput Gorgonis, cui connexi angues pro crinibus. Verberat verò oculos in obliquam partem (adhuc quidem iratè respicientis habitum) post deſetūm collum.

NOTÆ.

1. Hoc.] Notat Seru. dictum olim hoc, pro huic que auctoritate Verrij. Sic & illo, pro illuc. In inscriptionibus hoc frequentissimum, in quibus saepe consolæ, faciōndum. *Hercoli, molati, fōnt, pro, consolæ, faciōndum, Herculi, multatisum*. Cōnīlē inscriptiones Smetij, & Gruteri. Sed quidem in libro Colatij scriptum hoc loco, *buc*, non *hoc*, attestarū Virfinus.

2. DESCENDIT.] Sedes Vulcani in cōlō erat (longior, vt Gentiles, quos interpretor) ferraria tamen illius in terra, inde necessarius descendens. Quid ergo si haec causa, cut viator deficeretur Vulcanus à Gentilibus, ex frequenti in officinam suam migratione? Huc trahit Arnobium lib. 6. Cum pileo Vulcanus & malleo. Veteres Romani (quod transire in Deos potuit) intecti erant, & quinque tantum tectionis

A tempora, quod iam alij latè. Horum vñrum fuit peregrinatio & iter. Itaque pileus commodus peregrinanti Vulcano, & viatori. Arrianus quoque lib. 7. c. 8. (hunc Arnobio Heraldus adiungit) Vulcanus dat *adītor*.

3. FERRVM EXERCEBANT.] Ita Thetis apud Hom. 18. Iliad. cum Vulcanum adiret,

Tōr̄ δ' iδ̄p̄oñēs, t̄l̄t̄oñēs ñ̄d̄i φ̄w̄as; Imitatio.

Hunc inuenit sudānum, morāt̄m se circu folles.

Etnota vocula *ferrum*. Itaque mirum quod scribit Paulan. Corinth. vbi ait, iuxta templum Cephili clē caput Medusa *λέb̄s, è lapide*: & tamen adiicit, *Kūnλώ- Cyclopes etiam circa lapides*.

B 4. CYCLOPES.] Hi ministri Vulcani in ferraria.

Silius lib. 4. de Marte,

—multoque labore Cyclopēn

Sudānum thoracū capi. Imitatio.

Diana apud Callimach. in Hymno,

Euoi Kūnλώaçs ñ̄s̄v̄s

Nor̄ta tex̄iñt̄ra.

Cyclopes mihi sagittas

Stūm elaborabunt.

Ab Nonno lib. 9. dicuntur *ïd̄p̄oñēs, & Ḡl̄n̄mōñēs, īp̄ȳav*

ñ̄s̄v̄o : scientes opūm Vulcani, c̄is̄p̄ne am̄li. Idem

Codem lib. 2. *π̄s̄v̄oñēs, ñ̄s̄v̄oñēs, Kūnλώaçs: adstantes*

Cyclopes, Datiis Hefiod. ñ̄s̄v̄oñēs, t̄p̄t̄oñēs, vt duri

operis ministris. Inde illi Dij Ethnīcōrum, vt Vulcanus.

Nam Cyclopum aram Pausan. nominat lib. 2.

Stat. 2. Theb. adiungit Cyclopibus Telchinias, qui illos pari operum labore adiuvant. Vt verò inducuntur?

Ferrum exercebant. Intellige stantes, ex necessitate artis huius. Malè Apollonius libro primo Argonauta.

5. BRONTESQV, STEROPES, &c.] Ad exem-

plum Virg. Claud. 3. Honor.

Brontes innūmeris exasperat Aegida signis,

Allum fulminea crispate in casside comim

Festinat Steropes, neclū thoracā Pyramon.

Idem 1. Rap. omisso Bronte,

—millum tanto sudere Pyramon;

Nec Steropes confixxit opis.

Hesiod. Theogon. Pyramonem omittit,

Dōp̄r̄t̄s, sepoñēs, r̄gū Āp̄l̄w ñ̄p̄em̄b̄v̄m̄oñ

A quo & Stat. 1. Sylu.

—laſſum Steropem, Bromīmque reliquit.

E Et 4. Sylu. vñius tantum Bronte meminit. Et quidem

in verò Hesiodi legendum, vt vidisti, non, vt alij

ñ̄s̄v̄oñēs, quod & Virg. monet. Et ego adiicio, simili

lem fermè errorem irrepliſe in codices Plin. cap. 10.

lib. 3. vbi loquens de Apelle, ait: *P̄n̄x̄it, & q̄a p̄p̄iñḡi*

non possunt sonitria, fulgetra, fulgorāque: Brontem, Afrapem, Ceraunobolos appellant. vbi legendum, Steropem,

non Afrapem, nam illa nomina cum allusione ad

Cyclopas. Vt verò Hesiod. Āp̄l̄w nominat inter-

hos,

hos, ita Callim. Hym. Dian. *Āp̄l̄w, ñ̄s̄v̄oñēs*.

6. INFORMATVM.] Monet Germ. non esse hic idem, quod *informe*, id est, sine forma; habebat enim formam suam iam fulmen. Sed significat Poëta *enp̄av̄r̄ ñ̄s̄v̄oñēs*. Nam *informare*, verbū est statuariae, aut pictoriae, significans primam & rudem formam; & *enp̄av̄r̄* intelligit. Ita *informatum* in Virg. est habens quidem formam, sed rudem; nam parte polita, parte imperfecta. Sic inf. de clypeo nondum perfecto, *ingenitēm clypeum informent*.

7. IAM PARTE POLITA.] De fugitiis Herculis Hesiod. in Scut. *μέτα ήξειοι: medie polite erant.*

8. FVLMENT.] Cyclopes quoque apud Hesiod. Theog. inducuntur *rečāv̄s̄i s̄p̄av̄r̄*, quo commen-

B to vagati reliqui Poëtae.

9. PLVRIMA.] Precessit fulmen, sed iam auctori-

tate Lucret. lib. 4. German. astruxit. Poëtas non semper sequentia precedentibus *π. λέb̄s*, reddere solitos. Eadem sepe in Arnob. inculcat Heral. manifes-

stissimis exemplis.

10. PARS IMPERFECTA MANEBAT.] Locus

planus Apollonij primo Argon. nam de Cyclopib.

Zw̄i ñ̄p̄av̄r̄ ñ̄s̄v̄oñēs ñ̄s̄v̄oñēs, ñ̄s̄v̄oñēs, ñ̄s̄v̄oñēs

Πλαφ̄s̄p̄oñēs ñ̄s̄v̄oñēs, μñ̄s̄v̄oñēs ñ̄s̄v̄oñēs, μñ̄s̄v̄oñēs

Λεt̄iñt̄oñēs, π̄t̄i ñ̄s̄v̄oñēs ñ̄s̄v̄oñēs, ñ̄s̄v̄oñēs

Σφ̄n̄oñēs.

Ioni fulmen Regi fabricantes, quad rāmen iam

Fulgorans erat, vñque adhuc carebat solo

Radio, quem illi ferris cudebant

Malleis.

Sed non dubium, quin hoc quoque ad imitationem

Homeri, qui lib. 18. Iliad. inducit Vulcanum fabri-

ca.

Fulmen quædam intelligo per *imbrem torum*, in quo tan-

tum consentio cum Seruo: nam, quæ de hyeme


air, omnino errat: pluianam immenam, per aquam

nubem: efflantem aētem, per ignem: flatus ventorum

agnoscit in *Aistro*; hic enim ventus p̄e alii positus

π. λέb̄s̄i, nam eo flante, pertinaciores esse solent

tempestates. Ergo, compingit Poëta hōc Ioui fulmen, formātque illud partibus, vt det hōc Deo fulmen, quod faciatur hac quadruplici tempestatum opportunitate. Vnicuique autem parti aīsignat tres cupides, vt omnes sint duodecim, hoc typō, quem tibi ex antiquis marmoribus subiicio.



Fulmina cur mūla.

Si quis querat, cur Poëta semper faciat radium Io-

nisi trifolium, intelligat nullam esse aliam rationem,

quam celeritatem cadentis fulminis vñā cum vibra-

tione: ita enim celeriter rotatur, vt triplex in aēre

apparet vibratio: sic Poëta linguis serpentum di-

cunt trifolias, quod iam alibi.

Si quis rationes alias

querat, adēat qua scripsit Hadr. Iunius lib. 1.

Animaduſc. 16. Qui volunt nouem tantum cuspides da-

ri à Virg. fulmini, videant non satis consequen-

ter loqui.

12. IMBRIS. TORTI.] Accepi de grandine, secu-

Cerda in Aeneid. tom. 2.

C Si quis querat, cur Poëta semper faciat radium Io-

nisi trifolium, & vim vocis. Lepides enim dicuntur

torques, & tela omnia. Horat. 2. epist. torque nūc

lapidem. Atqui Claud. Conf. Manl. grandinem vocat

faxa, eo veritu.

Quis trahat imbreras mūbas? quā faxa creverit

Grandinis? unde rigor mūbus.

Itaque, tortus imber, erit imber faxus qui torquetur. Imber sa-

Quod Soph. Antig. *πν̄eī παλ̄t̄o*, à vibratione, qua xens de-

fulmen torquetur. Et Pind. Od. 1. Pyt. *aiχp̄t̄oī* us- grandine.

pav̄r̄: nam cuspidata quoque torquentur; siue te-

lo, hasta, sagittis, aliis.

S 2 13. Nybis

COMMENTARI

^f Illi inter se se multa vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe massam.

ARGUMENTVM.

Exhortatur illos ad fabricam clypei, qui hic describuntur distinctum.

EXPLICATIO.

^a SERMO ^{προστάθμης} ad Cyclopas, quo iubet, ut omnia simul (nam haec sunt cuncta) inde amoueant, & labores, quamvis ceptos, auferant, & diffundant. Quin vult auctent audiri, ut in re graui.

^b Vt in re festinabunda, non enim alio exordio, sed statim, quid velit, aperit. Arma facienda. Cui? viro acri, militari, forti. Pro quo, quid mirū, Iouis etiā fulmen, Martis currus, & Egidem Palladis differatis? Hic yolo vsum virium vestiarum, hinc manus rapidas, hinc artem omnia, in qua vos magistri.

^c Conclusio ex dictis. Cum ita sit, praeapidē vobis. Vix hac, cum illi ocyūs, festinantiūsque solito ad praesentiam sui Regis incubuere (quippe Vulcani praesentia virgebat) diuiso inter omnes labore. Vide verò an festinanter; nam vix haec Vulcanus, cum iam as, aurum, ferrum (pro ferro enim chalybem ponit) fluunt, omnia ignibus colliguntur, ac formata in riuos, in valissimis illis fornacibus.

^d Sequitur forma clypei, qui ingens, & cum septem orbibus, septies videlicet multiplicata fabrica & connexa. Et addit in excursu, unum illum Aeneum clypeum fore contra omnia Latinorum arma. Eniam formatus clypeus. Vix tantam animo festinatiam comprehendendas, quantum Cyclopum opere significavit Poëta.

^e Redit statim ad artifices; nam fabricato iam clypeo, derant arima reliqua, gladius, thorax, ocreæ, galea, &c. Hæc est mens Poëta, nam tametsi non nominet, sed reliqua facta, certissimum, ut liquidum ex ipso, nam postea infert. Hæc est ergo causa, cur iterum recurrit ad artifices, qui toti festinabundi, ali⁹ auris accipiunt, & dñlntique ventos⁹ follibus, ali⁹ in lacu tingunt era stridentia, quia candens ferrum stridit cum in aquam mergitur. Et quidem ex frequentia istud genit impositis incudibus aurum, id est, ab impositis incudibus, in quibus sonitus excitatus ex percussu malleorum.

^f Placuit Poëta rem ita abrumpeire, quasi illi nondum finierint. Itaque, relinquit illos attollentes brachia ad cusionem, & percusionem, versantesque in ignibus metallicam massam ferreis forcipibus.

NOTÆ.

Labor de quibus.

^{1.} LABORES.] Signatissime. In Epigram, sepe in res simili, *metavivaria, metaventaria, & talia*. Hom. 18. Iliad. *τενερητο*. Sicut & *ερπα*; & in Plin. *opera, sic operata, vt εργασια*.

Acer demilitari viro.

^{2.} ACRI VIRO.] Notat hominem, qui *πλω ιχδης αφεσ*, vt loquitur Diodorus. Vel vt Suid. *νικητης*

^a τεταύτη μάχη, & καρπήσαται. Itaque acritudo ista tota ad bellum, & militarem virtutem, propriè *τάχη*. ^Θ Nara Xenoph. 4. ταξ. *ετι ταχη μάχης*. Obscurus huiusmodi promptitudinem, & alacritatem dici ab Arnob. (notauit Heral.) *sepe vinaciatum, & pectus vinum*. Vinacitas de Nam contrā tardi homines, quasi mortui sunt. Inde viro militari, & Seru. in 6. Aeneid. *In fano enim corpore aliæ est vinaciatum, in agro pigior*. Est hoc verò, quod Poëta, hanc sequitur, quod meritò laudat Scaliger.

^{3.} VIRIBVS VSIS.] Pro, vtimini vestris viribus, sit vobis vsus vestris in viribus. Græci, *ἀγνα επίνη*, nam *ἀγνα* *τούτη τὸ πῦρα*. Itaque, hic *vsus* nihil est aliud, ut etiam colligo ex Polluce lib. 9. quām *πρόγνωστος*, *πούς οὐτικέρας, οὐτικέρας*: & Seru. explicat per vocem opus.

^{4.} RAPIDIS MANIBVS.] Vt in festinatione. Sic supra, *rapit arma manu*; & coniungit cum manibus armam magistrum. Itaque quadrant in hunc locum verba Hippoc. lib. de Flatib. *τὸ γένος τῆς τετραγωνίας τοῦ πενταγωνίου*. Nam videlicet admouere manum operari est optimus magister docendi. Colum. lib. 1. Rei Rust. in artibus. *Uſus & experientia dominantur in artibus*.

^{5.} OCYVS.] Addidi explicans, *οκυς σόλιο*. Verissime: non enim verum plausibile illud Grammaticorum, comparans sumi propositio. Est hoc inuerte naturas vocum. Itaque in his mera est ellipsis. Sic *postea in hoc libro, grauior ne nimius avres vulneret, est*, Ellipsis in *cooperatio*, *grauior solito*: & in 5. comitis senioris *aceste*, non est, tensis; sed loquitur cum respectu aliorum. Et, cur Vechnerus in sua Hellenolexia infinitas ellipses agnoscentes hanc admittit? Nec verum est in Soph. *τοιούτοις*, explicandum *τοιούτοις*, sed aliquid subaudiatur, necesse est.

^{6.} FLVIT AS RIVIS.] Illustrare hunc locum Plin. potest cap. 8. lib. 34. ad finem, vbi meminit artis, quod ipse caldarium vocat, estque fusile as; & eo ait Cyprus ^{Caldarium}, ^{abundat}. Et credibile est, hoc affiniū a Vulcano, ut ea pars terræ, quæ sacra est Veneri, as daret ad arma conficienda in usum filii. Præterim cum as Cyprus seruiret fusionibus, quas in Virg. agnosces. Ait enim, *fluit as rivis*. Et profecto verissimum hoc est, additè Plinio, siusmodi as excoctum, purgatimque viuis formari in ductile & regulare. Quod certè Vulcanus præstat in hac armorum fabrica. As *as ductile*, quoque ductile in Claud. agnoscere Paneg. 2. Stil. vbi ad ductum Virg.

*Quæ non incides frerent? quæ flamma vacaret
Fabrilis? quæ non fuerent fornacibus era
Effigies ductura ruras?* —
Adludit & Paneg. 3. celebrans eiusdem liberalitatem, —
si solueret ignis

*Quæ dedit immanes vili pro pondere massas,
Argenti potiue lacus, & flumina fundi.*

^{7.} AVRI.] Locus notandus. Apud veteres non ita discriminata artes, ut apud nos. Qui nunc separati medici, ac chirurgi, olim coniuncti, quod alibi dicam. Sic etiam nunc separantur artifices fabri, qui ferrum cudent, & qui aurum poliunt, olim tamē eadē officinā inclusi. Ergo in officina Vulcani, etiam si hic ferrarius, non tamē materia omnis ferrea. Enīc aurum admistum ari, & ferro. Suprà Auram in quoque Cyclopes polibant auro. Egidem Palladis. officina Vulcani apud Ouid. (quod opus Vulcaei est) con-

IN VIII. AENEIDOS.

construitur auro, pyropo, argento, ebore. Claudiani locus de Nuptiis Hon. & Mar. nitidus est ad hanc rem.

^{8.} LEMNIUS HEC ETIAM GEMMIS EXFRUXT. & AURUM.

^{9.} ADMISCENS ARTEM PRETO GRAUBIUSQUE SINARIGDIS SUPPOSUIT CESAS HYACINTHUS RUPE COLUMNAS.

^{10.} BERYLLO PARES. & IASPIDE LUBRICA FURGUNT.

^{11.} LINIMA DEFECTUSQUE FOLIO CALCANT ABATES.

^{12.} APUD EUNDEA LIB. 2. RAP. IN RELIQUO ORNATU VENERIS, TUM

sudata marito

FIBULA PURPUREOS GEMMA SUSPENDIT AMULETUM.

^{13.} TERTULL. DE COR. LOQUENS DE PHERECEYDE: DAT PRIAPO & TANIAS IDEM, & ARIADNA FERTUM EX AURUM, & INDICIS GEMMIS. OULOCAMI OPUS, LIBERI MUNUS, POSIT & SYDUS. DE ARMIS Achill. EURIP. AUL. ΚΑΙΣΤΟΝ ΘΑΛΩΝ ΠΑΥΣΑΝΙΩΝ. LUBÆ ACHILL. ILIAD. 22. DICUNTUR ΖΕΥΣΑ, & ADDITUR AUCTOR B

^{14.} LIB. 4. IN PROMPTU SUNT. MANIL. LIB. 1. RAP. RECIPIT. & REDDIT RIPON. & DE LUNA, REDDIT, REPETIT. DE RE VIRG. LOCUS EST AUFON. IN MOSELLA, VBI SIC OPPONIT,

SIC VBI FABILES EXERCET SPIRITU IGNES.

ACCIPIT ALTERO COBIBIQUE FORAMINE VENTOS.

^{15.} TINGUNT AERA LACV.] EURIPID. IN HERCUL. ΘΑΛΩΝ ΕΙΣ ΧΕΡΙΒΑ ΛΕΙΦΕΙ: TORREM IN AQUAM INTINGERENT.

^{16.} LACV.] LUCRET. IMBREM NOMINAT, NAM DE LACUS DE FERRARIO,

STRIDIT, VBI IN GELIDIUM PROPERE DEMISIMUS IMBREM.

^{17.} CLAUD. 1. RAP. FLUMEN, CUM AIT,

NEC FLUMINE TANTO

INCOTTUM MADUIT LEFFA FORNACE METALLUM.

VBI CUM ALIO QUI LEGANT FLAMINE, LEGENDUM ESSE FLAMINE, EX HAC POETARUM CONFECTIONE, CLAUTERIUS MONET.

^{18.} A VIRG. OVID. 9. METAMORPH. LACUS, NAM,

CON QUONDAM LAMINA CANDENS

TINCTA LACU STRIDIT.

^{19.} PHILOSTRAT. HOS FERRARIÆ LACUS IN VIT. SOPHIST. VOCAT

ΤΗΣ ΕΠΙΤΗΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΥΓΗΝΟΥ: CALIDOS FONTEΣ.

ETENIM FRIGIDA CALIDIS APPPOSITA ACRIUS EXCITANT, & INDE FIT HAC INTINCTIO.

EST HAC DE RE PLUTARCH. LOCUS IN VITA POMP. ΡΕΩΝ ΚΑΙ ΠΕΙΓΑΡΙΟΝ ΣΩΣ ΧΑΛΙΔΟΣ ΝΟ ΠΕΙΓΑΡΙΟΝ ΣΩΣ ΧΑΛΙΔΟΣ ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΩΝ: THASUS: ΕΙΣ ΤΗΣ ΘΡΑΙΚΗΣ ΦΥΣΙΚΗΣ ΜΕΤΑΛΛΑ ΦΙΕΡΑΝ ΛΙΓΑΝΙΑ ΣΩΣ ΧΑΛΙΔΟΣ ΤΟΥ ΑΘΗΝΕΙΟΥ.

^{20.} HERODOT. MUSA 7. LOQUENS DE MONTE PANGEO. ΕΝ ΤΟΥ ΖΕΥΣΟΥ, ΚΑΙ ΑΡΓΥΡΟΥ ΜΕΤΑΛΛΑ: IN QO FUNDITUR ALIQUANDO ATHENIENSEM.

HERODOT. MUSA 7. LOQUENS DE MONTE PANGEO. EN TΟΥ ΖΕΥΣΟΥ, ΚΑΙ ΑΡΓΥΡΟΥ ΜΕΤΑΛΛΑ: IN QO FUNDITUR ALIQUANDO ATHENIENSEM.

STRIDIT, VBI GELIDIUM PROPERE DEMISIMUS IMBREM.

CETERUM A VICINO FERRARIÆ LACU CREDAMUS DICUTUM PLAUTO IN CISTELL. AQUAM FRIGIDAM SUBDOLÉ SUFFUNDUNT.

AQUAM FRIGIDAM SUBDOLÉ SUFFUNDUNT. AQUAM FRIGIDAM SUBDOLÉ SUFFUNDUNT.

QUO NOTAR MATUS & ACRIUS FIERI IRITAMEN IN INITIIS: GIDANI SUFFUNDERE, QUID FIT.

SI HINC QUOQUE ASPERGERE MALEDICTIS, DE CONUITANTIBUS: QUAIA FERRARIJ IGNEM EXCITANT, TANTUM VSI SPARFIONE, NON PLAENA AQUA, & IDEO SUFFUNDUNT, QOD VERBVS BUNN SIGNAT SPARFIONEM, NON PLAENAM FUSIONEM.

^{21.} GEMIT.] ITA VISILLA EXPLICATA. VT ENIHM HOM. GEMITUS DE

^{22.} ILIAD. TELA DICUNTUR ΣΩΛΙΑ ΣΥΦΡΙΟΣ, & GEMEBUNDAS.

^{23.} INANIMIS AD NOTANDUM IMPETUM, QUO EMISSA: & 8. ILIAD. DICTIT, IMPETUM.

^{24.} ΣΩΛΙΑ ΜΙΝΟΥ ΗΡΑΚΛΙΟΥ ΜΙΓΙΓΡΑΝΤ ΚΕΛΙ ΠΟΡΤΑ, AD MAGNUM STREPITUM INDICANDUM; SIC LATINI GEMO. VT HIC VIRG. & CLAUD. 2. EUTROP. MULTISQUE GEMINI INCENDIBUS ERA. ET

^{25.} 3. HON.

IGNIFLUISQUE GEMIT LIPIARE FUMOSA CAVERNIS.

ET CALLIMACH. DE FOLLIBUS VULCANI, ΒΑΡΙΟΥ ΣΩΛΙΑ ΣΥΦΡΙΟΣ.

GEMINI. HOS SIVE GEMITUS, SIVE STREPITUS CALLIMACH.

MIRIS EXAGERAT, LOQUENS DE SONITU MALLEORUM IN ANTIIS CYCLOPUM.

ΑΥΣ ΤΗΣ ΤΡΙΝΑΙΩΝ, ΣΙΝΑΙΩΝ ΕΩΣ ΤΗΣ ΥΑΕΤΩΝ

ΙΧΑΛΙ: ΜΕΓΑΛΙΝΩΝ ΤΗΣ ΒΟΙΩΝ ΕΩΣ ΚΥΠΡΟΥ ΟΥΤΕΙ.

DICIT, TOTALM INSONIISSE AD ICETUS MALLEORUM,

(nam de his loquitur) TOTALM TRINACIAM, SOLUM OMNE SICANORUM, ITALIAM VICINAM, CORFICAM QUOCQUE INSULAM.

^{26.} ILLI INTER SESE, &c.] HIC LOCUS INTEGR

HABETUR LIB. 4. GEORG. VBI LABOREM APUM, & ILLAM OF

FICINAM MELLIS COMPARAT VIRG. CUM FERRARIA CYCLOPUM DISCIPLINA.

^{27.} BRACHIA.] CYCLOPUM BRACHIA OPEROSA VOCAT

STAT. 1. THEB.

COMMENTARII.

224

In numeris.
Musicae
exordia.

18. IN NUMERVM.] Cum dicatur Pythagoras A ex fabrilius malleorum iestibus deprehendisse numerorum auspicio & musicæ, ut credebat Gentiles, sunt qui huius rei non nesciūt Poëtam putent, & hac vna vocula in numerum, sine ostentatione, ut asseveret, rem indicasse. In his est Iul. Scalib. 4. Poët. cap. 45. Quod trahendus Callimach. Hym. in Dian. quid de Cyclopi.

*Εὐθ οἶγε ταῖς πρᾶσαις αἰράπενοι ὑπὲρ ὄμοιον,
Η χαλκὸν ζεῦνται καρυβεῖ, θεῖον πρόνοιον
Αἰρολαδῆς τελετορεῖ, ἐπεὶ μέτη μεχθεῖσισι:
Cion illi malleis sublatis super humeros,
Aut as cadens ē camino, aut ferrum
Alterne ferientes, valide cūm laborarent.*

Vbi vocula αἴρονται respondet τῷ in numerum. Quam vocem de musica debere accipi satis aperui Eclog. 6. Nota etiam eadem vocula in numerum, indicari celeritatem in fabricando; nam tollebant brachia inter se in numerum, vt qui contendenter. Certe olim Numerios vocabant celeriter natos homines, quia numerò dicebatur fieri, quod celeriter fiebat. Inde etiam Dea Numeria. Ut verò hīc in numerum de laborantibus ad ferrariam, ita de laborantibus ad temos Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist. Numeria

^a Hæc Pater Æoliis properat dum Lemnius oris,
455 Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
^b Consurgit senior, tunicaque inducit artus,
Et Tyrrenha pedum circumdat vincula plantis.
Tum lateri, atque humeris Tegeæum subligat ensem,
460 Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.
^c Nec non & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressumque canes comitantur herilem.
Hospitis Æneas sedem, & secreta petebat
Sermonum memor, & promissi muneris Heros.
^d Nec minus Æneas se matutinus agebat.
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextræ, mediisque residunt
Ædibus, & licto tandem sermone fruuntur.
Rex prior hæc.

ARGUMENTVM.

Interim surgit Euander, induit se, & gladio cingitur, adsumt canes comites, it ad Æneam. Hie etiam surgit, conuenient ad sermonem, cum illis vna Pallas, atque Achates, ille Euandri, hic Ænea comes. Euander incipit.

EXPLICATIO.

^a VASI ex aequo opponit laborantem in insulis Vulcanum, & Heroem. Regem surgenrem ad labores: vt docearis Virgilianos Deos, atque Heroas laboribus addici, non legni luxuria defuerit. Deo verò Egandrum excitant, & lux, & volu-

Cres. Indicat hirundines ex circumstantia, nam sub culmine: potest & gallos, imò hos verius; & adhuc lusciniias, si velis, capias.

^b Discriminat indumentum Regis, cui tunica tégendis artibus: Thufsa sandalia pedibus; enis Academicus lateri, atque humeris: pelvis pantheræ, quæ demissa ab læuo humero torquebatur, reuocabatur: quæ in partem dexteram.

^c Eunt vna cum Rege canes duo ad custodiā corporis destinati. Ibat hoc apparatu ad eam partem axem, vbi Æneas hospitio accepatur, memor scilicet promissi auxiliij.

^d Pari cura surrexit Æneas stratis, in quibus relietus hesterna nocte. Conuenient in vnum Reges, cum Euandro Pallas, cum Ænea Achates, iungunt dexteræ, quod soleme in omni salutatione, sedent ad sermonem, Euander incipit in τῷ πρῶτῳ, nam senior. Illud, licto tandem sermone fruuntur, possit refere,

In numerum plesiū brachia versat aqua.
19. FORCIPES.] Preclarè Festus: *Forcipes dicuntur, Forcipis, quid bis firma, id est, calida capiuntur. Seru. Forcipes, qui mon. bis aliquid forbum tenemus, quasi forbipes, nam forbum est, calidum. Inde itaque firmum veteribus pro forbo, aut calido. Atque inde etiam formidans, id est, calidum. Festus: Exta, que danur, formida appellantur. Ita enim legendum iam censuit Scal. non, deforma. Ita certè est; nam & Cato (citante eodem Festo) ait: *De quodam adficio estas frigido, hyeme formido. Ilior. lib. 10. cap. 13. Forcipes, ex quod fornum capiant, que sunt fabrorum, fornum enim dixerum antiqui calidum. Addunt Seru. & Ifid. alij etiam, inde formo. Formosi vños dictos; excitant quippe isti amoris ignem. Cete de dicti.**

B run Hom. 18. Iliad. dat Vulcano πυραχη, quæ vox responderet Latinorum forcipi.

20. MASSAM.] Mūd̄p̄. Est enim μύδρος massæ Massa ferrari candelaria. Interpreti Eschyli μύδρος explicatur πενταρχίαν σύδρος: & μυδριστοῦ Ηφαίστου expōnitur χαλκίνει, quasi vox hæc propria sit ferrariae. Inde μύδρος, cuius lux extenuata, & obscura, intermixta penè & interextinctum ferrum. Valer. 2. Arg. 41. de re eadem, incusa sonitus mirabere massa. quo loco rem Poëta extulit flexu isto, fulmina Cyclops profubigit. Quod verbum à Nostro summis in Georg.

^a Hæc Pater Æoliis properat dum Lemnius oris,

455 Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.

^b Consurgit senior, tunicaque inducit artus,
Et Tyrrenha pedum circumdat vincula plantis.

Tum lateri, atque humeris Tegeæum subligat ensem,

460 Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.

^c Nec non & gemini custodes limine ab alto

Procedunt, gressumque canes comitantur herilem.

Hospitis Æneas sedem, & secreta petebat

Sermonum memor, & promissi muneris Heros.

^d Nec minus Æneas se matutinus agebat.

Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.

Congressi iungunt dextræ, mediisque residunt

Ædibus, & licto tandem sermone fruuntur.

Rex prior hæc.

^a cres. Indicat hirundines ex circumstantia, nam sub culmine: potest & gallos, imò hos verius; & adhuc lusciniias, si velis, capias.

^b Discriminat indumentum Regis, cui tunica tégendis artibus: Thufsa sandalia pedibus; enis Academicus lateri, atque humeris: pelvis pantheræ, quæ demissa ab læuo humero torquebatur, reuocabatur: quæ in partem dexteram.

^c Eunt vna cum Rege canes duo ad custodiā corporis destinati. Ibat hoc apparatu ad eam partem axem, vbi Æneas hospitio accepatur, memor scilicet promissi auxiliij.

^d Pari cura surrexit Æneas stratis, in quibus relietus hesterna nocte. Conuenient in vnum Reges, cum Euandro Pallas, cum Ænea Achates, iungunt dexteræ, quod soleme in omni salutatione, sedent ad sermonem, Euander incipit in τῷ πρῶτῳ, nam senior. Illud, licto tandem sermone fruuntur, possit refere,

A ferre, vel ad præterita noctis moram, quæ visa longior volentibus loqui de rebus magnis: vel ad sermonem, qui habitus secretò, tantum coram Pallante & Achate. Multa enim in hoc sermone, quæ non fuerunt audienda vniuersæ plebi hesterna dicitur.

NOTÆ.

Propero
actiue.
Festino
actiue.
Lemnus
Vulcanus.

1. HÆC DVM PROPERAT.] Ita Ennius, festinat diem. Neque his verbis neganda actio. Sed de hoc iam aliás. Sic Græci suo πρόσωπον.

2. LEMNIUS.] Huic nomini originem dedit fabula, quæ narrat Vulcanum è caelo à lunone precipitatum, à Lemniis suscepit fuisse.

3. EVANDRVM.] Nunquam eminentissimus Vates obliuiscitur sui. Antequam Æneas è lecto surgat, Euander surgit, qui senior. Sunt quippe senes somni parcissimi, quod ratio astruit, & hic Eurip. locus in Aulid. ibi enim senex famulus Agamemnonis,

*Μάλα τὸ γῆρας τύρδον εὔπνοια,
Καὶ ἐπ’ ὁφθαλμοῖς ἔχειν φέρειν:
Admodum senectus mea infornis est,
Et acumen est in oculis.*

4. HUMILI TECTO.] Quod sup. angusti tecti. Surgit verò Euander memor illius, quod longo ante tractu dixerat,

*Et lux cum primum terris se craftina reddet,
Auxilio laoris dimittam, opib[us]que iuuabo.*

5. LUX SVSCITAT ALMA.] Ita apud Stat. 3. Theb. Adrastrum iacentem in lecto

Lux mouet, ingenique iubent affigere cure.

Legendum fortasse monet. Redeo. Alia ratio in Hom. 2. Iliad. de surgente Agamemnone, scilicet vox diuina,

Ἐγένετο δέ τοι ὥπερ: Θεῖν δὲ μηροῦ μέφευτον δύρφα:

Surrexit ē somno: diuina enim ipsius circumfudit vox.

Itaque, potius Sophocli putandus est Noster hasisse, apud quem in Elect.

*Ως ηδὺνθη λεπτὸν δίλιτον στόλες
Εἶτα κανέντερον δρυῖσιν θεοῖς.*

Nam nobis iam splendidum Solis iubar

Excitat matutinos anium cantus.

Lux itaque excitat Euandrum ad colloquium, Adrastrum ad bellum, volucres ad cantum. Virgilij sententia confinis vox Græcorum, quibus Sol dicitur ἀλέτωρ, quod homines ἀλέτωρ, id est, sine lecto faciat. Notatque commodè Germ. vbi in Supplicib.

Eschyli dicitur, *Ζεὺς ὅρης τόνος εὐνὸν καλλίστετε, scribi ab interprete, Ζεὺς ὅρης, αὐτον Louis est δίλιτος, Solem. Ratio:*

quia ἤστιν οὐδέποτε ἀλέτωρ, excitat nos, ut gallus.

6. ET MATUTINI VOLVCRVM, &c.] Dixi hirundines indicari, quia Apul. 1. Flor. hirundinis cantus matutinus. & in Epig. ἰδειλάτης χελιδόνας. & Antipat. ὁροφῆς χελιδόνας φωνή. Quæ voces aperiunt cantum matutinum. Anacreon etiam in χελιδόνας queritur abripi sibi dulces somnos, & Bathyllum excitari earum ἵππος Λυτος φωνῆς. Sed non opus auditoribus, vbi audiuntur diligenter illarum cantus. Deinde vox (sub culmine) dicit nos quoque ad hirundines, quæ in Epig. dicuntur habitare ἀπομέλεια. & ab Oppian. 5. Hal. ἐπόροιο, &c. Quæ voces sunt de tectis domorum. Arnob. quoque lib. 6. hirundines circa ipsos adiunctorum thelos. Sed & hoc quoque oculis spectatur, nec opus auditoribus. Ego tamen inclino in gallos, duetus argumento

A dominulae Euandri, de qua humili tecto: & angusti fastigia tecti. Non enim hirundines se credunt tectis humillimis, & parum fastigiaris, quod ipsi cernunt oculi. Itaque, ut apud Theocrit. 11. 7. οὐδὲν τέλος, matutinus gallus, sic apud Virg. & Prop. Eleg. 3. lib. 4. gallos vocat auctores lucis. Sed me præsertim in hanc mentein ducit Soph. Scholiastes in Elect. qui illa verba, ἐπειδὴ μετ’ ὄρνιθας, institutus autem canus, accipiōt ἐπειδὴ τὸν αἰετοφόρον ὃδον, matutinus galorum canticulus. Nam propriæ gallus dicitus ἀλέτωρ, quod nos à lecto exciter. Inde & Simocatta lib. 2. Hist. cap. 18. οὐδὲ τὸν ἀνθρώπον τὸν ἀριστονερον, id est, sub matutinos autem strepitus. Quibus verbis νεαροὶ ξεχωριστοί intelligit gallos; ut etiam Ouid. 2. Fast.

Iam dederat cantus lucis pronuntius ales.

Et Virg. Ipse in Moreto:

Excubitorque diem cantus predixerat ales.

Quibus in locis νεαροὶ ξεχωριστοί intelliguntur. Et non posse esse hirundines effici potest. Nam Æneas inveniente vere ad Italianam appulit, ut habetur in 7. & sequenti aestate profecitus est ad Euandrum, ut claram ex circumstantiis; nam Æneas in ripa gelida, & sub dio somnos carpebat, cum illi apparuit Tyberis. Non enim, nisi in aestate, se huic loco ad somnos crederet. Ad rem. Cum hirundines primo vere aduentent, initio aestate abeant, intelligi illæ nequeunt. Posit demum, qui velit, capere lusciniias; nam Euandri domulca in ipso erat penè agro, & circa Tyberim, & verò in luco, vbi istæ auiculae. Iuuat etymon; nam vnicula lusciniarum nota est tempus matutinum. Isid. *Lusciniæ nomen inde nomen signifit*, Lusciniæ etyma quodd cantu suo significare solet diei surgentis exornum, quasi mon. *Lucinia*. Et Theoc. lib. 7. hanc autem inducit ad matutinam excitationem, quæ ἐν τυπωνη βέτη τειζενειναύσι, τριναβατηρι δεση σφινeta. Et Cic. in Progn.

Et matutinos exercet acredula canus.

Est verò acredula eadem quæ lusciniæ. Has nobis Acredua. moras, etiam si in re tenui, Lector condonet.

D 7. TUNICAQVE INDVCITVR ARTVS.] Homerus de surgente Agamemnone 2. Iliad. μαλακεῖν τὸν χτηνῶντα & de surgente Telemacho lib. 2. Odyss. εἰμαλακεῖν τὸν χτηνῶντα & de surgente Penthesilea Cal. lib.

1. ἀμφ’ ὄμοισιν ἐδύνετο τειζενειναύσι. Lege Magium lib. 3. Mīscel. cap. 3. vbi ex hoc Virgilij loco, ex duplice Ho-

Tibialibus meri, ex duplice Suetonij, differit de viu tibialium veteres canegato veteribus. Quod ex his locis Magius elicit, alij ex Quint. lib. 11. cap. 3. alij ex Agellio lib. 13.

cap. 20. Quin hoc referre possit consuetudinem illam, qua supplices genua tangebant, ut quæ nuda;

ita enim efficacior affectus. Nec leue argumentum sumi potest ex iconibus Imperatorum; visuntur enim absque femoralibus perpetua pictorum & statuariorum confessione. Nolui agitare hanc qua-

stionem contentus indicasse loca, quæ alij obseruantur, quæ ego. Scias hīc, cū plurima Homeriloca representata, tum imprimitis locum lib. 10. Iliad. vbi Agamemnon surgit aliis dormientibus, tunicam induit, ligat calcenos, circumdat sibi pellem leonis;

idem facit Menelaus, itaque fratrem congressurus, inuenit, fedet, loquuntur. Tu cetera νεαρα τετταρά.

8. TYRRHENAE PEDVM, &c.] Recurrat & hoc imitatio. Homer. qui de suo duce 1. Iliad.

Παντὶ διατεταρσοῦσιν ἐδύνετο τειζενειναύσι. Quem versus repetit etiam de Telemacho. & item de Agamemnone lib. 10. id est,

Ligauit sub pedibus teneris pulchra calceamenta. Sipha

COMMENTARII

^d Non longè hinc est Agylla vrbis in Hetruria, antiquissima quidem, quam Lydi olim in Italianam coloni profecti Imperij sui sedem constituerunt. Itaque meolius dictum cum respectu ad coloniam. Iungo, quondam insidit, non, quondam gens praelata; nam & tunc quidem viri bello fortes.

Contigit rerum successu, ut sunt humana omnia, Mezentium eius vrbis principatum obtinere, secundum quidem & insolentem.

Digreditur ad Mezentij saeculam narrandum. Solebat ille viuis corporibus mortua coniungere, componens manus manibus, ora oribus: vt ita miseri diro illo complexu, & longa morte cruciati perirent, sicut toti ac tubo fluidi. Annon lacrymas post tot facula Maro excitat? Quem enim legentem non percult miser iste, ac dirus complexus, non quidem ad solatium, sed ad dolorem?

NOTÆ.

^a MAXIME.] Non dubium, quin militatis virtus signetur; nam haec superlatio non tam à Latinis fontibus manat, quam à Greco, in quo μάχης est pugna, bellicosus, & μαχίμως, bellissimus.

^b LOCORUM SIMILITUDO.] Blanditus locus Manil. lib. 1. vbi loquens in gratiam Caesarum ait, viham Troiam imperaturam, immo verò iam imperare, cum Græcia prematur fatis Troiae, atque Asiae. Versus sunt.

Quot post excidium Troie sunt errata Regna?
Quot capi populi? quales fortuna per orbem
Seruitum, imperiumque tridit, variegat reverent
Troianos sineres? quantumque oblia refonit
Imperium? fatis Aeneam Græcia prefa est.

^c PRINCEPS IN PUGNA TERRANDUS.] In omnibus pugnis haec est cura, ut Princeps semper in columnis euadat; eo enim viuo reliquarum rerum iactura refarciri posse existimatur, & in pristinam dignitatem resurgere. Luius ad Augustum ita loquitur apud Xiphilin. σολεύει ρόπο σθ, καὶ αὐτὸν τὸ τρίπον ἐφέξει, δενδρὸν δὲ τὸ παστίθε, ἐπὶ μὲν γένεσι, συρπολεμέν: te ſoffite & iſſi regno: si quid mali accidat, (quod abſit) tecum una pereo.

^d CLAVDIMVR AMNI.] In 10. claudit nos obice pontus. Et amni pro amne, antiqui enim sic finiebant hos casus, quod iam alibi.

^e MVRVM CIRCVMSONAT ARMIS.] Est hoc, quod 10. Rutuli portis circim omnibus instant.

^f INGENITES POPVLOS.] Dictum hoc propter duodecim Lucumones, id est, Reges, quos Tufia habuit, Seru. interpretatur.

^g OSTENTAT.] Ita & de fortunain 2.

— quaque ostendit se dextra, sequamur.

^h AFFERS.] Vt in 7. Æneid.
Confilio hanc omnes, animisque volentibus urbem
Afferimur, pulsi Regnis, que maxima quondam.

ⁱ AGYLLA VRBS.] Vrbem Agyllam dicunt etiam Ceretanam. Sed quia Agylla nomen vrbis antiquum, ideo saxo fundata venit, nam postea Cere. De transmigratione Lydorum in Italianam, iam.

^j BARBARORVM VIS IN VIRIBUS.] Quippe homo barbarus. Ammian. lib. 17. Barbaris esse omne ius in viribus affuerit.

^k EFFERUM, ID EST, CRUENTUM.] Reſſe Seru. interpretatur cruentaria. Est enim vnicū ferarum nota, cædes. Ergo, quia præcessit cædes, ideo facta effera, vt inſtar ferarum. Et quidem Plutar. in Catone, loquens de Rego Euincere, ἀλλα φύσει τὸ ζῶν ὁ βασιλεὺς, Καρνοφόρος: Animal hoc, quod Rex diciunt, carnivorum est natu-

A. QUOD à feris peti, clarum. Intelligit vero Cato Tyrannos eo nomine.

^l 11. CAPITI, &c.] Imprecari hostibus, qua Hostilis accidenter mala, mos tritus. Demosth. 4. Phil. 2. imprecari malum. (bui) οὐτοὶ ξενοῖσι: qui (Dij) illum perdant. Eschyl. in Prometh.

Δλεθίσθαι δέ τοι εἰς τὴν ἡγεμονίαν:

Ita ergo hostes meos gestientes videamus:

Eleætra apud Soph. 6. οὐτοὶ οὐρανοὶ διότε: Sic percuti, illa qui geſſit. Priamus apud Hom. 22. Iliad. optans ma-

lum Achilli,

αὐτοὶ θεῖστοι φίλοι τούτοιον ἔχετε,

Οὐτοὶ έργοι, τεράχιοι εἴ τινες καὶ γένεται εἰσιν;

— viuam Diis charus tunnū effet.

Quantum mihi, cito cum canes & vultures vorarent.

^m 12. CAPITI.] In hanc partem hominis, vt in principiis dirigebantur imprecações. Sic Greco, εἰς περιφέλη, forma proverbiali. Iosephus cap. 2. lib. 1. Bell. Iudaic. φέρει πυρεθέσι, περιφέλη, disperere as impium caput. Nazianz. Carm. 50.

λυσμένους περιφέλης ήτοι βίᾳ αὐτοῖς:

Vita hec contingat capiibus hostiis.

Et esse proverbialem formam fatis indicat Cic. ad Attic. lib. 8. Multa mala cum dixisset suo capiti, ut aiunt.

Addo etiam hanc formam præcipue esse poëticam, quod astro ex Attiano cap. 13. lib. 2. Var. Hist.

ἐποιεῖ μῆνος ἡ Μαρτινὸς ἡ περιφέλη η δικη, τὰ δὲ δὲν τὸ τριητὸν, οὐν τῇ έποντι περιφέλη, η τη δὲ γυναικός, η μὲν καὶ τῇ τῇ πάτερος περιφέλη: Μαρτινὸς igitur non immeritam pacem dependit, inexta Poetarum illud, sio ipsius, uxorisque, & liberorum capiibus.

ⁿ 13. MORTVA QVINETIA M, &c.] Auditio Virgiliorum, & crudelitatem Mezentij, possis ita cum Manilio lib. 2.

Ah, quanta est scelerum moles per scula cuncta!

Vsurpa etiam illud Claud. 2. Rap.

— quid vina ſepulchris

Admifces?

Verè dixit Plutar. in vita Cicer. ἢντεν ἀνθρώποις θνεῖται

δεινοὶ ἀγωγοὶ οὐκέται πάθει τοιούτων: Nullum est Homine nullum animal ſequitur hominem, ſi cum libidine habeat potestatem.

Sed ingredior in viam: Abominandi huius supplicij

sparis mentio in auctoribus. Clemens in Protrept.

Mortuis vi-

non longè ab initio: Maligna enim & serpens bellua

(daemon) oculus perstringens redigit in feruntrem, & in genus sup-

bodiernam usque diem horines affigit Barbarorum riu, ut

mibi videatur, puniens, qui dicuntur cadaveribus alligare

capinos, donec cum ipsis quoque purgescant. Graeca necel-

faria, & verpi, τές αὐχελάτες συνδεῖ λέγει σόφασιν,

ην αὐτοῖς τοιούτων οὐεραπων. Hunc ad locum notat Her-

uetus, morem istum tractum à Scythis, qui ita sole-

bant ſauire. Sed nescio, an dici ita queat: immo ve-

rò ab ipsis Hetruscis. Credo itaque Heruetum falli. Herruci

Nam hoc supplicium hascit verè in Hetruria, ne-

quie aliunde aſcitem est. Illud Clementis, Barbaro-

rum riu, Graecè habetur, βαρβαροῦ. Atqui Italia di-

cata est olim Barbaria. Festus illud Plaut. Hera in

Barbaria, quod dixisse dicitur liberta sua patrona, vapula

Papyria; explicat ex Sisinnio, in Barbaria, eft, in Ita-

lia. Plautus idem Mostell. Non hoc pulisphagus opifex

opera facit Barbarus, eft Italus. Plutar. εἰς παρα. ait Ia-

num fixissæ fedes inter Barbaros, vbi de Italis loqui-

Hoc, vt certum, probare omitto. De his itaque

Barbaris, id est, Italis Hetruscis capiendus Clemens.

Nam Valer. lib. 9. cap. 2. vbi loquitur de crudelitate

ita scribit. At ne Hetrisci quidem parum feroce in pena

excogitanda, qui viuorum corpora cadaveribus adverfa

adversis alligata, atque conſtricta, ita ut singula membrorum

partes singulis effent accommodate, abſcere ſimil patibulan-

IN VIII. ÆNEIDOS.

^o οὐτοὶ ζωὴ παῖς, ac moris tortores. Vides, vt non foliū Hetrucis artibut supplicium hoc, ſed dicat, εἰ illis excogitat. Capitolinus etiam cum reſpetu rapuum ad Mezentium, qui Hetruscus, loquitur, cānūt ait de Imperat. Macino: Reddidi etiam Mezentij ſupplicium, quid ille viuos mortis illigabat, & ad mortem cogebat hæc rabi confitit. Nam, quod ait Heruet, allucere ab Historicis illud de Scythis, neque ipſi ſuppliciat aliquem, neque nos hacenū in eis incidunt. Huc etiam pertinet fragmentum Tullij in Hortensio, quod legiū apud S. Augustinū lib. 4. contra Pelagianos. Omitto præcedētia, quæ ad rē, hæc ſunt: Simili nos affectus effe ſupplicio, aīque eos qui quondam, cum in prediō Hetruscis mārūs incidunt, crudelitate excogitata necabuntur: quoniam corpora viua cum mortuis, aduersi adūcuntur, quoniam aprissimū colligabatur: ita noſtrū animos corporibus copulatos, ut viuos cum mortuis effe coniunctos. Ille libet ſuppliari ab uno Tullio rem totam Maronem hauſile, ut etiam Vale-rium. Absolui rem, & vagor tantillū in gratiam eruditiorum. Ab hac crudelitate non abit illa Perforum, de qua iam Plutar. & Zonaras, apud quos mifer mactandus ita ſcapulis duabus commiſſis in cludebatur, ut excrementis vefice, & alii vermicantibus miferè abſumeretur mortuorum rabi. Hoc genus ſupplicij ſcapulissimum diccatur. Pat quoque illa aliorum crudelitas, qui viuos homines defodiant, donantes illos mortuorum ſepulchrī. Multos hoc feciſſe, certum. Mihi nūc in oculis Plutar. in Pelopida, qui de Alexandro Phœraorum Tyranno: Λοιπός μὲν ἀνθρώποις περιφέλη, η παρηγ. Tiberius mortem vocabat leue ſupplicium, & maturitatem in moriendo grātiam; quare mori valēti vis aibit viuendi, ait Sueton. cap. 61. Cui affi- nile illud Sophoc. Elec. εἰς θεοὺς ιχθύους, non triste est mori, ſed eum, qui mori cupit, non poſſe confequi. Eurip. Hippolyt. dixit

Tacit. qd Ad ne p̄as Στρατεύεται εἰς οὐσιαζεῖ:
Festinata mors grāta homini infeli.

Mors festi-
nata, grāta
est.

Quintil. Declam. 305. ita ait: Non licet tibi gladium

ſupra cernices diu tenere, non licet ingulo necem admouere

lente: occide vel ſtātim; vel, ſi differre potes, miſerere.

^p At fessi tandem ciues infanda furentem

490 Armati circumſiunt ipſumque, domūque:

Obtruncant ſocios, ignem ad fastigia iadant.

^q Ille inter cædes, Rutulorum elaphus in agros

Confugere, & Turni defendier hospitis armis.

^r Ergo omnis furiis surrexit Hetruria iustis,

Regem ad ſupplicium præſenti Marte reposcunt.

^s His ego te Ænea ductorem millibus addam:

Toto namque fremunt condensæ littore puppes,

Signaque ferre iubent, retinet longatus aruspex

Fata canens: ο Μαءονια delecta iuuentus,

500 Flos veterum, virtusque virūm, quos iustus in hostem

Fert dolor, & merita accendit. Mezentius ira;

Nulli fas Italū tantam ſubiungere gentem:

Externos optate duces. Tum Hetrusca refedit

Hoc acies campo, monitis exterrita Diuūm.

^t D moluntur, fugit ipſe ad Turnum, volunt ciues bello illum per-
sequi, reiñet illos aruspex, qui ait fatis statutum, ut illi ex-
terni duci imperium fecuti bello Mozentium aggrediantur,
non aliter.

V EXPLI

EXPLICATIO.

PRÆCESSERAT Mezentij scutaria, inclūs, furor. Ergo, Agyllæ vrbis ciues non ferentes furentem hominem, illius Regiam armati inuadunt, flammis iniiciunt, socios interficiunt.

Ille tum fuga elabitur, ad Rutulos, & Turnum confugit, hospitium arma precaturus. Hic debet Letitor verbum aliquod subandire, vel interpretari more historico hac ratione. Confugiebat ad agros Rutulorum, defendebatur armis Turni hospitis. Est defendier poëticum, pro, defendi. & hoc pro, defendebatur.

Non contenti ciues, neque adhuc tota Heturia Mezentij fuga, decennunt hominem bello persequi, si possent interficere. Hoc enim norat illud, repositum ad supplicium.

His tot millibus, eorumque nauibus, que in Mezentium fremunt, & bellum contra illum poscant, duktor tu eris à Aenea; nam ire in hostem cùm vellent, illos aruspex retinuit, dicens esse praeditum à fatis, ut iuri in bellum auspicio & dum etum externi ducis sequerentur. Quo oraculo illi exterriti ceſſarunt quidem tunc à bello, sed acies adhuc in campo ſedē parata ad iter, si extēnum ducem habeat.

NOTÆ.

I. AT FESSI TANDEM CIVES, &c.] Fessi videlicet acerbitate suppliciorum, que narrata: idco illius Imperium diurnum esse non potuit. Salust. epistola illa ad C. Cesarem de ordinanda Repub. Evidē ego cuncta Imperia crudelia, magis acerba, quam diurna arbitror. De Iugurtha idem: fatigati Regis suppliciis.

2. INFANDA.] Notat enormia supplicia. Est autem maxima aks Tyrannorum (inquit Aristot. lib. 5. Polit. cap. II.) μηρά φροντίς τες ἀρχομένες, ut ciues gerant spiritus humiles. Ratio illius, οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν φύεται, nam, qui abieciō est animo, nemini infidus fruenter. Hanc autem rem Tyranni vnicè confunduntur suppliciis. Fit enim, ut ciues affecti suppliciis seruilibus, abieciō se gerant. Inde à Dione Chrysost. Orat. 1. de Regno, non solum πάτερ, id est, crudelitas, inducitur socia Tyrannidis, sed etiam φέρει, id est, commedia. Nam supplicia, tum acerba, tum contumeliosa iuiani Tyrannidem.

3. OBTRVNCANT SOCIOS.] Non dubium, quin eminentissimus Poëta attingat faciem illam rationem expugnandi Tyranni, quæ fit diminutione virium. Si enim prius illos opprimas, qui sunt fidi, & socij Tyranni, non dubium, quin facilius illum possis opprimere. Abundant exempla. Deinde in verbo (obtruncant) agnosce genus victorie clare, cùm viatos E victor cedit ad satietatem, reficiente nemine. Cùm enim sit obtruncatio, repræsentatur cædes illa, quæ fit pecorum modo, ut loquuntur Cart. lib. 3. & Veget. cap. 20. lib. 1. Cum maxime dedecore trucidantur, vi peccudes. Graeci hoc οφέλει, & διαφέλει in magnis viatoris.

4. CONFUGERE.] Monet Seru. inuerti historiam, do historiā nam potius ad Mezentium Turnus confugit. Forfæſte, quia scriptum à Liu. lib. 1. Turnus, Rutulique difſi rebus ad florentes Harricorum opes, Mezentiumque

A eorum Regem configurunt, qui Cerc opulento iure oppido imperitiam iam inde ab initio minime letis nata origine vrbis, &c. Ceterum, si queris similem historiam, lego Albert. Krantum lib. 6. Hist. Vandal. cap. 3. vbi Bulgari Regem suum annihi sunt interficie, nisi ille lugelatus Constantinopolim se reciperet.

5. IVSTIS.] Et statim, quos iugis in hostem iugis dolor, feri dolor, & adhuc, merita accedit Mezentius ira. Itaque idem, iugis furie, iugis dolor, merita ira. Et quidem Aristotel. lib. 1. Polit. cap. 10. inter modos soluenda Tyrannidis illum adhibet, qui fit ex ira ciuitum conflata ex inuidia Principis. Graeca omittit ut obvia, & in illo, & in Germ. qui aduocat. Latinè ita: Impref- Tyrranidis foliūs die fium in corpūs Principū, aliis in principiatum. Et quidem, quo in corpūs Principū ortū habent ex contine- foliūs ratio.

C um multa autem genera sūi contumeliarum, unum quodque iram communet. Qui verò irascuntur, ut plurimum inuidunt alium, accepta iniuria vescendo causā. Expreſſa his mens Virgilij. Indignissimis suppliciis, & usque ad contumeliam Mezentius ciues afficerat, iniuste ciues irascuntur ad vescendam iniuriam. Itaque inuolant in ipsum corpus, id est, in ipsum Principe.

6. REGEM AD SUPPLICIUM, &c.] Ad hanc partem Stat. 5. Theb.

fremit impisi plebes
Sonibus accensis flumis, faciniſque reposunt.

7. PRÆSENTI MARTE.] Videclaret, dum calent Diligenza animi, ne furor tepeſcat, & langueſcat ardor. Est hæc virtus magna militari virtutum. Ammian. lib. 17. in re si- mili: statim, ne alacritas intepesceret pugnatorum. Iulius magnus tractandi militum dux; Civilis milites suos conquisitare ante iter confectum vetuit, quia videlicet ardebat desiderio pugnae. Pompeius quoque statim, moram nullam ad inseguendum intulit.

8. ADDAM.] Quia iam habebant Tarchontem ducem. Illud signa ferre, tria est formula. De aruspice ait, longaus, ut argumento ætatis (ait Scru.) rem probet.

9. RETINET ARVSPEX FATA CANENS.] Cum superstitione plurimum in Etruscis dominaretur, tum maximè erat illius usus, cum refrananda Superstitione esset multitudo. Nam vulgus aliter non continebatur. Inde ab aruspice Virgiliano confitum mendacium Deorum. Opporuntus est Polyb. locus lib. 6. Omitto Graecā, ut multa. Latine sic loquitur: Nulla re èquè præstare ceteris populis Romanos arbitror, ac opinione illa, quæ de Diis habent. Atque adeò, quæ res apud reliquias mortales usus verius, ea ipsa continere Romanam Rempub. mili videtur: superstitionem dico. Nam quod merito multi mirentur, usque eo apud hos superstitione in maius est exaggerata. & cum in privatam hominum vitam, tum in publica confusione inducta, ut non queat magis. Quod equidem multiudinis causâ factum ab illis existimo. Enim si ex solis sapientibus confitui posset Respub. esset fortasse tamen illud genus non necessarium: nunc, cum omnis multiudine sui leuis, plena illicitarum cupiditatum, ira effuet precipiti. & ad vim iracundia impellatur, hoc restat, ut terroribus nec manifestis. & eiusmodi terribilibus segmentis vulgi cobibetur.

10. MÆONIA.] Quia Lydi, qui Heturiam tenerunt, ex Lydia, Mæonia, & prouinciis aliis conflati sunt.

11. FLOS VETERVM.] Signar filios, qui à bonis, & bellicosis parentibus. Itaque, quamvis magnos duces possis nominare florem sui ævi. Sed hic Poëta strictius adhuc pro iuuentute, quæ verè ætatis flo. Ita verus inscriptio in agro Veronensi, FLO- uentute.

IN VIII. ÆNEIDOS.

indicatur iuuentute. Signarissimè Liu. lib. 8. Prima A fons in acri florem iuuenum pubescens ad militiam habebat. vbi non solum iuuenum, sed pubescens, ab flore pubertatis. Et lib. 32. flos Achaeorum iuuenit. Pind. Od. 13. Olymp. Apis ætē vñor vñas æxua: Mars floret iuuenum pernicioſis præliis. In his vides florem cum iuuentute. Quin Demades apud Athen.

Ver de adeo lib. 3. vocat adolescentes ver citatatis, ait enim, r̄s

lescentibus: οἱ περὶ τὴν σήμην. Sed cùm Poëta dicat flos veterum vñrum, notans, natos esse à bellicosis parentibus (mitti- to aliam posse esse sententiam) posset compingi cō- munis locus de libertis, qui similes parentibus, reui- ſcēt in eis maiorum claritate: sed tantum addu- eo Julianum Cesarem in Misopogone, qui non dif- simili comparatione rem explicat, videlicet à plan- tis, ut Virg. à floribus. Ita enim protes similes parentibus, οἱ περὶ τὴν σήμην εἰσὶ οἱ περὶ τὸν πόλεμον, οἱ περὶ τὸν πόλεμον, quemadmodum in plantis versimi- le est diffundi qualitates quā latifimē.

12. IVSTVS DOLOR.] Illi, quos iusto odio pro- sequimur, dici Graecis ξεποικίτες ex Plutarch. Germ. notat, sicut ex Aeschilo εἰς συγγρ., bene odisse. Loquuntur sic Gentiles: nullum enim iustum odium. Sed de iusto dolore Poëta accipit. Notam nostram. Cùm iugis dolor dicatur Iure consultis, is dolor, quem mar- ritus ex adulterio vxoris capit, ut liquidum ex verbis Papiniani istis: Diuus Pius in hac verba rescripsit Apollonio, ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidiſſe se non negat, ultimum supplicium remitti potest. Difficillimum enim est, iugis dolorē temperare. Quia voce vñs etiam ad rem eandem Tacit. Quid ergo, si Poëta inuuat hoc genus contumelias illatum à Mezen- tio maritis plurimis. Credi hoc potest; nam Princeps fæsus, est citam libidinosus, quod docent exempla

13. NVLLI FAS ITALO, &c.] Applaudithuic locorum si-

loco ille lib. 7. vbi etiam fata canunt, externo gene- militudo. ro iungendam Lauiniam, ut hīc externo duci com- mittendum exercitum.

14. SVBIVNGERE.] Locutio ducta à bobus. Sic Subinges subinges bones, quibus opponuntur iniuges, qui nun- bones, quam sub iugo.

15. OPTATE.] Eo significato, quo in 1. Pars opta- Opto, pro

re locum tēlo. Itaque non capio optare, pro exoptare, sed adopto.

Dici porr̄d optiones, illos, qui adiutores Optiones. i-

B dabunt centurionibus, quod ab aliis optarentur, milites ad-

id est, adoptarentur, notum iam labore doctissimo- turionum. Cuiacij, Turnebi, Lipsij, Bisciolæ, qui loca Festi,

& Taciti producunt, & corrigitur.

16. HETRVSCA RESEDIT HOC ACES CAM-

PO.] Est hoc omnino, quod Thucyd. lib. 4. κατα-

λαύρες χαῖτος ὅπλασιον κατατάξαπλου: occupato loco

idoneo acie instruta quiescentes.

17. RESEDIT.] Ut pugnatura & parata ad bel- Resideo, ver-

um. Iulius 3. Civil. Ad alabragum confedit Pompeius, bū milita-

Castra enim dicuntur confidere. Itaque militare ver-

bum. Lucan. lib. 6. infedit castris. Eurip. Supplement. Infideio, -

παρ' ὁπλοῖς ἡρῷοι: in armis sedens. Sed Virgil. non, Scđo.

confedit, sed redit, quia, surrexerat furis iugis. Sic Ca-

pitol. in Pertin. in templo Concordia redit: quia pre-

cesserat illius ē castris ad Senatum itio.

505 **a** Ipſe Oratores ad me, Regnique coronam.

Cum sceptro misit, mandatque insignia Tarchon,

Succedam castris, Tyrrhenaque Regna capessam.

b Sed mihi tarda gelu, ſæclisque effeta ſenectus

Inuidet Imperium, ſeræq; ad fortia vires.

510 **c** Gnatum exhortarer, ni miſtuſ matre Sabella,

Hinc partem patriæ traheret. **d** Tu cuius & annis,

Et generi fatum indulget, quem Numina poſcunt,

Ingredere ô Teucrūm, atque Italūm fortissime duc tor.

d Hunc tibi præterea ſpes, & ſolatia noſtri,

Pallanta adiungam: ſub te tolerare magiſtro

Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta

Aſſueſcat, primis & te miretur ab annis.

e Arcades huic equites bis centum, robora pubis

Lecta, dabo: totidemque ſuo tibi nomine Pallas.

C

ARGUMENTVM.

a Audito oraculo, Thusci Imperium deferunt ad Euandrum, qui nec ſe proprie ſenectuem, nec filium proprie matrem genū ap̄os declarat, ac proprie ex mente oraculi Imperium illud Aenea mandandum, quem Pallas ſequitur cum equis quatuor centum.

Corda in Aeneid. tom. 2.

b Dicit

EXPLICATIO.

C V M dixisset oraculum exterно duci com- mittendum exercitum, Thusci Euandrum, ut externum, inuitant ad Imperium, praesertim Tarchon, qui illis praerat: & inuitant quidem missis corona, sceptro, insignibus.

V 2

b Dicit se non potuisse accipere, quia iam efficiens, lassisque viribus praesentem. Sed neque filium Pallantem, quia maternum genus ducebat a Sabiniis, quod contra oraculum, nam ea parte iam non extenus. Est hic *patria*, Italia; dicit enim Pallantem trahere a matre partem Italiam, nam mater Sabella erat, ac propterea deludi oraculum. Itaque *putativa* opponit extenu.

c Conuerit se ad Aeneam, atque illum debere praeferi Tusco militi, tum quia in viro annorum, quod sibi non contingit; tum quia extenus, quod non Pallanti. Itaque *annis* dictum propter Euanndrum; generi propter Pallantem, & ideo, *quem Numina posunt*.

d Cum preficere exercitui non possim Pallantem, potero comitem tibi adiungere, ut te magistrum in bello habeat, tibi affuseat, te admittatur.

e Dabo illi equites ducentos validos, & lectos ex iunture: ille a se rotidem; ac proinde omnes erunt quatuor centum. Ergo promittuntur Aeneae Hetruria milites, quos ducebant Tarchon: naues multæ, quæ erant in portu; denum equites quater centum. Hac est summa auxilij.

NOTÆ.

Regal deferendi ad alios mos. 1. **REGNIQUE CORONAM, &c.**] Satis indicat Poëta morem quo corona, sceptrum, & Regia alia insignia ad eum deferebantur, qui invitabatur ad Regnum, vt illis tanquam pignoribus fides habetur. Firmant morem hunc, qui Regnum ad Abdoluminum derulerunt apud Curt. lib. 4. qui hoc faciunt ostentant Regie vestis insignibus, & post pauca, innotescunt purpura aurique distincta; vt illo velut in pignore crederet. Apud Simocattam Mauricius successor Tiberij paratur ad accipiendum Imperium induit purplem lib. 1. cap. 1. vt etiam apud Albert. Krant. lib. 1. Hilt. Vand. cap. 17. Pribilauus rusticus nudatis vestibus pro Regia dignitate induitur. Apud eundem lib. 2. cap. 36. Imperator Otto II. creaturam de nouo Regem Polonorum, iubet afferri sceptrum, coronam, Regalia alia insignia. Apud eundem lib. 3. cap. 11. Henricus IV. coronam mirrit duci Bohemorum, quem de nouo Regem crebat.

2. **CORONAM.**] Carol. Pasch. lib. 9. c. 1. *coronam* in hoc Virg. loco accipi pro diademate, solitum enim diadema vocare etiam coronas.

Sceptra Regum ex oleastro. 3. **SCEPTRO.**] Sceptra Regum fieri olim ex oleastro Paschal. monuit lib. 6. de Cor. cap. 19. Sed, ex duetu argumenti, quo vitur, non facis video illud allucere. Quid, quod in Poëtis obvia Sceptra ebne, & acorna?

4. **INSIGNIA.**] Purpuram capio, quæ insigne dignitatis Regiae. Sed hoc alijs itaque tria militi, coronam, sceptrum, purpuras.

Tarchonis historia, & 5. **TARCHON.**] Hic est Tarchon ille, cuius ministerio visus ad urbium structionem Tyrrenus is, qui a se Tyrrenianum nominavit. De quo Tyrrenus Strab. lib. 5. καὶ οὐδὲν τὸν τετράνθρωπον θεόν, διάστητος Ταρχονος: condidit urbes duodecim, visus prefecto Tarchonem. Itaque in expeditione nobilissima, qua Lydi, dacte Tyrreni in Italiam appulerunt, credibile secundum locum fuisse Tarchonem. Atque adeo ex pœtria historiarum locutus Poëta, cum hunc præ alias nominavit Lydonum præfectum. Addit Strab. de hoc Tarchonte, ἡ δέ τοι πάντων σύνεστι πολὺ πε-
Prudentia.

A, εἰδος μοδῶν: quem à puero canum fuisse fabulanur propter prudentiam. Idioplum de codem, & Cycno Troiano Eustath. scribit in lib. 2. Iliad. ὅτι σφίνξ εγγέτη Τυρρηνος Ταρχονος, νεγκι Τροιανος Κύνος τολμεῖ εἰς γένετος φρυγίαν. Itaque, quamvis Strabo, & Grexi alii nominent Tarchonem, Virgilius Tarchonem, ut appareret ex locis aliis, tamen esse cundem liquidum ex ductu historiarum. Nisi quis inde astrua in Virgilio legendum, Tarchonem.

6. **SYGCCA M CASTRIS.**] Quadrant in hunc Locorum exclusum quæ loquitur Mithridates apud Iustin. similitudo. lib. 38. de Lydia, atque Ionia, *quas non expugnatum eum, sed posse.* Sic Euander inuitabatur, non ad bellum, sed ad possessionem. Nec abludit illud Iuuj

B lib. 23. *Efferiam animos Sardorum esse diuinus: Imperij, nihil deesse ulius, quām antōrem, ad quem deficeret.* Ne abeat inobseruatum præceptum politicum, sed aui aurei, non huuius: aui (inquam) illius, de quo Iustin. lib. 1. *Reges ad fastigium huuius dignitatis, non ambitio popularis, sed specula inter bonos moderata prouochebat.* Hoe legis in Virgilio, apud quemad Euanndrum spectat virtutis hominem Imperium deferrut, ipso non ambiente.

7. **SED MIHI TARD A GELV, &c.**] Cum comparet Euander etatem suam senilem cum viro annorum Aenea, videatur proculdubio adumbratus locus Imitatio. Pindari Od. 4. Pyth. Ait itaque Pelias ad Iasonem. αλλὰ οὐδὲν μὲν τραχὺν μέν, οὐδὲν μέντης αὐτοπολεῖται, οὐδὲν ἀνθεῖται οὐδὲν μέντης αὐτοπολεῖται. Sed iam me circumdat pars aetas senilis: ferue verè flos puberitatis tuae. Et Pindaro quidem hæsit Valer. Arg. apud quem Pelias post decantata senectutem suam, *Si mihi que quondam vires, &c.* subiicit loquens cum Iasonem,

Tu, cui iam curas, viginti, animique viriles, &c. 1. *docim, & pecoris Nephelai vellera Graio Redde tholo, ac tanis temet dignare periclis.* Sed & excursui Poëtico similem Taciti locum anni maduerto. Vides enim vt Euander excusat se senem à Regno, & Pallantem iuuenem, deferatque ad Aeneam, qui in bona arate, & media. Ergo Tacit. de Tiberio. *Hec & de Armenia apud Pares diffinit, nec posse motu Orientem nisi Germanici sapientia componi; nam suam etatem vertere, Drusus nondum satis adoleuisse.* Ut hīc tarda senectus, ita Sen. Rhet. Controu. 7. Ego senectute immobilis, & vincere simillimus.

8. **GELV.**] Scitè hoc in nota senectutem. Patrocles apud Stob. Serm. 115. vocat senectutem *βίσ* Gela de senectute.

9. **CORONAM.**] Carol. Pasch. lib. 9. c. 1. *coronam* in hoc Virg. loco accipi pro diademate, solitu-

D demum decepiti. Denum de-
capiens. Sceptra Regum fieri olim ex oleastro Paschal. monuit lib. 6. de Cor. cap. 19. Sed, ex duetu argumenti, quo vitur, non facis video illud allucere. Quid, quod in Poëtis obvia Sceptra ebne, & acorna?

10. **INSIGNIA.**] Purpuram capio, quæ insigne dignitatis Regiae. Sed hoc alijs itaque tria militi, coronam, sceptrum, purpuras.

11. **SÆCTIS.**] Accipio primam Seruij explicatio-

nem, qui seculum explicat de spatio triginta annorum, duobus hoc argumento. Tres illas attates, aut tria saecula, qua de Nestore omnes predican, & Sæculum est spatiū tri-
Prudentia. Imprimis Tullius in Catone Maiore. & Horat. Od. 9. lib. 2. ter anno senectus. & ante omnes Hom. lib. 1. rum. Iliad.

Iliad. nonaginta anni sunt, explicatore Plutarcho. A plæ que adhibui. Sed redeo ad laborem commentandi.

10. **EFFOETA SENECTVS.**] Est hoc, quod Senectus Attius in Epinaulimach. *Exstingue hoc corpus mibi annis puror.*

11. **SENECTVS INVIDET IMPERIVM.**] Ita apud Principes Herodian. lib. 2. Pertinax inducitur *γῆρας αὔξε-* Senectus non vulgo in commentandi *triplēx senectus diuīs apud Galen.* lib. de Conseru. valet. cap. 12. Dicit enim Seneces esse, aut *ἀρχέρεται, ερυθρα*: qualē senectutem Charonti dat Vates, quasi penē viridem, & accedente ad annos iuuentutis. Hunc printum gradum in Priamo capio, qui ab Hom. Iliad. 22. & 24. constituitur *εἴη γῆρας οὐκέτε, in senectute limine.* & in Sophista quodam apud Philistrat. lib. 2. qui cum esset εὐγένος ὑπ' ἀλινίας, granis etate, tamen habebat *ράλλεν* explicat solutionem sénium. Ab eadem imbecillitate vidi in Graco quodam dici sénem *αὔξετος*. Aristot. Probl. 30. *σεῖτε* vocat, vt etiam 2. Rhet. cap. 13. *πρωτεύειν τὸ γῆρας τὴν σεῖτα: senectus viam aperit timidati.* Quæ fermè reperit in Probl. loco adducto, *πρωτεύειν τὸ γῆρας*. De Scipione Africano Liu. lib. 38. *in iuuentu bella assidue gesta, cum senectu res quoque desforere.* Nam, vt ait Sen. in fur.

Potest multa virius opera laxari solet.

12. **SERÆ QUE AD FORTIA VIRES.**] De hoc langore senectutis Sophronius apud Stob. *γῆρας παραβεβαῖνει.* Marcor enim comitatur res tabidas. Cui accinit Aristot. qui per verbum *μαραρεῖς* incommo- da.

13. **SENECTUS INFERMIUS.**] Ita apud Sophronius. Plutar. de Mario iam sene. *τοῦ γῆρας τὸ παρετεῖν* explicat solutionem sénium. Ab eadem imbecillitate vidi in Graco quodam dici sénem *αὔξετος*. Aristot. Probl. 30. *σεῖτε* vocat, vt etiam 2. Rhet. cap. 13. *πρωτεύειν τὸ γῆρας τὴν σεῖτα: senectus viam aperit timidati.* Quæ fermè reperit in Probl. loco adducto, *πρωτεύειν τὸ γῆρας*. De Scipione Africano Liu. lib. 38. *in iuuentu bella assidue gesta, cum senectu res quoque desforere.* Nam, vt ait Sen. in fur.

Membra trementia senectute, & robur inuiditum. Seras istas vires Graci nominant *γῆρας αὐτοπολεῖται, σεῖτα*. Seræ vires. *εἰδένει, πορεύεται, μακριά, ταχέα, πολεύει: extingue sene-* nectutem stremitatem illam, auge ardorem. Eurip. in Hercul.

14. **MISTY S MATRE SABELLA.**] Tale illud Si- Mistus matre. don. Paneg. Anthem. vbi de Ricimere, tre.

In Regnum duo Regna vocant, nam patre Sæcius, A genitrix Geres.

15. **PARTEM PATRIÆ.**] Sidon. epist. 21. lib. 4. Pars patriæ. ad Asprum, cum premisit, *Fledam pater ibi, maueri, Arverna est, exempli Maronis, à quo hanc Pallan-* tis duplicitem originem adducit, ita absolvit: *Ecce habes magnum maximo auctore (Virgilio) documentum, quid patris pars computanda sit & regio materna.*

16. **QVM NVMINA POSCVNT.**] Sup. suis huc Poterū fati- te pofcentibus afferit.

17. **INCREDERE.**] Verbum militare, & in quo Ingredi, ferocia atque ostentatio. Val. 1. Arg. de Iasonem, verbum militare.

Hoc quibus ingreditur fatis, qui genibus horrer Pergul.

Et lib. 2. de taurō victore, qualis per pascua victor.

Ingreditur, tum colla tumens, tum colfior armis. Sic & Lucan; lib. 2. premisit Caesaris ferocitate,

Ingreditur pulsatuum statione vacantem. Quis nescit de Marte Gradino? Quis non illud Procedunt ista è maiestate Poëtarum, qui plenihoc locatio-

fatu. Inde Basil. Seleucensis lib. 1. vite Teclæ. Corda in Eneid. tom. 2.

COMMENTARI

7.vbi de lorica Domitiani,
Texuit immurem lubricus unguis apri.

A ne cogar dare me arbitrum inter Turnebum, & Lipsum.

- ^a Fama volat paruam subito vulgata per urbem,
555 Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora Regis.
^b Vota metu duplicant matres, propiusque pericolo
It timor, & maior Martis iam appetet imago.
^c Tum Pater Euandrus dextram complexus euntis
Haret, inexpletum lacrymans, ac talia fatur.
^d O mihi præteritos referat si Iuppiter annos:
Qualis eram, cum primam aciem Prænestine sub ipsa
Straui, scutorumque incendi viator aceruos:
Et Regem hac Heriluni dextra sub Tartara misi,
Nascenti cui tres animas Feronia mater
(Horendum dictu) dederat: terna arma mouenda,
Ter letho sternendus erat: cui tum tamen omnes
Abstulit haec animas dextra, & totidem exuit armis.
^e Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
Nate tuo: neque fruitimo Mezentius vñquam
570 Huic capiti insultans, tot ferro saua dedisler
Funera, tam multis viduasset ciuibus urbem.
^f At vos ô Superi, & Diuûm te Maxime Rector
Iuppiter, Arcadij quofo miserefcite Regis,
Et patrias audite preces. Si Numinia vestra
575 Incoluem Pallanta mihi, si fata referuant:
Si visurus eum viuo, & venturus in vnum,
Vitam oro: patiar quemuis durare laborem.
^g Sin aliquem infandum casum fortuna minaris,
Nunc nunc ô liceat crudelem abrumpere vitam,
580 Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri:
^h Dum te chare puer, mca fera, & sola voluptas
Complexu tenco, grauior ne nuntius aures
Vulneret. i. Hæc genitor digressu mœsta supemo
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant.

ARGUMENTVM.

^a Adebet iam tempus profectionis, timent matres suis libe-
ris, & vni Euander Pallanti suo, qui etiam in eius com-
plexu, & cum lacrymis multa ad illum, & ad Deos fundit.
Ad illum, oportet vives pribitas, quibus conficit Herilum:
eas enim si vives haberet, non natum mitteret contra Me-
zentium, potens ipse ad suam vindictam. Ad Deos, oportet
vitam, si visurus est Pallantem redumentem viuum: si mor-
tuum, mortem. Collabitur senex in exitu sermonis, non iam
sui potens pra dolore.

EXPLICATIO.

^a SPARSIT subito fama profectionem ad Regem
Tyrrhenum, id est, Tarchontem: cämque
ocrys fere, quam quis putaret.

^b Incipit metus ab imbecillo sexu, nam iam tum
matres vota suscipiunt pro liberis: quippe maior timo-
r ab instanti iam periculo. Et quidem ad natu-
ram metus explicandam nihil aptius istis, maior
Martis iam appetet imago, vbi gestuosa omnia, &
signissima.

^c Expirat ista Tragicum quidpiam. Neque verò
Euander dextram solum nati complectitur, sed pe-
tus quoque, nam hæret: & hoc cum lacrymis, hisque
inexplilibus; nam quod solarium abeunte natu-
r. Fateor hærcere me in expedienda hac sententia.
Nam completi dextram, non ita liquidum. Posset
versus ita legi.

Tum Pater Euandrus dextra complexus eunti
Hæret.

vt sit: hæret eunti nato complexus illum dextra.
Sed nihil muto, nam defendi vulgata lectio po-
test.

^d Quid verò senex ad natum? Optat præteritos
utmos iuuentus, virtutemque illam, qua Præne-
stino

IN VIII. ÆNEIDOS.

stino bello Herilum interfecit, cui triplex anima ab A
matte Feronia, ac proinde terna arma, & ideo tripli-
ci letho vastandus. Neque hoc solum, sed aciem
hostium ante ipsam urbem prostrauit, & corum cly-
peos incendit. Vedit iam Seru. Euandrum in inter-
fecto Herilo adspire ad Herculem, qui interfecit
Geryonem triplicem. Pergit. Has tot animas, haec
tot arma vna haec manus abstulit. Quo facto quid
gloriosius? Historia, quam attingit, breuiter haec
est. Venientem ex Arcadia in Italiam Euandrum
conatus est repellere Herilus Rex Prænestinorum.
Sed bellum habuit exitum quem gloriosè prædicat
Euander.

^e Concludit ex dictis. Si essem his viribus, qui-
bus tunc, non à te nunc duplenter, quippe Mezen-
tium interfecisset, neque esset necesse, ut tu hinc
pergeres resistendis illius conatibus, quibus mihi
insultat, & ciues morti dedit, urbem exitio.

^f Haec tenus ad natum: se iam ad Deos, & Iouem
imprimis conuerterit; à quo petit incolumen vitam,
si natus rediturs incolumen & cum victoria: tunc
enam durare in vita optat, & laborem quemuis sub-
ire, etiam si extrema lenectute oppressus. Illud, ven-
turus in vnum, est, futurus vna cum nato, conuentu-
rus illum.

^g Relictis Diis, se conuerterit ad Fortunam, qua
plurimum in bello dominatur, cämque obtestatur,
si minorit mortem Pallanti, in fe, quoque faciat,
dum adhuc in ambiguo res est, & ipse incertus futu-
ri successus.

^h Mouent plurimum apostrophæ. Precessit du-
plex, vna ad Deos, altera ad Fortunam, en tertiā
iam ad natum. Est enim totus hic sermo *ad. Æn. viii.*
Quid verò ad illum? Opto mori, dum te hinc viuum
tenco meo complexu, & superficies sis mihi, priu-
quæ me grauissimus nuntius de morte tua inuadat.
Nam tu mihi *voluntas*, & *sola*, & *ser. i.* Ideo *sola*, quia
nulla alia Euandro proles. *Sera*, quia susceptus in se-
nectute.

ⁱ Hoc quasi diuinans Virgilius. Fuit sane gref-
fus hic supremus, quia supremus congressus, nun-
quam enim vidi deinde viuum filium. Vide verò
non solum pulcherrimum *Æn. viii.*, sed modum optimi-
mum finiendarum querelarum. Finiuntur enim Eu-
andri extasi, quæ hominē præ dolore inuasit. Nota
etiam decorum aliud. In tanto patris luetu nihil
loquitur filius. Nam quid ille loqueretur, quod
non frigidum post tantum patris ardorem? Lasciu-
rit hinc vulgaris Poëta, & Pallanta respondentem
faceret: & fortasse Æneam se interponentem, vt
omnia essent ridicula.

NOTÆ.

¹. FAMA VOLAT.] Græcius quispiam, & *æn. viii.*
Volatus de *duo dæmones qñ pñm.* Sed plus est volat. Stat. 3. Theb. ame-
fama. uolat. Vide quæ iam 4. *Æncid.*

². Duplicant.] Non signat duo vota, sed mul-
ta, id est, multiplicant. Nam quod Horat. Od. 6. lib.
1. dixit *duplicis Vtyssei*, eo versu,

Duplices.
Duplex Vtyssei.
Nec cursus duplices per mare Vtyssei,
sic legendum, non duplices, hoc (inquam) Hom. *re-
lætæm*, & *æn. viii.*: vt iam duplex Horatij, non
sit *svæla*, sed *æn. viii.* Ita Sidon. epist. 7. lib. 1.
Vota facimus, preces, supplicationesque geminamus, id est,
multiplicamus. Cum Propert. Eleg. 8. lib. 1. scri-
pit,

Corda in Æneid. tom. 2.

^o *O viram hyberne duplicantur tempora brume,*
non tam duplacent brumam optat, quam longam, &
perpetuam, vt nunquam Cynthia nauigaret. Cùm
Eurip. in Rheo ita opponit,

φύλα τὴν τελευτὴν αγένειαν σταλαῖς πέροιν' αὐτην:
Amo verum semper dicere, neque duplex sum natus,
non tam de duplice capiendus, quam de multiplici,
quia veritati multa opponuntur, omnia scilicet, quæ
contra illam. A Virg. Prudentius Hym. 12. 54. 59.

Mox recurrit, duplante vota.

³. M A T R E S.] Quibus scilicet est odio bellum feminarum
propter metum liberorum. Sallust. Catil. *Ad lucu-
metus in-
liores, quibus pro magnitudine belli timor insolitus inceferat,* gruente bel-
afflictare se, manus supplices ad colum tendere, miserari
parvulos liberos, rogari, omnia patere, &c. Apud Valer.
lib. 1. abeuntibus Principibus ad Colchicam expe-
ditionem *incresum murum geminus.*

⁴ PROPIVSQVE PERICLO IN TIMOR.] Tractat Timor de
locum ictum Aristot. cap. 5. lib. 2. Rhet. vbi ait, non malo proximi-
mo, *τοῦ φεινοῦ, ὃς τε μίλλειν, hec, que non longè, sed proximè*
apparet, ut futura sim. Nam *τὰ πέριστροφά τε φεινοῦ,*
que longè admodum non meruuntur, & inf. δι γένει φεινοῦ
ό φεινον, propè apparet, quod metuitur. Indò ait, illud esse
verum periculum, cum res metuenda est in proximi-
mo, *ταῦτα τὰ μὲν μερικά, φοβεροὶ φλεγοτελεῖς.* Soph. in
Antig.

Φεινον γένει φεινον οἱ Σπαρτῖνοι, τούτοις φέλαιζε.
Ιδού τὸν εἰρωπατο τὸ βίαιον:

Nam & audaces fugium, quando propè

Iam mortem vident. —
De Alexandro Curt. lib. 3. *Ceterū;* ut soli fieri, cùm
ultimi discriminis tempus aduentat, in felicitatem versa-
fiducia est. Quia videlicet videlicet tantum unam su-
perficie noctem, que tanti discriminis moratur euentum.
Claudian. Bell. Get. *proprie periclo omnibus attinuit.*
Ammian. lib. 25. *pallescentem morte propinquā Ma-
chameum.*

⁵. IT TIMOR.] Optimè premisit metum timori.
Dixerat, *Vota metu duplicant matres, iam vt augeat,*
propinquè periclo it timor. Metus quippe de re longin-
qua, timor de propinqua. Inde metus spei, timor *metus vii*
gaudio opponitur. Videlicet malum absens absenti tur-
bono, malum præsens præsenti bono. Mortales om-
nes mortem metuunt, quocunque ætatis gradu: ti-
men illam vni fenes, vt propiores. Enarrator De-
most. in 5. Philipp. *δίδε δι μηδενων κατομένων, τρο-
δων δι μετουνδον μεσσιν, sed qui expectat.* Nam
*δίδε δι μελο absentie, respondetque metini: sicut φό-
βος de malo præsente, & respondet timori.* Inde apud
Soph. Elect. præsente iam interfectorum Egysthi, *τρο-
φειν;* Sen. Rhet. Cont. 16. *Sunt qui casta timeant, sunt
qui cicaricibus suis gaudent.* Vides, vt gaudio, quod
bonum est præsens, opponat timorem.

⁶. MAIOR MARTIS IAM APPARET IMAGO.]
Præclarè. Sumit fermo ab histrionibus personatis.
Imago nihil est aliud, quam simulacrum & specieis
rei, non res vera. Stat. 6. Theb.

Vibratique frictis valistellantis imago.

Nihil enim sub aquis cœlestis est, etiam si ibi imago
apparet. Græcè dicas *εἰδος*, & *εἰδοντες*: Latinè *for-
mam*, seu *formulam*, explicatore Tertulliano lib. de
idol. cap. 3. ita enim ille. *Omnis formula, vel forma
idolum se dici expedit.* Ad rem. Latua, seu persone hi-
strionum inanis sunt intus, dieiunctaque imagines,
& quadam phasimata. Et de his proprii verbum ap-
pareo. Nam verbi huius vñsus plurimus est in scenis, & verbum hi-
strio gesuatum verbum dictum ab Iul. Scal. Ac pro-
ficio, inde appareat imago, est, obiicitur falsus quidam terror:

X & ad

Initio.

4. QVALIS, VBI, &c.] Locus clarus Hom.lib.5. A philosophiam. Ait prius: *Venus in celo habet unam propriam stellam, que oriens Luciferum; occidens Vesperum facit. Habet etiam duas alias, unam in signo Tauri, & unam in Septentrione. Inde etiam venus esse dicitur Veneris.*

Ast' ἐν κέρασι τε, γὰρ ἀστέρος εἶδε μάτερ τὸν;
Ἄστρῳ δὲ τούτῳ ἔνεπεν τὸν, ὃς εἶδε μάτερ τὸν;
Δευτέρῳ τε περφάντος λεπτόντος ὄπεντο:
Lucebat εἰς γαλεῖque, & στονοὶ οὐδεσσοῦσσι ignis
Stella australi simili, qua maxime
Splendide lucet longa in Oceano.

Ommitio comparatione Scaligeri, & adiuto eiusdem locum alium lib.22.vbi de Achille,

Οἴσθι δέ την μὲν ἀσπρὸν ρύθμον, ἀνελγόντος
Εὔοσμος τὸν κάπαντας ἐνεπέντε τὸν τοῦτο:
Ωραῖας αυτῆς στέλλα οὐτοῦτον αστέρα νεφελά.
Hesperus, qua pulcherrima in celo stet stella.

Sunt & alia in Homer. loca paria, quae pratermittit, sed non Poëtas alios, qui gloriam hinc quaesierunt, quos visum non relinqueret; nam hic locus propriè imitationis est. Est vero pulchrum spectaculum certe plures certantes de gloria ingenij. Ergo Nonn. lib.26.Dionys.

Οἰσθι τοῖς Βασιλίσκαις μετέπειπεν, οὐ μέλος ἀσπρῶν
Αἴθρα φανερὸν ἀμφιλαχτοῦ τοῦτον οὐδεποτέ,
Εὔοσμος τὸν εὐρέωντας τοῦτον τοῦτον.

Ego non dubitauerim (parcent Homeri manes) versus hos Nonni preferre loco premissis ex Iliad. 22. Loquitur Nonnus de duce quodam Indorum,

Ωραῖας τοῦτον Belingibus imperabat, tanquam medium
astrorum
Et hebetem illustrans splendicat Hesperis stella,

Hesperus nuntius caliginis futuri, ac lumen relinquentis. C Pind. Od. 3. Pyth. 2. Ep. 1. Parvus in luce, & tenuis est per uirgo φόβον & inebrium stellae coeli splendidi illi lumen venient. Sic & ab Apoll. lib.1. Tyndarides dicitur αὐτὸν τὸν φόβον & τὴν οὐρανον. Orest. apud Soph. Elec. 1. asper οὐδὲ μάτερ. De Argon. Apollon. lib.1. παινοὶ δέ τε οὐδὲ οὐδὲ de Iason, φρενῷ δέ τοι. Aristid. in Panathen. ἡ πάνταν αὐτὸν δέ τοι. Eurip. Hippolytum vocat παρόπατον αὐτόν. Pentheilea ab Calabro comparatur fulgentissima Aurora. Germanico lib.1. Epig. dantur αὐτὸν. Sed ne Gracis tantum obstrepam, adiungo Latinos. Claud. de Bell. Get.

Ωραῖας syderis instar
Emicuit Stiliconis apex.

Et i. Rap. de pulchritudine trium Dearum,
— diuinum semina gressu
Claruit, augurium qualis latentes in orbem
Præcepit sanguineo delabitur igne cometes.

Sen. de Hippolyto,
Hec illa facies igne sydereo mictans.
Iterum infistens Virgiliæ luci,
Qualis est primas referens tenebras
Nuntia noctis, modo lotus undis
Hesperus: pulsus iterum tenebris
Lucifer idem.

Ouid. lib.2. Pont. Eleg. 3.
Sugit Iulio inuenis cognomine dignus,
Qualis ab Eoī Lucifer ortus aquis.

Mitto Ammianum lib.1. Ennodium Orat. 4. Clodianum 2. Eutrop. qui vo carunt sydera, primus Iulianum, alter Firmium, tertius Stiliconem.

5. OCEANI PEREVVS LVCIFER VNDA.] Iulius Scaliger: *Teligit antiquorum opinionem, qui dicabant humore ali syderum splendorem: iccirco Luciferum perfundit unda. Sed de hac re iam ego 1. Aeneid. Vide & Bifciol. lib.1. Subs. cap. 7. Propertius Elegia prima libri quarti.*

Lotus & Hesperia quid Capricornus aqua?

6. QVEM VENVS ANTE ALIOS, &c.] Respetum quandam agnoscit Scruius, Scaliger optimam

Philosophia
Virgilii

convertit oculos, animoisque, cum ad magnum nobilèmque aut virtute, aut fortuna boitem cunem Considem profiquuntur. Contrahit enim non offici modo cura, sed etiam studium phe-
naculi, ut videam dicem suam, cuius imperia, consilioque summam Remp. tuendam permiserunt. Libat rem can- dem lib.45. abeunte Paulo ad bellum; & lib.2. abe-
tibus Fabiis. Ceterum excusui poëtico similia mul-
ta Poëtarum loca. Statij 5.Syl.

Locorum fi-
miludo.

Cen super Egaus hyernes abeuntis amici
Vela sequar, spectanteque ratem iam coloss ab altis
Rupibus, atque oculis longo querar aere vinci.

Et lib.4.Theb.

— tandem reliqui

Stant in puppe tan: fugientia carbasa vise

Dulce sequi, patrīisque dolent crebrescere ventos.

Et lib.5.

Proscimur vise, donec laissuit euntes

Lux oculos. —

Similiter 2.Achill.

— oculisque in carbasi fixis

Ib. it. & ipsa frēsum, & propīum iam sola videbat.

Sil.lib.3.

— abripitur diuīsa marito.

Herem intenti vultus, & litora feruant.

Ouidij loca quatuor prætereo, apud quem Oenone

est summo loco spectat abeunte Paridem, Laodo-
mia Proteſilaum, Ariadna Thœleum, Hypsipyle Iaso-
nem; in quibus omnibus varij affectus. Locutionem

præter indicatos arripiuit Auctōr Paneg. Constant.

non solum oculis sequi, sed, &c.

12. PVLEVEREAM NYDEM.] De pulucre nubem di-
xere Silius lib.3.

Incita pulucream campo trahit ungula nubem.

Idem lib.14. omitto. Claud. Bell. Get. Pulueris ambi-
guam nubem. Quintil. Declam. 315. in illa mube pulucri.

Isti à Lucret. qui lib. 5. Pulueris exhalat nebula. Et

omnes adhuc ab Hom. qui 23. Iliad. de pulucre ex-
citato ab equis, & τετράποδοι. ut uerba. ut procel-
la. Et procellam dixit, vt etiam Soph. in Elec. 1. οὐδὲ τὸν

πολεμον, equestrēm procellam, loquens de cursu equo-
rum. Ostentabundè admodum Stat. 4. Thebaid. de

Fert se campi per curula, letaque prætra.

Nubes de
pulucre.

— attionis testorum ex culmine summo

Prospectant matres. —

Idem lib.7.

— trepidi tamē agmine matres

Concedunt muros, inde arma nitentia natū,

Eriformidando monstrant sub casside patres.

Lib. etiam 3.

At nuptiæ exanimis, puerisque, agrique parentes

Manibus effusi per plana, per ardua passim,

Quisque juas audi ad lacrymas miserabile currunt.

D Idem lib.11. mirifice,

Cumta madem lacrymis, & ab omni plangitur arce:

Hinc queſti vixisse senes: hinc petore nudo

Stant matres, paruisque vetani attendere natos.

Eadem conquestio apud Valer. i. Arg. vbi abeun-
tibus Argonautis, fiant litora matres. Eadem apud O-
uid. 11. Metamorph. vbi loquitur de Alcyone, eius

viro abeunte. Affectum istum repræsentat Sidon.

epist. lib.3. *Quem te, quantūque super omnis etas, ordo,*

sixus de semiritis murorum aggeribus conficabatur. Et Ho-

rat. Od. 2. lib.3.

Illum ex menibus hoſtīcīs

Matrona bellantis Tyranni.

Capiet affectum horum Poëtarum, qui expendat il-
lud Horat. Od. 1. lib. 1. bellaque matribus detestata. &

E illud ciuilem Od. 16. Epod. *Parentib[us]que abdominatus*

Annibal. Sunt vero matres nuptæ; istæ enim bellum

deteſtantur tum coniugum, tum liberorum causā.

11. OCULISQUE SE QVNTVNTVR.] Non minùs ista ad

excitandum affectum. Repræsentatus etiam Roma-

nus concursus in se simili, quo ciuitas illa hoc veluti

at spacio sequebatur abeunte in bellum. Huius

rei egregius est locus apud Litium lib.42.vbi abeun-

te ad bellum Licinio Confuse, ita: *Semper quidem ea*

Imperato abeuntib[us]que abdominatus

comuer mos.

A Hippomedopte cuncte ad bellum. —
 — umbrisque immane volvunti
 Implet agros, longoque attollit pulucre c. t. impum.
 13. QUADRUPEDANTE PVTREM, &c.] Plautus
 Captiu. Qui adueuntur quadrupedant cruciani came-
 ria. Hinc verbum quadruped. ac. Sed & inteniri qui-
 do. Quadrupedes, pro, quadrupedes, alij iam notarunt. Sed iam
 ad exornationem Poëtae. Equorum flammatum ar- Locorum si-
 dorem melius ex versu hoc Virgiliano agnolco, militudo.
 quam ex multis Statij lib.8.

Quid mirum caluisse viros? flammantur in boitem
 Cornupedes, niueoque rigam soli putria nimbo.
 Idem lib.12.

Rita gemis tellus, virides gravis unguli, c. t. impum
 Attent, innumeris peditumque, equitumque ceteris
 Exspirat proritis ager.

B Claud. cum fastu 2. Ruff.
 Proceri imbelli sonipes hostiles Orontem.

Cum languore Silius lib.6.

Cornæa gramineum persulfans unguli c. t. impum.
 Parvi, & maiore etiā demissione in locis alii. Silium, & alios sepe adduco, non vt dignos, qui cum Virg. conferantur, sed vt in eis videtas Itodium, quo annuli ad suum Principem, & ita aslirgas ad parem gloriam illorum; nam hanc de Virgilio nemo speret. Minu-
 tulos hos Poëtas vide ut Horat. superet Epod. 16.

— vrbem

Eques sonante verberabu vngula.

14. CAMPVM.] Obseruo (si hoc est aliquid) reuelo
 à Poëta induci hanc vocem post mentionem equorum. Itaque equi campum quatunt. Reuelo hoc, in-

Campus in-
 quam. Nam καπρὸν vocem esse Siculorum, & ea si-
 gnificari i. n. d. o. quer, iam Scal. animaduerit. Inde & clare.

καπρὸν flexus est equorum circa metas. Plato in Theateto dixit, i. n. d. o. εἰς τετράποδον, Σαρπίτων εἰς λόρνος: Equites ad campum prouocas, Socratem ad ser-
 mones. Quod dictum forma Proterbij; nam equi campo gaudent. Tibull. lib. 4. equum rigos porcurere
 campus. Cui adiungit Paseratius Ennium, quide equo,

Ostentabundè admodum Stat. 4. Thebaid. de

Fert se campi per curula, letaque prætra.

600 Est ingens gelidum lucus prope Cæritis aminem
 Relligione patrum late sacer: vnde colles
 Inclusere caui, & nigra nemus abiete citigunt.

Syluano fama est veteres sacras Pelasgos
 Aruorum, pecorisque Deo, lucumque, diemque,
 Qui primi finis aliquando habuere Latinos.

b Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
 Castra locis: celsaque omnis de colle videri

Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.
 Huc pater Aeneas, & bello lecta iuuentus

Succedunt, fessi, & equos, & corpora curant.

D Iles inclusus, & refertus densitate arborum. Erat vero
 fama, Græcos, qui primi ad Italiam appulerunt, patriæ propria religione imbuitos, consecrassæ Syluano
 suo, Deo artiorum, ac pecoris lucum istum, diem
 etiam solemnem, in quo eius sacra peragerentur.

b Non longè ab hoc luco Tarcho stationem ha-
 bebat in summo colle, qui inuitus natura: Aeneas
 appulit cum suo agmine ad lucum, ut ita coniuncti
 essent exercitus. Habita hic cura militum &
 equorum. In explicandis his versibus fecerunt sum-
 ductum

X 4

EXPLICATIO.

IVTA a minne Cæretanum lucus erat, sacreque
 maiorum religione. Erat hic lucus, & intra col-

ductum poëticum, nam Seru. variè se implicat.

A Quia munetur te Priape, & te Pater
Syluane tutor sinuum.

Et in Epist. *Syluanum latte piabunt*. In quibus ex vicinitate syluarum, & pecoris sunt sacra huic Deo, & pyris, & lacte. Ab his longè arua. Itaque, si in Virg. *legas arorum*, nescio an tibi commodum aliquod testimonium alluceat, quo possis lectionem istam defendere.

6. D I F M.] Ex Gentilium sacris, qui suis Diis dies facabant ad illorum celebritates. Quin hic mos sequenti anno transiit ad Imperatores, ita ut *Natalitia Gentilium* illorum natalitia colerentur cum vacatione rerum & negotiorum. Possimus existimare facrum Ecclesie ritum, que Santos colit, dicato illis die, traditum ab Gentilibus, ut multa alia.

B 7. Q Y I P R I M I F I N E S , &c.] Pelasgorum errores, bella, victorias, aduentum in Italiam multis persequitur Dionys. lib. 1. vbi & vrbes nominat ab illis ortas.

8. C E L S O Q U E O M N I S D E C O L L E V I D E R I , &c.] Explicui de colle, qui esset prope lucum, qui collis latus esse poterat, & capienda legioni idoneus. Hoc enim deo docet duetus poëticus. Ad hunc certe modum Stat. 5. Theb.

*Tunc viridis latè lucus inga celsi Minerue
Propter, opacat humum niger ipse, sed insuper ingens
Mons premit, & gemina perount caligine Soles.*

9. T E N D E B A T .] Ut in 2. hic seruus tendebat Achille.

10. H Y C P A T E R A Æ N E A S .] Non absimilis locus Nonni lib. 24.

— ἐναντίον τοῦ λαζαρου,
Καὶ πλιστές μίζεντες ἐπέρα δάμα σάρων θάνοι:
— stabulabamur in lucis,

Et leniè sigebant tentoria in umbrofa sylua.

11. E T B E L L O L E C T A I V V E N T U S .] Semper Lectum dicitur refectum, & ideo lecta. Et quidem in sacris hostia, aut vestimenta, cum multis aliis, tum etiam ab aetate dicebatur lectu: nam nec iecens nata, nec iam vetula. Et semper cum allusione ad pubertatem iuuentutis. Unde Gelo Tyrannus apud Herodot. Musa septima, vt ostendat Graecos carere militie ad pugnam, ait, *θρὶς ἐν τῷ εὐαγέτῳ τῷ ἔαρι ἀντῆ (Ελλαζι) ἵξει αὖντος, anni illius ver exanisse in Grecia.* Quaeque certe similitudo, inuenit in 6. nigra Tartara, in 5. nigra nube, 4. Georg. *Et caligantem nigra formidine lucum.*

In his, & multis aliis obscuritas indicatur.

D 5. A R V O R V M , P E C O R I S Q U E D E O .] Vehementer inclino, legendum hinc, *Syluarum pecorisque Deo, non arorum.* Quia sermo Poëta, qui hinc torus de luco, ad sylvas nos ducit, non ad arua. Deinde, quia lib. 1. Georg. Deum istum inuocauit ad argumentum lib. 4. nam in nemoribus & hortis apiaria, quæ res longè ab aruis & campis, in quibus frumenta. Quod vt intelligas, adi Explicationem nostram in eum locum: tum etiam, quæ diximus in Notis ad 1. Eclog. ad illud, *Sylvestrem tenui Musam*: vbi indicatum cum pecoribus coniugi sylvas, nulla ratione arua. Quam ad rem contentaneò Horat. Epod. 2.

*Vi gaudet infusa decerpens pyra,
Ceranam & vuam purpura:*

*At Venus ætherios inter Dea candida nimbos
Dona ferens aderat: natumque in valle reducta*

610 *Vt procul egelido secretum flumine vidit,*

Talibus

Talibus affata est dictis, sequere obtulit ultro.

b En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera: ne mox aut Laurentes nate superbos,
Aut aciem dubites in prælia poscere Turnum.

615 c Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit:
Arma sub aduersa posuit radientia queru.

A Ocean gentes ductori dona forebant,
Callaice telluris opus.

Thetis apud Hom. *Θετις ἀπὸ δέρη πόπλῳ.*

s. V A L L E R E D U C T A .] Explicant Seru. & Reducta Passerat, secretam. Sed quid vero, iam ego 4. Georg. vallis. & de reductis flutibus, quod timillimum, iam 1. Aenid.

6. E G E L I D O .] Nunquam mihi persuasi dupli- Egelidum, cem vocis huic significationem. Itaque tempore nam tam egelidus, est tepidus, nunquam frigidus. Pro primo significatio- tamen habet natus, & rarus, inmodum nul- neni.

Catull. *egelidos repores* Colum, in hort. Egeli- dum vero. Suet. de Augusto, *perfundebatur egelida aqua, vel Sole multo calcificata.* Cornel. Celsus. *Vnum anterum, meracum: per effatam frigidum, per hyemem egelidum.* Gloss. Egelidus, tepidus. Inde, egelarum idem quod galactodes. Testimonia quæ pro parte altera af- fernerunt, aut sunt falsa, aut queunt mutari. Falsa; nam falso adducunt Aufon. quamvis enim ille di- xerit, egelido Istro, & egelida Moselle, cur trahi non potest ad significationem, quam defendo? Queunt mutari; nam ille versiculus Ouid. *Egelidum Korean,* egelidumque Notum, à Coluio, & Sauaro legitur, Et gelidum.

7. S E G R E T U M F L V M I N E .] Est hoc, quod Hom. *ἐν τοῖς μόνοις λαθεῖσι. &c. 1. Iliad.* *ἔτερος ἀφεντικός τόποι λαθεῖσι: σεβεται σόλος σερφιν ἡ σούσις.* Considero Homerum vallis prudentiam Virg. qui Homerum correxit. Solum

C Confirmat omnia materno amplexu, incen- dens natum hac face amoris; posuitque arma, quæ longè latèque emicabant (hoc enim per radios intel- ligere) sub queru, quæ obiecta Aenea oculis è regio- ne. Ac statim recessit: hoc enim intelligendum, cum nullus iam deinde sermo de Venere.

N O T A .

1. A T V E N U S , &c.] Locus clarus Hom. in exitu lib. 18. Iliad. vbi de Thetide Achillis matre.

*Ηδὲ πρὶς ὁτε, ἔλειπεν τὸν πάτερνον πόθεντος:
Τεύχεα μεριμνεῖται περὶ Ήραίσιον φέρετο:*
*Hoc verò, velut accipiter dosiliit ab Olympo ninofo
Arma splendentia à Vulcano afferens.*

2. D E A C A N D I D A .] Affine hoc niueis lacantis, &

de Veneri colori aureo, quæ duo alibi praedita de hac Dea. Ad

hunc modum Od. 7. Olymp. Pind. *ἀγνοστος νιφεδεστος, aureis niuibus.* Qua nix non solùm præfert album colorē; sed hinc cum fulgore. Ita & Hom. de Solc. *λαμπρὸν φέρει*, cum tamen alibi agnoscat. Ita Venus & candida, & niuea, & aurea.

3. N I M B O S .] Semper de Venere spectatissimus apparatus. Credo, quæstum blandimentum Augusti, qui ab hac Dea sc originem ducere gloriabatur.

Ferre dona. 4. D O N A F E R E N S A D E R A T , &c.] Et Virgilio, & superioribus Homeri adhaesit Silius lib. 2.

Ecce autem clypeum seu fulgore mirandum.

Munera præterea Iliacis creptariuinis.

de quibus postea: dona Cupido Regia portabat. Lib.

etiam 6. de ramo aureo.

Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus.

& tamen inf. ille admirans venerabile domum.

10. ACREA

COMMENTARI

Acer, id est, 10. ACREM IN PRÆLIA POSCERE.] Accipe A
acerem, & enī, quæ vox obvia in Hom. Hesiodus etiam
in Scuto, & de Hercule. Est poscere, prouocare;
Posco, pro
Prouoco. ut Cicero, poscum maioribus poulis, id est, prouo-
cant. Ab hac Musa Stat. 11. Theb.

Nomine te crebro, te solum in prælia poscens.

11. SVB AD VERSA QVERCV.] Existimo repræ-
sentatam à Poëta imaginem quandam trophæi. Si-
cut enim in erigendo trophæo arma in queru sta-
tuebantur; ita nunc similis species redditur à Vene-
re. Itaque vestita est quercus armis. Nec repugnat
Maronis textus: nam sub queru erunt, si sint affixa,
& infixa ramis. Neque enim credas proiecta in so-
lum aceriatim, sed digesta ramis, ad eum modum,
quo Valer. Flacc. & Stat. ille lib. 5. Arg. quercum ve-
stit aureo Martis vellere, imò apud illum Phryxus,
— at vellera Martis in umbra

*Ipse sūt Phryxus monumentum insigne pericli
Liquet ardenti querum complexa metallo.*

Apud Stat. quoque lib. 9. Theb. Diana querum or-
nat armis suis, & venatoria præda.

*Nota per Arcadias felici robore sylvas
Querulus erat Trinia, quādēa de sacrarērat ipsa,
Elephantis tuba nemorum, numenque colendum
Fecerat. hic arcus, & fessa reponere tela,
Armadū curva sum, & vacuorum terga leonum
Figere, & ingentes aquantia cornua sylvas.
Vix rarus locus, agricolas adeo omnia cingunt
Exuvia, & viridem ferri nitor impedit umbram.*

Quercus or-
nata armis,

12. RADIAN TIA.] Sic & ab Græcis ἀκτης dan-
tut armis. Propert. Eleg. 4. libr. 1. miles radiabat in ar-
mis. Hi radij fortasse ab insertis gemmis. Nam Ouid.
Eleg. 4. lib., Pont.

Senta, & galea gemmis radientur, & auro.

- a Ille Deæ donis, & tanto lætus honore
Expleri nequit, atque oculos per singula voluit,
Miraturque, interque manus, & brachia versat.
620 b Terribilem cristis galeam, flammæque vomentem,
Fatiferumque ensim, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam, ingentem: qualis, cum cœrula nubes
Solis inardescit radiis, longèque refulget.
c Tum læues ocreas electro, auróque recocto,
625 Haftamque, & clypei non enarrabile textum.

ARGUMENTVM.

*Letatur Æneas ad vija arma, atque audiē intuetur il-
la, & admiratur, mox etiam manu versat singula.*

EXPLICATIO.

a EQYNTVR Æneas affectus, qui necessarij ad
vija celestia arma. Lætatu donis & honore,
quo affectus, præsertim auctore Dea. Ita audiē in-
tuetur, vt nequeat expleri; inde est, vt oculos passim
voluat per singula. Hinc confurgit admiratio incre-
dibilis, & tanquam vix credat (hoc enim fieri soleat
in magna admiratione) illa arripit manu, tractat, ver-
sat, forte at falsis. Etenim, si perpendas, quod non
explatur, quod oculos in cuncta intendat, quod non
miretur, & verset, intelliges (ait Scaliger) magnum
esse opus, magnum Æneam, magnum Virgilium.

b Recenset singula, & cum præconio, videlicet
galeam, ensim, loricam. Galeam commendat à cristis,
quibus terribilis, & à suo quodam (sic Silius loqui-
tur) flammarum fulgore, quæ vomebat: enim à fa-
to, cui iam destinatus miser Turnus, & tota Italia:lori-
cam ab ære, quo riget; à colore, qui sanguineus; à
magnitudine, nam ingens. Quæ pertinent ad lori-
cam, illustrat comparatione nubis, quam Sol ira-
diat, redditique latè splendidam. Tale erat a loricæ
admixto sanguineo illo, & rutilo colore. In hac com-
paratione nubes ait respondet, Solis radij lucidicolo-
ri cruento, id est, flavo, & lucido. Audi & hīc ver-
ba Scal. Profilo nihil potius aperte cum coruleam nubem

B impletis splendore, idem namque in ferro polito est.
c Adhibet reliqua, nimurum ocreas, quæ læues, id
est, lucidae ac terfa. Earum materia ex electro, & au-
ro, & hoc recocto, ex repetita coitura. Versavit etiam
manu hastam: deinde clypeum, cuius fabricam ne-
mo satis narrando assequatur.

NOTÆ.

1. ILLE DEÆ DONIS, &c.] Continuat Homerii Imitatio.
filum 19. Iliad. vbi Achilles vifis armis,

*Τεῦχος δὲ οἱ κρηπανοὶ ἔχον θεῖον ἀγλαῖον δόρα.
Αὐτῷ δὲ περινήσαντι τὸν ἑτέρων δεσμόνα λόστον:
Οβλετατεύεται μανίbus tenens Dei dona splendida.
At postquam mentibus suis delectatus est artificiosa aspi-
cens.*

2. EXPLERI.] Verba hæc ad animum transfigri
firmavi multis 1. Æneid. ad illud, *animum pictura pa-
scit inani.* Expleo, ad
animam.

3. OCULOS PER SINGULA VOLVIT.] Ita Eu-
rip. Peniss. ὅτι σφικτὰ μάτηα πανταχοῦ διοιστέον. & Hom.
17. Iliad. ὅτι φασί ταῦτα διειδέντα.

4. TERRIBLEM CRISTIS GALEAM, &c.] Vides,
vt galeam ornata à cristis, quibus terribilis; à flammis,
quas vomit. Hom. galeam Achillit ita:

*Τέξει δέ οἱ κόρυθα βειαριῶν προτέροις ἀραιῆσαν,
Καλύπτασθαι τούτοις ἐπειδὴ γάρ τον λόφον ἔπειτα:
Feceit ei galeam forem temporibus apicatum,
Pulchram, variegatam, sispragque auream cristam po-
suit.* Imitatio.

Vides & victoriam. Quid, quod uno versu, quod
duobus ille, in plura? nam addit flamas, que
definit

IN VIII. ÆNEIDOS.

desunt Homero, & admittit varietatem, que hīc non
necessaria. Sil. lib. 2.

galeamque coruscis

*Subnixam cristis vibrant, cui vertice coni
Albentes nivæ tremulo nutamine perna.*

Et terribilem dixit, reddens frequentissimum illud
Hom. Fer. ὃ λογοτελεσθεντι εἰδεῖν: Horrendè desuper
comus mutabat.

5. FLAMMASQUE VOMENTEM.] Vidi, qui ha-
rent, an hæc pars anneclenda praecedenti galeæ, an
sequenti enī tum, quia Hom. cui in tota hac narra-
tione Virg. insistit, in galea sua nihil de igne: tum,
quia Virg. 9. Æneid. enī vocat fulmineum, & à ful-
mine non absit ignis. Sed verè inconcina est sen-
tentia, siira accipias. Homerii argumentum nullum,
quia potius illum Virg. correxit. Alterum de enī, cu
vides quām languidum.

6. FATIFERVMQUE ENSEM.] Quia in eo sita fata
Turni. Ad hunc modum dixit Cicerio hostilem si-
cam suo lateri deuotam. Et Sil. de Annibale:

*Ensem unum, ac multis frumentis milibus hastam.
Et Hesiod. in Scut. ait de sagitis Herculis, esse in illis
mortem prefixam. φρεστεν περιθετον θεον. Sic ergo in enī Æneæ fixa mois Turni.*

7. QVALIS CVM CÆRVLA NYBES.] Addit viu
comparationi adducta nube; nam Hom. tantum,

Τεῦχος δέ οἱ θερινα φρεστεν περιθετον θεον:

Fecit ei thoracem splendidiorē ignis fulgere. C
Et fortasse, quod debeat Homero, sumpit ex Eurip.
qui in Phœniss. vī. & ὁ τελεταγη περιθετον θεον. Splendicat
nubes densa clypearum. Sed neque Eurip. de Sole.

8. TVM LÆVES OCREAS.] Numero multitudi-
nis ex veteri more. Ocreata enim viraque militum
olim tibia. Medio quodam ætu immutatus est mos,
& iam dextrum, iam sinistrum crus tecum, non
utrumque. De dextro Veget. lib. 1. cap. 20. Pedites au-
tem scutati præter cataphractas & galatas, etiā ferreas ocreas
in dextris curvibus cogentur accipere. De sinistro Silius
lib. 8. vbi loquens de Sabinis.

*Cunctis hasta decus, clypearisque referuntur in orbem,
Vertice & implures, & laui tegmine curvis
Ibant.*

Sed nulla in his pugna; nam Veget. & Sil. de pedite
loquuntur, Virg. de equite, qui etiam contendit ad
Homerum scribentem 18. Iliad.

Τεῦχος δέ οἱ κρηπανοὶ ἔχον θεῖον ἀγλαῖον δόρα.

Fecit ei ocreas ex duilibus stanno. Texta fer-
rea.

De quæstione illa, in qua discrepant Veget. & Sil.

videnda, quæ iam lib. 7. ad illa, *vestigia nuda sinistri*

instituere pedis.

9. ELECTRO, AVROQVE.] Non agnosco electrum

illud, quod succinum dicitur, & succus gummi est, de-

A fluīque ex populis ad amnum Eridanum, vt scribit
Diocor. lib. 1. Hoc enim fabulofum multi putant. Et
Diocor. non affirmat, tantum ἵσπεται, manū. Et
Paus. de eodem lib. 5. αρνιζεται τε μάλιστα, vt quod
rarum inueniunt sit. Plin. clar. lib. 37. cap. 1. Eafūm esse
ait Sidon. epist. 5. lib. 1. In Eridanum breui delatus, con-
testus sepe commissiliter nobis rifi & Phætoniadas, &
communitias arborei metalli lacrymas. Hoc igitur, vt fal-
sum, excludo, & admitto illud, de quo ibid. Paus.

Electrum
verū quod.

Est electrum aliud, aurum argento permixtum. Quota ar-
genti pars debet permisceri, explicat Plin. lib. 33. cap.
4. Vbiunque quinta argenti portio est, electrum vocatur.
Obiectis. Si electrum haber aurum, & argentum, cur
additur à Poëta, aut que satis enim fuisset electro. Audi
Str. lib. 3. vnde dices, cur Virg. nominato electro, ad-
didicit, auro, & recocto. Verba illius. ἐπειδὴ τὴν γενοῦν ἐφεμέ-
νε, & καθαρισμένην τοῦτο τὸ καθερανοῦ ἀποτελεῖσθαι
τοῦτο τὸ τέλον τοῦτο μήτρα ἐποίει τὸ αργεῖον, καὶ
χρυσόν, τὸ δὲ μὲν ἀργεῖον δέσμονται, τὸ δὲ χρυσὸν ὑποκείεται:
Ex auro autem excocto, & tenaci quadam creta repugno
purgamentum electrum est: neque hoc excoquuntur, commis-
sionem auri, atque argenti habens, argenum quidem exuri-
nitur, aurum autem remanet. Inde ergo nominato elec-
tro, addit, auro, excocto attingens quantum Poëta licuit:
& ait, auro recocto, indicans secundam illam coctu-
ram, quod Strabo καθαρόθεον. Ad rem. Electrum est,
quod mistum ex argento, & auro: aurum verò reco-
ctum, quod iam caret omni argento, & purissimum
est, neque iam electrum est. Ergo ocreæ Virgilianæ
factæ ex duplice & diversa materia, videlicet ex elec-
tro, & ex recocto auro, quod fit ex ipsius electro. Ad hunc etiam modum explicandus est Hesiod. in
Scut. cum ait,

*Ηλέντων Σύνολοις τὴν χρυσῶν φασί
Λευκούριον.*

*Erat electro sub splendidum, fulgenti verò auro
splendidum.*

Sed Virg. signatius rem attingens recocto addidit, quo
Hesiodus caret.

10. CLYPEI NON ENARRABILE TEXTVM.] Clypeus Æ.
Referit Seru. ad bell. que ibi sculpta. Non probbo. ne.

Ego ad varia metalla, & quibus confectus, & veluti
textus clypeus. Itaque, sicut ocrea ex electro, & au-
ro factæ, sic potuit clypeus; in quo acumen inuenio.

Quasi dicat: Materiam ocrearum potui explicare,
clypei nequeo; ideo non enarrabile. Neque hoc no-
num. Nam Lucet. lib. 6. ferrea texta. Sunt qui sen-
tiantia referant ad bivalves, id est, simbria scutæ; nam

Hom. vocat αγριά & θυρεόν. Displacet. Sunt, quia
multa tergora. Nam ipse alibi, *Transit intexum tauris*
opus. Hoc quoque displaceat. Nam fabrica ista Vulca-
ni tantum ex ære.

*¶ Illic res Italas, Romanorumque triumphos,
Haud Vatium ignarus, venturique incisus æui
Fecerat Ignipotens. ¶ Illic genus omne futuræ
Stirpis ab Alcanio, pugnataque in ordine bella
Fecerat. ¶ & viridi foetam Mauortis in antro
Proculibuisse lupam: getinios huic vbera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos: illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.*

ARGV

ARGUMENTVM.

Incipit fabrica clypei, in quo futuri Romanorum triumphi, sive ab Ascanio, bella, lupa nutrix Romuli, & Remi.

EXPLICATIO.

FINGIT Poëta in gratiam Augusti expressas in clypeo Æneares Italas, triumphos Romanorum, & à Vulcano, qui, ut Deus, sciens futurorum. Illud, *hunc Vatum ignarus*, est, non ignarus artis vaticinandi.

b Praecessit, Vulcanum fuisse scientem futurorum. Hac ergo causa, cur incipiat à futura Ascanio stirpe. De Ænea, & de ipso Ascanio non oportuit verbum addi, qui tunc viuebant; nam in hoc nulum vaticinium.

c Transit ad natales Romuli, & Remi. Fecit itaque Vulcanus lupam statu, id est, quæ iam peperat, proculbusse in auro Mavortis. Accipe istum proculbus non de integro, & pleno iactu in terram; nam statim pueri describentur pendentes, sed tantum de inclinatione quadam: volvit enim Poëta (ait Seru.) gestum exprimere, qui viuebatur in statu lupæ. Ex multis & Seruji, & aliorum explicationibus C hanc elegit. Procedit. Pendebant pueri ex vberibus, iudebant, lambebant matrem, & quidem impaudi, etiam si feram lamberent, ut iam in illis agnoscere res magnum genus: lupa pari amore ceruicem fletebat, mulcebat iam hunc, iam illum, & formabat lingua tenerima infantulorum corpora. Bene notat Seru. exhibet à Poëta non tam, quæ erant in pietura (nam in alternam lambi pueri non poterant) quam quæ facta intelligimus. Ceruix teres est, rotunda, & firma, & porrecta in longum.

NOTÆ.

Comparatio. 1. ILLIC, &c.] Poëta sex. (mitto aliós) vocari Poëtarum, in certamen posunt: Græci tres, Homerius, Hesiodus, Nonnus; Latini tres, Virgilii, Statius, Silius. Hi omnes clypeos suos simili apparatu exornarunt. Homerius iudicium sit penes Scaligerum, de quo ait, licuisse illi in ea verborum opulentia inspirare. Sed esto, alij defendant: non certè negabunt, illum loqui extra chorūm. Nam ea omnia ad Agamemnonem, & bellum Troianum, aut ad Græcos nihil. Hesiodus in Scuto Herculis longissime Homero præstat, in quo res Herculis non pauca, & res aliae vicinæ rebus Herculis: unde ab hoc plura Virg. quād ab Homero, mutuatis est. Nonnus lib. 25. Dionys. totus hasit Homero in effigendo clypeo Bacchi, iaculans etiam extra scopum: tantum in eo certus, quod Thebarum structionem, & Iyram Amphyonis persequitur; hoc enim ad Bacchum pertinuit. Latini duo, Statius, & Silius rectius multo, quia ad Virgilii formam: ut enim hic in clypeo Æneas res Romanas posuit, quia ab Ænea Romani, ita illi sc̄tati sunt debita argumenta. Tu vide Statium lib. 9. ab eo loco,

Arma decent humeros, clypeisque insignis, & auro
Euidus, Aonia celatur origene gentis.
Et Silius lib. 2. ab eo,

A *Condebat prime Dido Carthaginis ares.*
Nam in clypeo Annibalis aquum fuit exhiberi Carthaginis primordia. Scio ab aliis fabricata scuta cum simili pictura, quos in Notis dabo, ut se occasio dererit. Eniuit etiam in re simili ingenium Calabri lib. 5. in fabrica scuti Achillis, qui tamen totus, ut assolet, ad Homerivm bim.

2. TRIVMPHOS.] Cūm mox sequatur, *hanc Triumphus*

Vatum ignarus, non ab ludit ab hoc loco finito unde didus triumphi, quæ est apud Cedren. pag. 221. ὁροπεθη ὁ πριν βέβαιος οὐδὲ τὸν τρόπον εἰς τὸ Διόνυσον: Οἰδαντος γέ τον παραπλεύτην λέγοντες: *Triumpho nomen est à carminibus, quibus Bacchus celebratur: furem enim Poëtarum thribus vocant.* Si ergo id nomen à carminibus poëticis, & furore poëticō, cur non dicam coniungī ex studio duo illa? Quot obsecro res minore probabilitate ab aliis iactantur in suis commentationibus? Adiicit illud de Baccho, quia is primus omnium triumphauit.

3. PUGNATA BELLA.] Forte à Catull. qui ma-

Pugna pugnata. Aut à Lucill. qui apud Donat. Comm. Terent.

Viciimus διστι, & magnam pugnauim pugnam.

Liu.lib.8. *bellum à Consulib. bellatu*. & lib.9. *pugnam pugnau*. quod repetit lib.40. Latini hoc à Græcis. Aristoph. Plut. μέμψιν μέμψουσι. ibid. λῆπτον ληρεῖ. Quem in locum notat Schol. esse hanc phrasin, & figuram Atticorum, adiucans hanc exempla, μάνιαν μάνην, φέρει. Tucyd. lib. 1. πόλεμον πολεμώντων. & ab utroque Xiphil. πόλεμον πολεμώντων. Volui hoc loco hac libare, plenius lib. 12. ad illud, *furem furorem*.

4. POETAM.] Verè allucinantur, qui hanc vocem Fata mutrabant ad duplēcē significacionem, in sermone fieri, vniuersitatem animalium. Semper enim in sermone animalium significat leuatam partitum feminam. Plin. lib. 8. cap. 16. Loquens de leona, *cum pro catulis fera dimicat*. Silius lib. 10.

*Haud secus ac Libycæ fæta tellure leona,
Inuidunt rapidi iam dudum, & inania tentant
Non dum sat firmo catuli ceramina dente.*

Dixi signatè, in sermone animalium; nam extra hunc exempla supponunt contrarij significati. Ego iam illa alibi, nunc Silium offero, qui lib. 11.

Multa fæta gerens ira precordia Pernis.
Vbi fæta precordia sunt, que adhuc æstuant, ira concepera. Vide 1. Æneid. ad illud, *loca fæta furentibus Aylris*.

5. MAVORTIS IN ANTRÒ.] Explicui, ut vidi. Martis an-

sti; nam Seru. adducit illud. Fabij, *Speluncam Martis*.

Itaque dicit, procubuisse lupam in antro Martis; non lupam Martis fuisse fæta in antro. Huc pertinet Sidon. qui de historia eadem, *Antra Rhea* dixit, locum postea adducam.

6. LVPIAM.] An vera hæc, an femina huius nominis, oriolum sit querere, vbi existant Liuus, Dionys. Plutarchus. Sed Poëtam de vera lupa intellexisse, clarum. Similes successus illorum, qui nutriti à feris, lege apud. Alex. 2. Gen. cap. 31. Vide & Lupa multorum narrat. Ruminali. Lege etiam Elian. lib. 12. Var. Hist. c. 42. & lib. 13. cap. 1. vbi successus Atalanta simillimus Romulidis. Et natales Lycaoni, & Parrhasij Regum Arcadiæ apud Plut. de Fort. Rom. qui eriam nutriti à lupa; & historiam Aesculapij apud Paul. Corinth. De historia Romuli, in qua sum, audi Plinij iudicium lib. 8. cap. 17. *Quæ de infantibus, ferarum latte nutritis, cum essent expostis, producentur, sicut de conditoris nostris à lupa, magnitudini fatorum accepta ferri equis*.

Locorum similitudo.

quam ferarum nature arbitor. Adduco locum Sidon. A est, quod dixit Seru. Virgilium expressisse gestum, quem in ipsius lupa cornimis statutis. Existimo statuam illam, cuius meminit Dionysius, esse illam, quam Liu. lib. 10. faictam scribit ex bonis fœnecatorum:

Ad sicum Ruminalem simulacra infantum conditorum ubi sub uberbissima lupa posuerunt, videlicet Ædiles. Ad versum Virg. allusum ab Iuuenale Sat. 1. eo versu,

*Pendenteque Deos peritura ostenderet hosti,
id est, Romulum, & Remum pendentis de lupa.*

Scio versum hunc aliter ab aliis legi, & aliter explicari. Sed mihi quoque meus genius. Ad rem. Virg. allusus Propert. Eleg. 9. lib. 3.

B *Eductisque pares fænetri ex ubere Reges.*

9. LAMBERE MATREM.] Dionys. lib. 1. εἴδετο Lambo, στελές Θήτης τοις σφραγίσας αὐτῶν, καὶ τῷ γλωττί τῷ πυλάῳ, γραμματάριστος ήταν, ἀπλήκεια: *Dabat illis mammæ, & lingua abstergebat lutum, quo erant pleni.*

Menachmus, & pīcta, timet,

Claud. quoque Paneg. Olibr. & Prob. simili histria clypeum ornat,

*Et formidato clypeus Titana lacefit
Lumine, quem tota variarat Alniciber arte.
Hic paurius Mavortis amor, fortisque notans
Romulei, post annis inest, & bellua nutrit:
Electro Tyberis, pueri formantur in auro,
Fingunt era lupam, Mavors adamanta cornescat.*

GEMINOS.] Id est, vno parti editos. Plut.

Menachm. eo loci, quo seruus Menelio agnoscit

Menachmum virtutem.

Vier eratis, tunc an ille maior? Men. & quæ ambo pares.

Men. Quæ potest? Men. Gemini ambo eramus.

Et obserua obiter geminos vocari à Plauto pares. Inde est, vt festa illa Natalitij Roma dicta *Palilia*. à Pale Dea, à multis dicantur *Parilia*, à parti Ilia, quæ pares geminos edit Remum, & Romulum. Postò ad locum Plauti adductum allusus Varro lib. 9. Lin. Lat. *In geminis, cum similem dicimus esse Menachmum Menachmo.*

8. LVDERE PENDENTES PVEROS.] Scribit ex Q. Fabio Pictore Dionys. lib. 1. Antiq. suo uno Romæ Sacellum extitisse, vbi esset statua huius rei index; videlicet lupa duobus infantibus mammas præbens, opus antiquum, atque ex ære. Statua Romuli lactantis meminit Cic. lib. 2. Diutinat. Credendum allusisse Poëtam ad hanc statuam. Et hoc

Lupa Romuli.

IO. TERETI CERVICE REFLEXAM.] Ex Lucret. Teretis cer-

uix.

Atque ita sufficiens tereti cervice refixa.

Cic. etiam ex Arato de Nat. Deorum:

Obstipum caput, & tereti cervice reflexum.

Catull. de Acme & Septim. *Leuiter caput reflexens.*

Virg. iterum in 10. *reflexa cervice.*

II. MVL CERE.] Hinc Sil. lib. 5.

Cen freuum lupa permulcens puerilia membra.

635 ^a Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas

Confessu caueæ, Magnis Circensibus actis

Addiderat. ^b Subitoque nouum consurgere bellum

Romulidis, Tatióque seni, Curibúsque seueris.

^c Post idem inter se posito certamine Reges

640 Armati Iouis ante aram, paterásque tenentes

Stabant, & cæsa iungebant foedera porca.

^d Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ

Distulerant (at tu dictis Albane maneres)

Raptabatque viri mendacis viscera Tullus

645 Per syluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.

D factum verè improbum. Sed quid illud?

Confessu caueæ Magnis Circensibus actis.

Raptas fuit Sabina mens. Mario in Confusilibus, qui dicti etiam Magni Circenses, ad quos ludos cum finitimi conuenirent, non solum viri, sed feminæ, occasio præbita est raptus. Ergo ait. Addidit Vulcanus Sabinas raptas in confessu caueæ, id est, cum populus spectaret in Circo; nam Circum vocat caueam, actis Magnis Circensibus, id est, cum agerentur, ut explicat Seru.

^b Multa aliae raptas sunt; nam non vni Sabini

conveniente ad ludos; sed illi tamen præ ceteris doluere rapi suas filias. Itaque, statim confundunt in bellum contra Romanos duce Tatio. Vocat Ceres,

id est, Sabinos, seueros à mortuorum grauitate. Scio ab

Y alii

EXPLICATIO.

^a ROMAM Vulcanus iuxta Remum, & Romulum effinxit, & raptum Sabinarum, quod Corda in *Æneid.* tom. 2.

piendi necessariò Vitru. & Tibull. quos iam addu-
xi. Nam prius id clarè: alter indicat ex mentione
illa Iouis. Nam *rī in Iouis arcē*, est, in arce Iouis Ca-
piolini. Adiice etiam de hac eadem capiendum
Id est, non uno tantum ostio; quia videlicet sex aliis inuidit pontum Euxinum.

25. DAE.] Ita legendum, non, Daci, aut Daca. nam in his pugnat syllaba. Deinde Dae viciniores sunt Araxi. Ita etiam Sil. lib. 13. cui peruvia Baltra, Dae, non, Dace. Verum est, dici ab Steph. Daa, & Daa esse cosdē. Fortasse etiam & in Sen. Thyes. legendum, qui Sparfor agitam Daa, non, Daca. Vide Delr. Nou. Comm. Aliqui scribunt, Daha, & inde error in Daca.

26. PONTEM INDIGNATVS ARAXES.] Volunt allusum ad historiam Alexandri, qui cum veller transgredi amnem hunc ponte fabricato, inundans aqua pontem diruit. Vide Isid. lib. 13. c. 21. Postea verò Augustus firmiore ponte illum ligavit, vt ait Seru. Itaque hoc Vates ad Augusti gloriam. Seruianum hoc firmat Stat. 1. Syl. patiens Latij tam pontis Araxes. Alij autem respectum ad. historiam Xerxis, qui conatus est hunc fluuium pontibus confundere. Ad easdem historias Sidon. Paneg. Anthem.

non vi mihi pressus Araxes

Impetu sub ponte fuit.
Et Claud. 1. Ruff. ad finem

FINIS LIB. VIII.

P. VIRGI

23. EXTREMIS HOMINVM MORINI.] Plin. A lib. 19. cap. 1. Ultimique hominum existimari Morini.

Phasis equo, ponēisque pati cogunt Araxes. — calcabitur asper. —
Ab eodem in 4. Conf. Hon. impacatus dicitur. Stat. 5. Syl. dat illi feriātem, & exultantiam, cū ait, feriā exultabūt Araxes. Haec omnia non abeunt ab etymo huius fluminis, quod dictum ait Eusthat. ē της ηξιτωτης επαλλ. Fuit verò veteribus genus quoddam superstitionis, vt putarent annis ipsos vaticinari cū inundarent, indignarenturque magna aquarum mole. Inde est, vt ad haec vaticinia allusifc Virgilium credant aliqui. Fauet locus Taciti lib. 1. Ann. vbi, inundante Tyberi, censetur, vt adeat, tanquam in re diuina, libri Sibyllini. & lib. 1. Hist. vbi cōmemoratis signis alijs Romanæ clavis, dicit pricipuum fuisse subitam Tyberis inundationem, in qua situs futuri exitij pavor. Huc pertinet historia Albani lacus, qui neque cœlestibus imbris, neque ullius annis inundatione auctus prædictis fore, vt Romani Veios vincerent. De qua historia videndus Val. Max. cap. 6. lib. 1. Plutar. in vita Camilli, & Liu. lib. 5. Contrā de Nilo Plin. lib. 5. c. 9. vbi ait, hunc amnem minimo incremento inundasse bello Pharsalico, veluti necem Magni prodigio quodam flumine auersante. Porro Araxen dici à Barbaris Erus, Simocatta scribit lib. 3. Hist. c. 6.

27. INDIGNATVS.] Ita dictum à Plut. (ait Vi- Etiorius lib. 36. cap. 10.) ἀγριωτος de vino, quod aqua feruer, & se claudi agre patitur, neque vult vase contineri. εἰς τὸν εἶδος δὲ μόνον ζεύς, καὶ ἀγριωτες. De mari Valer. 1. Arg.

Oceanus Phrygios prius indignatus filios. Pati emphasi Claudio. 6. Conf. Hon.

Atque indignantes in iura redegerit Arctos. Sed ira iste imprimis Araxi conueniunt, qui ab Appiano in Parthicus dicitur ē βάθει καὶ ορεώντων, asper profunditate, & rapiditate.

28. IGNARVS IMAGINE GAVDET.] Non abit Ignarus ille affectus lib. 6.


Incendiisque animum fama venientis amore.

Et Claud. de Nuptiis Honor.

Letauitque tamen.

Doct̄e Germ. ait in hac imagine respectum ad ἀγαλματα; nam hæc vox της τὸν ἀγαλματα, ideo adiungit gander. Sed quid proprie sit ἀγαλμα, plene docet Heral. in Notis ad Arnob.

29. ATTOLLENS HYMERO, &c.] Ita lib. 5. Epig. Αγελα μηδε βαροπατητηραδον την αερον:
Attollens hymoris terribilem Egida.



P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIBER IX.

ARGUMENTVM.

APPARET Iris Turno feriāti paternis manibus, bortatur ad bellum ex occasione absentis Æneas; agnoscit ille benignitatem Deorum erga se, ac dicto citius it iam agmen contra urbem Launum, ubi Troiani: claudunt hi statim portas, hoc enim Æneas abiens præceperat, ne se absente aleam belli subirent. Vult illos Turnus ad pugnam elicere, nec potest, cogitat classem incendere, cui ut succurrant urbem relinquunt, sed naues tamen Deorum miseratione in Nymphas conuertuntur, atque euanunt periculum noua illa metamorphosi. Obstupescunt Rutuli, tamen audacior Turnus prodigium in sui utilitatem conuertit, & ad exitium Troianorum, quibus fuga iam adempta, via unica ad salutem. Itaque stant in armis Itali, & Troiani; illi intenti obsidioni, bi defensioni. Custodia portæ data est Niso, atque Euryalo, quo iaciturn semen ad futuram narrationem. Hi enim duo amore gloria incensi, decernunt ire ad Æneam (hic tum cum Euandro) per medios hostes numiatiuri periculum, in quo erat Ascanius. Obtinent ab hoc eundi facultatem, intercipiuntur ab hostibus in medio itinere, & cadunt, editis prius maximis virtutis argumentis cum strage hostium: apparent in contis capita, que Troiani vident lacrymabundi, quo in tractu tunius pricipue matris Euryali lacrymae cernuntur, querela audiuntur. Post quos gemitus tuba virisque militem excitat, fit testudo hostium ad oppugnandam urbem, Troiana turris igne expugnatur, sunt permista cædes, fæda & varia vulnera, tragicè omnia. Interponitur Ascanij facinus, qui Numen interficit petulanter in Troianos debacchantem. Adebat spectator & laudator virtutis Ascanij Apollo, exemplo iuuenis acris pugna sanit, sed pricipue spectatur virtus Pandari, & Bitiae fratrum, qui ausi portas aperire occasionem dedere cruentissime cædi. Audit Turnus apertas portas, & ruit illico, primò Bitiam interficit, Pandarus ut tanto malo maledicatur portas claudit, sed rem pessimam, nam irrumptit Turnus ignoratus intra mœnia. Primo omnium Pandarus vincitur, deinde edit stragam miserandam solus ipse intra mœnia. Audient cladem Troiani Principes, aduolant statim, & unus imprimis Mnestheus fugam suorum sifit, incumbunt omnes in Turnum, qui nequit resistere telorum multitudini, atque ita in fluuium ex muro deflit, redditque ad suos letabundus, patrata prius ingenti cede.

ATque ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Irim de coelo misit Saturnia Juno
Audacem ad Turnum. Luco tum fortè parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.

S5 Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.
Turne, quod optanti Diuūm promittere nemo
Auderet, voluenda dies en attulit vltro.

Corda in Æneid. tom. 2.

A a

Æneas,

COMMENTARII

cunti aderant. Fuisse hoc è disciplina Persatum, Curius aperit: ne diuidi quidem copias posse seruari more majorum, qui vniuersas vires semper discrimini bellorum obtulerim. Applaudit plurimum locus Soph. Elect. vbi pedagogus concitat Orestem, & Pyladem ad inundandum domum Clytemnestra, cùm ea sola est, antequam adueniant, qui possint defendere. Versus illius sunt.

Σφῶν δὲ οὐτέποντες τὸν παρεστόντον, ὅτι
Νῦν καὶ πάς ἔρδειν. τοῦ Κλυταιμνήστρα μόνη,
Νῦν ἐτις αὐτῶν ἐνθάδε τοῖς δέ φίξεται.
Φορτίσθως τὰ τύπα τε καὶ σφωτέος
Ἄλλοισι, τέτταν πλείστον μαζεύειν:
Vobis autem edico, qui afflatis, quod

Nunc tempus rei gerende, nunc enim Clytemnestra fala est,

Nunc vir nullus est inuis: si vero differetis,
Cogitate, quod cum his, & prudentioribus aliis,

Cinque pluribus, vobis deinde dimicandum erit.

Sceptrum, pro Rego. 13. **SCEPTRA.**] Id est, Regiam, aut opes Euandri. Sic Sophoc. Elect. οὐκ οὐσίαν εἰμένειν, administrare sceptra, pro, Regnum administrare. Simocatta lib. 8. cap. 10. Hist. οὐετοῦ συντεγματοῦ τοῦ τετραγράμμου εἰπεῖται: Tyrannus eligitur sceptrorum dominus, id est, Imperij.

14. **PALATINI.**] Hac forma Mart. lib. 9. Ep. 40. Palatino Tonami. & sape alibi. Vindicianus, qui vizuit sub Valentiniiano Augusto,

Templa Palatina subiit sublimia Roma.

Ducta est forma à Palatio, quod Euander construxit, & ita vocavit à Pallante filio. Inde etiam & dominus Augusti dicta est **Palatina**. Atque etiam ab eodem Euandro **aula Parthasia** à Martiali lib. 8. Ep. 36. & lib. 12. Ep. 15.

Sedes de domo Principis. 15. **SEDEM.**] Sic dictas domos Principum, ex hoc Virgilii, & ex illo Claudiani 3. Honor. ut ventum ad sedes, alij iam notarunt. Sed potuissent certius aduocare ad rem suam illud eiusdem Claudi. 6. Honor.

Hand alter Latia sublimis signifer aula

Imperijs sydus prima cum sede locauit.

Lectio Virgiliana. 16. **PETIT.**] Hoc malo, quam petui cum Erythræo, & petui cum Politiano, ac Turnebo. Nam Erythræus peccat contraria syllabæ, neque defensio eius ad guttum. Duo alij, tametsi defendi queant, qui dicunt positum petui pro petui, sed certius est, coitum illuum melius contrahi ex petui, quam ex petit. Ut cuncte, certum est extremam hanc syllabam produci usq; frequentissimo. Lucet. lib. 1. virtutem irritat animi. & 6. Disturbat urbes, & milena.

Coriti finis. 17. **EXTREMAS CORITI, &c.**] Ita in 10. sibi consentiens, Coriti de finibus. De Corito iam alibi. In scriptura haec. Nam vidi Coritum, Coryum, Corythum. Extremum probat Delrius in Sen. Hæsit, credo, etymologia trita.

Lydi, id est. Thusci. 18. **LYDORVM.**] Thuscos intelligit. Nam Lydi, Tyrrheno duce, in Italiam venere, & Etruria partem magnam occupavere. Sic 2. Aeneid. Lydius Tybris, id est, Thuscos. & 10. gens Lydia, de Thuscisi.

Colligo, militare. 19. **COLLECTOS.**] Parti verbo Græci. Soph. Elect. Αγαθούνοντες στρατευούσι αγέρατος. Cyrill. in Iohann. cap. 3. στρατεύειν τε ιδού πρός μάχην τοῦ θόνου. Isidorus lib. 7. Bell. cap. 2. στρατιωτικὸν συνεγένετον. Diversa omnia sunt, αγέρω, συλλέγω, συνάγω. Plutar. in Nicia flexu alio, εἰς τὸ δέσμον καταλαβεῖσθαι δότον αγέρατος οὐχίον: turbam ex agris in urbem conducentis.

20. **ARMAT AGRESTES.**] Dixi iam in Georg. nullum esse hominum genus opportunius gerenda in bello rei, quam rusticos. Hic denuò offero Hippocratem, qui lib. de Aer. Loc. & Aq. iudicat εἰς τὰ Agrestes ap̄i bello.

A πολέμια αἰχνεῖς, μείζοις ad bellum, homines εὐαγκεῖ, λογεῖ, διηρωτέμενοι, ἀντίονται, διατίσοι, διοργανοί, αἰχνεῖς, artificiis difteret, rigidos, hirsutos. Qui hi, nisi, vt plurimū, qui rusticī? Post cladem Cannensem ait Valer. lib. 7. cap. 6. à pastoralibus casis collecta mancipia, ad bellum Huc pertinent illa Pacati Paneg. Theodos. Sic agrestes Curij, sic veteres Coruncani, sic nomina reverenda Fabricij, Cincinnati, cùm inducā bella suspendebant, inter arata viuebant: & ne virtus quiete languesceret, depositis in gremio Capitolini Ionis laureis, triumphales viri ristabane. Eodē trahit Varro in Birnū: Aut & atui nostri, cùm allium & cape verba eorum olerent, tamen optimè animati erant. De Achille Hom. Iliad. 22. μινθής ἀχειρ. & de Diomedē lib. 6. ἀχειν ἀχειτον. Que quanvis duci queant à feris, sed necfio, cur non etiam ab agrestibus viris? A Plut. in vita Crassi pastores & bubulci, qui collecti ad bellum, dicuntur πλάνοι, ut pugnaces, & bellatores.

21. **NUNC TEMPVS EQVOS, NUNC POSCERE CVRRVS.**] Figurata locutio, pro, poscere equos iungendos curri: aut, currus, quibus iuncti equi. Est verò simile illud Orestis apud Soph. Elect. exhortantis senem ad eadēm Aegypti.

— Kaiρὸς γέ, οὐτεπεπειράσθαι
Μήτις γέ παντας δῆται οὐτεπειράσθαι:
— Tempus iam est, quod inter homines
Omnibus in rebus maxime dominatur.

C Est videlicet tempus rerum gerendarum arbiter, & iudex. Idem Antig. ponit καιρὸν in re illa, qua magni interest. Itaque hoc loco Poëta καιρὸν respicit, non γένον.

22. **RVMPE MORAS OMNES.**] Credo duci locutionem à re nautica. Nam qui festinant è portu egredi, non soluunt, sed rumpunt funem.

23. **PARIBVS.**] Verissimè explicui. Bulengeri Pares, explicatio lib. 1. de Circ. cap. 57. qui accipit paribus quid. pro, duabus, ατενθ. Seneca, quem aduoçat, nihil ad rem. Ait enim parvus dici ab illo 2. de Benef. qui duobus tantum equis vehabantur in Circu; & as parvum esse duplex stipendum. Seneca (inquam) finit. Parvus quādūl condicuit, in quo parvus sunt conciliatores, & sic dicam, interpositores, aut intercessores.

D nominant medianeros. Nescio, qui Bulengeri venit in mentem illud de equis duabus. Verba Seneca lib. 2. de Benef. c. 23. Quidam nolunt, nomina secum fieri, nec interponi parvus, nec signatores aduocari, nec chirographum dare. & lib. 3. c. 15. Adhibentur ab virisque parte testes, ille per tabulas plurimum nomina, interposuit parvus facit: ille, &c. Illud etiam, quod de επειράσθαι scribit, possum existimare esse falsum; nam Seruius, quem testem in hoc loco aduocat, nihil tale. Laudarem portius Donatum, qui explicat parem nixum in volatu, nam si ala vna esset debilis, non aptè si fieret. E contrario Simocatta lib. 6. Hist. c. 11. de curru, qui inaequaliter trahebatur, εστραφόντες & διατίσοντες, quia videlicet trahentes currum non paribus simul nixibus laborabant. Sed satis de re leuicula.

E 24. **INGENTEM.**] Ita in Georg. ingens arcus. De magnitudine arcus videndum Seneca.

25. **FVGA.**] Ad explicandam céleritatem. Inde à Gracis επειράσθαι dicitur Iris, & πολύμετρος ἀγέρατος.

26. **SECVT ARCVM.**] Quippe fingebatur Iris Iris suo arcu velhi suo arcu, inde hinc ab illo separatur. Ouid. lib. II. vesta.

Ibidem: — arcuato colum curvamine signans.

a Agno

* Agnouit iuuentis, duplēsque ad sydera palinas.

Sustulit, ac tali fugientem est voce sequutus.

^b Iri, decus cœli, quis te mihi nubibus astantem

Detulit in terras? vnde hæc tam clara repente

Tempestas? video medium discedere cœlum,

Palantēsque polo stellas. sequor omnia tanta,

Qui quis in arma vocas. & sic effatus, ad vndam

Procescit, summōque hausit de gurgite lymphas,

Multa Deos orans, onerauitque æthera votis.

A 3. **IRI, DECUS COELI.**] Sententia planè Hom. Imitatio. 18. Iliad.

τε Στέλλα τίς γάρ οε Θεον έμοι εργάζεται μητές?

Iri Dea, quis te Deorum mihi nuntium misit?

4. **DISCEDERE COELVM.**] Alij hinc, descendere. Dilcedo, de fulminibus,

Sed probo vulgariter lectionem. Nam eo verbo si-

gnantur chasmata, & hiatus. Vide me 3. Georg. ad illud, scena ut versis discedit fromibus. Idem dicit Virg.

quod Lucret. 6. cali diuīs paribus, & 8. calo aperio. & 3. abrūptis nubib⁹. Et procul dubio à Lucret. qui,

monia mundi discedunt, pro, hiant.

5. **PALANTESQUE POLO STELLAS.**] Fulgetra

B intelligit, & voluntates scintillas. Vide quæ iam latè

1. Georg. ad illud,

Sepe etiam stellæ vento impendente videbis

Principes colo labi.

Vbi de hac re diuabus Notis, videlicet 18. & 19.

6. **SEQVOR, &c.**] Similis locus lib. 4. Sequimur te sancte Deorum, Quisquis es.

7. **HAVSIT DE GVRGITE LYMPHAS.**] Ita scili-

lotio ante

precios. Nonnus lib. 29.

— Τιτι καρπας επειρε, τοι εὐχει μητέρα γῆν:

— Aquamanus leſtros, & precare matrem terram.

Hom. 9. Iliad.

φέρε οἱ χερσὶ θύμη, ἀνθρακῖσι τε κελισθε,

Οφρα διὶ Κρονίδῃ αρπούμεθα οἴεντοι:

Forte autem manibus aquam, & linguis fuisse iubete,

Vi Ioui Saturnio supplicemus, si misereatur.

Hesiod. 2. Erg.

Μίδε ποτε οἵ θεοί Διὸς λειβεῖν αἴθοται θύνον.

Χειρὶς αὐτοτοῖσιν, μηδὲ ἀλλοῖς εὐθετοῖσι:

Νεque unquam manε Ioui libato nigrum vinum

Manibus illotis, neque aliis immortilibus.

Sumpit ab Hom. qui 6. Iliad. ore Heitoris.

— Χειρὶς δὲ αὐτοῖσιν Διὸς λειβεῖν θύνον

Αἴθουσα,

Manibus illotis Ioui libato nigrum vinum

Vener.

D Clemens Protrep. reprehendens Gentiles. λειβέμενος φασι διὸν θεοὺς επειράσθαι, καὶ ταῖς εὐχαῖς λιταῖς καὶ λαμπραῖς: Aīum oportere lotos, & mundos, atque splendidos accedere ad sacra, & precos. Tertimonia alia moris huius inuenies lib. 8. vbi precaturus Aeneas Tyberim, vndam de fumine palmis sustulit.

8. **MVTA.**] Ita in 12. Multaque se incusat. Cæcina Ciceroni lib. 6. Fam. Muta Deos venerari. In his, & aliis ponit multa pro multis volunt vulgares Grammatici. Ego subandio εἰς μορέος Græco; ut cum ait Soph. Elect. βιασθεὶς πολλα. iterum: πολλα εἰς τρίσα, id est, εἰς πολλα.

25. ^a Iamque omnis campis exercitus ibat apertis,

Diues equis, diues piastai vestis, & auri.

^b Messapus primas acies, postrema coercent

A a 3 Tyrri

COMMENTARII

Sic ubi se magnis refluxus suppressit in auris.
& addit à se elegantissime, sumant deserta gurgite valles. Fluminum Tyberim redeuntem ad alucum vocat Tacit. i. Ann. relabentem iterum: coirendi flaminis.

Puluis nuntius hostiū.
13. Hic SVBITAM NIGRO, &c.] Tale illud Liu. lib. 30. Densior deinde incessus tot hominum, equorumque oriens puluis, signum propinquantium hostium fuit. & Si moccata lib. 2. Hist. c. 3. ērei ἡ τὸ πολέμιον πρεφενόντα ἦν οὐκέ πολλά: ubi adele hostilem aciem ex multo puluere intellectum est. Polyb. lib. 3. αὐτὰς τὸ πλησιάζειν εὐτράχας καὶ συντένειν τὸν πολεμόντας, οὐδεις οὐκετατοῦντος πρὸς μέλην: simulac oris puluis propinquantium hostium signum ambobus dedit, acies virisque ad prolium impetu euperior. Romani apud Sallust. in Iugurtha. addele sentiunt hostem, cum ex improposito pulueris vim magnum animaduertunt.

Nigredo de puluere. Glomero de codem.

14. NIGRO.] Eurip. Elec. νειλαντα κόνιον.
15. GLOMERARI.] Significantius Homericus.
35. ^a Primus ab aduersa conclamat mole Caicus:
Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atra?
Ferte citi ferrum, date tela, & scandite muros:
Hostis adeat, eia, ingenti clamore per omnes
Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.
40. ^b Namque ita discedens præcepit optimus armis
Aeneas, si qua interea fortuna fuisset,
Neu struere auderent aciem, neu credere campo:
Castra modò, & tutos seruarent aggere muros.
^c Ergo, et si conferre manum pudor, iraque monstrat,
Obiiciunt portas tamen, & præcepta facesunt,
Armatique cauis expectant turribus hostem:

B

ARGUMENTVM.

Animaduertit primus omnium Caicus aduentum hostium, occludit Troiani portas urbis, ex præcepto Aenee.

EXPLICATIO.

^a R AT forte Caicus in urbis mole, per quam nihil aliud intelligo, quam turres pro muri adstantes, & illis annexas, de quibus postea Poëta loquitur. Erat verò hæ moles aduerteria venienti agminis. Ergo ille, vt vidit caliginem à puluere excitatam, & hoc signo adesse præsentiens hostem, clamare cœpit, ferrent ferrum, darent tela, muros scandarent. Quo auditio Troiani illid portas muniunt, & muros occupant.

^b Hoc videlicet Aeneas præcepit, cum profectus est ad Euandrum, rei bellica scientissimus; vt, si quis belli casus se absente contigisset, portas clauderent, neque tentarent bellum aleam aequo cum Rutulis certamine.

^c Pudor, atque ira Troianos ad exendum horabantur: contrà præcepta Aeneas verbant ne exirent: vici obedientia militarem ardorem. Itaque hostem expectant in turribus muniti armis. Est monstrat, horritur, vt ait Servius, vel, suadet, vt Muretus.

N O T A E.

1. GLOBVS.] Non dissimilis hæc forma militum ab ea, quam Sallust. Iugurtha. vocat orbē, cùm ait: litum. Romanī, si quos locū, aut casus coniunxerat, orbes facere: atque ita ab omnibus partibus simili testi & infraest, hostium vim sustentabant. Homer. λεπε διαδεῖν, quasi turmarim & congregatiōnem.

2. CALIGINE VOLVITVR ATRA.] Ductum Imitatio. volunt ab illo Furij Antie,

Omnia notescunt tenebris caliginis atra.
Amian. dicit lib. 20. Cœlum subtexum caligine cerneatur obscuria. Ibidem ad saporem Poëta: Vmbrarūm que nigramib⁹ involvuntur globis.

3. FERTI CITI FERRVM, &c.] Äqualis præcipitanitia in illo lib. 4. ore Didus.

Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

Quem ad locum attuli Aristophanem, & Propertium, nescio an alias. Subiungam hīc eiusdem notæ loca. Sophoc. in Aiac. 10., ἐγνοει, σύγκειψε: in, accelerat. Idem Elec.

Ελεῖται, αἴρεται, τιθεται πατέσθαι
Φένει περιπέται.

Venite, ferre opem, ulciscimini patris
Cedem nosfri.

Æschyl. Prometh.

Στέλλεται, κοριζεται, σάλεται παραποται
Perge, propera, reine hanc mentem.

Latinis pari præcipitanitia. Lucilius lib. 28. Dindans, differant

Locorum

similitudo.

IN IX. ÄNEIDOS.

285

A uerū dīcīpēm, Iliad. 23. & Sophocleo, uerū dīcīpēm φορεῖ, in Elec. attollit enim, & ferri vulgaria sunt.

16. N V B R M.] Tranfer huc, quæ dixi lib. 8. ad Tenebra de illud, oculisque sequuntur Pulscream nubem. & hīc ad codem, iice Ammian. lib. 20. vbi sumi nubes, quod vicinum puluere. Stat. etiā lib. 4. nubem dixit de puluere. & Calab. lib. 2. ingentem vim pulueris comparat cum nubibus. Omitto locum, vt longum.

17. T E N E B R A S I N S U R G E R E C A M P O.] Hom. 13. Iliad. uerū ὁμίχλην, caliginem pulueris, Calab. 2.

— αἱρεῖται κόνις πεπόντης αἱλετεῖν
If fā te καὶ φας οὐ πεπέριφεν πέλαιο
Αἰτεῖ θονταί.

— volutabat ante pedes puluis molestus
Qui Solis claram lucem obrescit
Obumbrae aetherem.

Coniunctio
nes tardan
orationem.

adductus locus Demosthenis, & Vlpiani. At enim Vlpianus orationem vnis tantum coniunctonibus tardari. Sic ego soleo expedere verbum. Soph. in Elect. hunc,

Hερμηνεῖται οὐδὲ περιέρχεται
Abstuli, & seruauit, & eduxi.

Loquitur videlicet Pædagogus cum Oreste, quem è patria furtim abstulerat, ne intliceretur via cum patre Agamemnon. Et tametsi aufercatur ad salutem, sed cum dolore, vt in exilium: ideo coniunctiones illæ ad indicandam ægritudinem.

4. EIA.] Esse hoc Ennius, qui eia mœchera, Seru. notat. Ego puto, particulam hanc referendam ad Caicum, vt hic dicat: Hostis adeat, eia. Itaque se frustra Seru. lassat. Ita quoque ad loquenter retulit Sidon. epist. 9. lib. 1. Tum patronus, eiu, inquit, Soli meus.

5. C O N D V N T S R.] Aptat huic versui Germ. verba Iulij de Bell. Gall. affinia: Portas claudere, murum completere cuperunt. Ut hīc, complent manū, ita Liban. Declam. 15. ἐπιτίθεσθαι ταῦται. & Ammian. lib. 20.

Cuncta oppidi membra compleuerunt. Loquitur de militibus qui occuparunt loca omnia vrbis. Polyb. lib. 3. loquens de Annibale. ταῦτα μὴ λαβεῖν πεπληρωθεῖσα.

6. M O E N I A.] Sigñificat propugnacula, & turres, quæ in muro erant. De distinctione harum vocationum iam alibi. Ita Sallust. Iugurtha. in obsidione vrbis vnius: cuncta mœnia exercitu circumuenit.

7. O P T I M V ARMIS.] Ita à Val. 1. Arg. optimus hæsta, vt Hom. 4. Odyss. ἐπεινεινειει. Sed Virgilii mens altior, quippe qui Aeneam ita vocet, non tantum ab armorum tractatione, sed à consilio, quo suis prouidit, præseruit filio Ascanio, quem noluit pugnare aperto campo. Timuit enim pater filio. Ennius Probus in vita Thrasybuli: Præceptum illud omnium in animis esse debet, nihil in bello oportere contemni, nec sine causa dici, matrem timidi flere non solere. Mutat ad rem: patrem timidum flere non solere. Sed de prouidentia ducis omnia complectentis, etiam cùm absens sit, est locus apud Polyb. lib. 3. vbi Annibal præcepta dat Afrubali, cùm contingat separari ab inimicem. Tale & præceptum datum Syracusanis ore aruspicum apud l'ular. in Nicia. μὴ παταρημένος παχεῖ, ἀλλὰ αἰρεμένος. Dicebant videlicet aruspices, illos fore victores, si non committerent bellum, sed tantum propulsarent. Ceterum, præceptum, quo Aeneas Troianos communict, vt se intra muros continent, apud Calab. est lib. 14. vbi Polydamas ita loquitur cum Troianis.

Νῦν δὲ τὸν παραγόντον εὔτριπτον θηρεύτες
Μήνυμαν νύντε τε, καὶ οὐδὲ διεπούντε:
Νῦν igitur consensibus turribus bene munitis
Perseveremus nolles, dièque in propugnatione.

Imitatio.

Et adhibet rationem. Nam sic Græci vel remeabunt in sua, vel desperabunt à nostris.

13. O B I C V N T P O R T A S, &c.] Tale Ammian. lib. 20. Propugnatores vīsi hosti longissime, clavis ocydis similitudo: portis, ingentibus animis porturessi discuterebant: & minas, fascias, tormentaque bellicula congerentes, cunctisque prostrantes. Et, stabant orares armati, multitundinem parati propellere, &c. Aliiquid ad hanc rem Sallust. Iugurtha. Vaccenses, ubi animaduertire ad se vorsum exercitum pergere, portas claudi.

14. T A M E N.] Consecutio harum vocationum, eis, tamen, elegans est, & testimoniis firmata ab Godes.

Variatur per hæc: eis, at: eis, attamen: eis, sed.

15. P R A E C P T A F A C E S S V N T,] Ab Faceſſore, Ennio, & Ascanio. Pſtor 1. Ann. dieta facſſum. Posterior: dietaſſor. Polyb. 3. Hist. πεθαψειν ὅτι
ἢ παραγγελομεν.

Turnus

COMMENTARII

- ^a Turnus, ut ante uolans, tardum præcesserat agmen
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adeo: maculis quem Thracius albis
⁵⁰ Portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra.
^b Ecquis erit mecum, o iuuenes, qui primus in hostem?
En, ait: & iaculum intorquens emitit in auras,
Principium pugnae, & campo sece arduus infert.
^c Clamore excipiunt socij, fremituque sequuntur
⁵⁵ Horrisono: Teucrum mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere. huc turbidus, atque hac
Lustrat equo muros, aditumque per auia querit.

ARGUMENTVM.

^a Antecessu suos Turnus pugna cupiditate inflammatus, provocat Troianos hasta in alium iacula, tenent se illi in manu.

EXPLICATIO.

^a Vix est Turno tarduus esse agmen suum; itaque non ire ille, sed penè vissus ante alios volare cum viginti lectis equib; inde adeo vrbi improuisus. Indicat, vix conditos intra mœnia Troianos, cum ille iam adfuit. Describit vero duo, quibus agnitus a Troianis (nam haec mens Poëtae) Turnus, equum, & galeam. Equus erat Thracius cum albis maculis, &c. &c. &c. ut loquitur Iosephus cap. 24. lib. 7. Bell. galea aurea cum cristi rubris.

^b Vix adfuit, cum ad suos conuersus, rogat, quis primus secum in hostem ruat? & verbum admittit ad explicandam celeritatem loquentis, imò facientis, nam à verbis statim ad facta. Itaque, abrumpit verba, & minuit orationem, ut hastam iaculetur, quo signum pugnae. Misso iaculo sece campo gloriabundus infert prouocans hostes verbis, hasta, corpore. Verbis, equis erit, &c. hasta, & iaculum intorquens, &c. corpore, nam campo sece arduus infert.

^c Dicit, quid tunc Itali, quid Troiani, quid Turnus. Itali probant factum, plauduntque suo duci sublato claimore, & fremitu. Troiani tenent se intra mœnia, non se campo credunt, non ferunt obuia arma, solum castra, adeo ut Itali mirentur, putentque eos esse inertes: quippe ad ignauiam referabant illorum cautum. Turnus huc, illuc cum equo discurre, lustrare omnia, quætere aditum, vel quæ non aditus.

NOTÆ.

- ^{1.} TURNUS, &c.] Hunc & sequentes versus adhibet Macrob. in exemplum sicca orationis, & opponit florida narrationi, quæ habetur lib. 1. de Chlоро, ab eo verso, Forte facit, &c.
^{2.} ANTEUOLANS.] Tale illud, ante malorum. & Amm. lib. 20. amegressis, & Fest. antefixa. & illud Sen.

A sepe inculcatum, inanteceſſum. Sallust. Iugurth. antenent. Indicatur vero Turni promptitudo in re beli. Inanteceſſi. Constantini Panegyristes: rapo agmine aduolasti. Dicitis promptitudo. Ammian. lib. 20. Occupantere voluerit Regiam. Eadem virtus praedicata à Polybio lib. 3. de Annibale, & Scipione, nam vterque præiuit agmen. De Coriolano Plutarchus, Mænitis apud patruis. De Timoleonte idem, iñ dñro apôstoli. De Trajan. Plin. Cum iam tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteire. Idipsum de Catilina Sallustius. De Hectore Homerus Iliados vndeclimo.

Autòs δι' εὐ πρότεροι μήτε φορίσαντες:

Inut ipse inter primos magna anhelans.

Laudat hoc in Pompeio Plurarch. quod iam sexagenarius promptissimus esset in rebus bellicis, adeo ut neque iuuenes vigentes atatis flore illum æquarent.

^{3.} COMITATVS.] Tum ex decoro Principis, qui non debet solus esse: tum ex belli periculo, in quo nihil negligendum.

^{4.} IMPROVISUS ADEST.] Tacit. 1. Ann. Chariis (hostibus) improuisus aduenit. Symmach. epist. 5. libr. 1. Quam velle deliciis vestris improuisus obrepere?

^{5.} MACVLIS QVEM THRACIVS ALBIS.] Con-

Equis sentit sibi, dixerat quippe lib. 5. Thracius.

— quem Thracius albis

Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, fronteque oftenat arditus album.

Itaque ex vtroque loco facile est coniectare, equos Thracios tum in pretio fuisse, cum albis maculis dicuntur. Et haec quidem esse videntur illæ bellū latente note, quas dat Stat. equo Domitianū, cui ora erant quos militares, misera nois bellū. Nisi quis Statium referat ad atras maculas, nam eidem 4. Theb. militaris equus describitur *discolor maculis avis*. Xenophon lib. 7. Anab. Thraci cuiudam attribuit *λευκὸν λαοῦ, equum album*, fortasse ab albis maculis. Ita interpretor Calabrum lib. 1. ab quo datur Penthefilea Amazoni *ἀράγοντας, equus varius*, atqui Amazones fuerunt Thracia. Rhesi equos, qui Thracies fuerunt, fuisse candidissimos, quis ex Hom. ignorat Iliade decima? Quem tamen candorem de maculis tantum capio; nam Eurip. in Rheso, qui de iisdem equis dixerat, *πάλαι χρώματα γενεσίου, equorum niae candidiorum*, postea se explicans ait, Rhesum venisse *εἰλέσθη τῷ πλάνῳ, equis variegatis*. Nec turbet te versus Eurip. qui Iouem pro Rheso nominat. Nam verò de Rheso loquitur. Quasi dicat. Tu o Rheso, quimihi es Iuppiter, venis cù equis variegatis. Adeunti clara hæc. Redeo. Non solum Thracij equi, sed omnes illi, quibus istæ maculae, prædicant

IN IX. ÆNEIDOS.

dicanturn militares. Homer. 23. Iliad. non de Thracio A hanc solemnitatem per Fœciales indicendi belli celebrarent, dedecunt operam, ut unus de Pyrrhi milibus caporetur, quon fecerunt in Circo Flaminio locum emere, ut quasi in hostili loco ins bellū indicendi implerent. Notetur apud Grecos pro hasta solitum iactari etiam faciem. Exstat *Fax ad dicendum* rei testimonium apud Eurip. Phœniss. *bellum.*

Ἐπὶ δὲ αὐτὸν ταύτας, σῆμα φοῖς.

Máx.

Pugna cruenta symbolum postquam fuit

Emissa fax.

Eunde morem etiam cum hasta Stat. attingit lib. 4. apud quem Dea belli

Prima manu rutilam de verice Larissio

Oftendit Bellona facem, dextrâque tribalem

Hastam intorsus agens.

^{10.} ET CAMPUS SESE ARDVVS INFERT.] Ostendit. Applaudit locus Soph. in Elect. vbi Orestes, ingressus in curule certamen, dicitur *λαμπτός*, idque *πάσαι τοῖς ἐνεὶ στέβας*, nam magna fuit admiratio astantium. Postea: *δρόμοι δι' ιωλές τοι φεύγει τοι τηρημά*. Quia videlicet videbatur par esse certamini praestantia illa, qua prædictus. Denique, *πάντας τοῖς λαμπτόμενοις γέρες*. Prodiit enim in medium ea ostentatione, quasi iam ferens præmium victoriae. Similes ostentationes facile esset colligere ex Poëtis, qui sicut certatores inducunt spectandos Theatris.

^{11.} CLAMORE EXCIPVNT SOCI.] Indicatur Clamor in applauso. Calab. libro quarto post orationem Ne-

storis,

Αγρεῖοι δι' αὔρα πάστοις ιπανθίμενοι ιπέσσονται.
Argiti verba omnia secundo excepterunt rumore.

In Hom. etiam lib. 12. Iliad. ita leges,

Ἄσπει φονικαὶ ήγειροι τοι δ' αὔρι επορεύεται.

Ηχοὶ θεσσαλοί.

Πι ille clamans præiuit, illi simili sequebantur

Clamore horribili.

Apud Calab. lib. 1. Ann. post orationem Percennij, adstrebat vulgi dicens *incitamenis*. Apud Polyb. lib. 3. loquenti viro Romano, qui erant in concilio *ἀνθρώπων*. Apud Ammian. lib. 21. post orationem Iuliani: *Mota est incitamus concio, & rerum cupida nouandarum, unanimes consensu voces horrendas immani scutorum frigore miscebant; magnum, elatumque ducem, & ut experitam, est, forumatum domatorem genium appellans, & Regum.*

Apud Simocatt. cap. 8. lib. 6. post orationem ducis, *ὑπότοις τοι τοῖς αὐλίοις αὐτοθεοῖς: plausum concio suffulit.* Et in re simili cap. extremo libr. 4. multitudine *ιπαρετῶν ἑπότε*. Apud Plurarchum in Orthon. quorundam oratio excepta est *μετέ των τοιούτων: Plausum istū multitudinis Sidon. Lepe per frigorem. Vide epistolam 11. lib. 1. Glossæ explicant per *ὑπότοις*, & per *οὐλίοις*.*

^{12.} AEVO CAMPO.] Nihil frequentius, quam aqua loca pro campestribus & planis. Hæc Sallust. de campestribus.

Belli denuntiandi mos. Hunc bellū denuntiandi ritum attigit & Graci. Aptid Liban. enim loquitur Menelaus in Declam. vbi sermo est de Paride, aitque, ut Paris sruatur Helena, si τοι ἔχεις τοι φανερόν αὐλίον, τοι καὶ τηρημά, & βέλος αὐτοῖς, & δρόμοις αὐτοῖς, inimicis, palam denuntiantur, si subtili contra illos mani, & telo emfisi, atque arreptis lancea fecit imperium. Hoc ipsum de Alexandro Iustinus scribit libr. 11. cum primum ille hostilem Persarum terram attigit: *Cum delati in continentem essent, primus Alexander iaculum, velut in hostiles terram, iecit: armatisque de naui tripudianti similis profuit, atque ita hostias cedit, precatus, ne se Regem ille terra innite accipiat. Fuit vero tanti momenti hic denuntiandi bellū ritus, ut scribat Seru. hunc in modum: Cum Pyrrhi temporibus aduersum transmarinum hostem bellum Romani gesturi essent, neque inuenirent locum, ubi*

fouere causa contumeliam. Eam de campis, quæ solum lib. 1. ann. post orationem percennij, dicitur. *Επειδὴν τοιούτων αὐλίοις.* Apud. 4. Georg. midos fouent, cum clausi in latebris. Potes huic loco accommodare verba Plin. Paneg. Traiani: *Sed, vbi proximus tu, illi quidem latibulis classi tenebantur, nostra agmina percusseris.* Et illud Claud. Bell. Ger. in pecorum morem formidine classi. Hæc enim omnia nata ad contumeliam. Unde Polyb. lib. 3. loquens

COMMENTARII

loquens de Fabio, quamuis dicat illum detraetasse. A *difspersens.*
 15. *LVSTRAT EQVO MVROS, &c.*] Amm. lib.
 21. *Suburbana omnia circumibat, diligenter inquirens, quia vel machinis posset patefactam irrumperemus civitatem.* De Hercule Theoc. *ad. 25. opus epurav.* Et nota, loqui Lustro, de Poetam cum respectu ad feras; nam statim adducatur comparationem lupi. Ita Iohann. Chrysost. Paneg. Luciani Martyris loquens de Tyranno, *τύρανος, circumibat querens, quasi fera, quae ouilia circumvit & iustrat.* Ita Oppian. de leone 4. Cyn. *άμφι τε στρεψαντος θέμεται κατεστέρας, οφρά ποιήσουσι.* Spectatum quoque ad naturam murorum, qui in ambiunt dispositi. Inde Eurip. Pheniss. *τεχεων πεπυπλωσαν, murorum circumvolutiones.*

Huc, atque
huc.

14. *HVC TVRBIDVS ATQVE HVC.*] Hom. *Ιερα, εγινε της Σεπτεμβρίου.* & in 8. de Hercule, *huc ora forebat, οὐδὲ illuc.* De lupo Stat. lib. 4. *huc, illuc turbida versans Luminaria.* Est hoc, quod Tacit. 2. Ann. terrorem circumferre, quod Amm. lib. 21. *adueniens sui terorem ubique*

- * Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
 60 Cūm fremit ad caulas, ventos perpeslus, & imbræ,
 Nocte super media: tuti sub matribus agni
 Balatum exercent; ille asper & improbus, ira
 Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi
 Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.
 65 * Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti
 Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet:
 Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos
 Excitat Teucros vallo, atque effundat in æquor.
 * Classem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat,
 70 Aggeribus septam circùm, & fluualibus vndis,
 Inuadit; sociosque incendia poscit ouantes:
 Atque manum pinu flagranti feruidus implet.
 * Tum verò incumbunt, vrget præsentia Turni.
 Atque omnis facibus pubes accingitur atris.
 75 Diripièrre focos: piceum fert fumida lumen
 Tæda, & commiftam Vulcanus ad astra fauillam.

ARGUMENTVM.

Rem illustrat comparatione lupi quarentis aditum ad caulas ouium, talis enim Turni ardor: qui tamen, nibil cùm posset, decenit classem Troianorum exire, ut ita clausos cogat ad exitum, auxilium classi laturos.

EXPLICATIO.

* **A**MPLIFICAT mirè Poëta rabiem lupi mediantis exitum ouibus, ex fremitu ad caulas gregis, ex perpessione ventorum & imbrum: omnia enim tolerat, vt potius præda, vnde postea dicitur *asper & improbus* ex hac tolerantia. Deinde adhibet caulam, nam illi non famæ, sed rabies, & haec collecta ex longo tempore, atque adeo illi fauces siccæ sanguine. Quia videlicet hic egressus lupi ad pabulum narratur factus nocte super media, eni collecta rabies ex longo tempore. Tertiò adhibetur stimulus alias; nam quo tuires agni sub matribus, eo ille asperior, & in absentes securior.

* Ergo, Turnus lupus est, Troiani agni, caulae muri & castra. Ille itaque instar lupi ardet irarum

B plenus, cogitans secum, qua ratione congregati cum illis possit æquo campo. Notetur illud *qua via.* vbi *qua* est casus Latinus, non aduerbiū, vt pessimè Grammatici: & subauditum, qua parte, vt in prædenti, *qua ratione;* & *via* est in recto, vt sententia sit. Meditatur *qua ratione,* *qua parte via aliqua* Teucros excutiat.

* Subit consilium inuadendæ classis, atque exrendæ; nam hoc vium est commodius ad eliciendum hostem ex muris: erat sanè credibile Troianos classi subuenturos. Vix mens hanc Turno, cùm statim ignem poscit, & pinum arripit flammanteum. Describit Poëta obiter situm, vbi classis: erat ea inter castra & flum in occulto loco.

* Vix hæc Turnus, cùm statim omnes arreptis facibus idem opus incumbunt, audi ostendandi se Turno, in cuius præsentia res gerebatur. Itaque focos diripiunt ad iactandas faces: ac statim vius est aët compleri piceo quodam ac fumante lumine, fauilliisque igne committis, & ad cœlum usque ferri omnia.

NOTE.

1. *Ac YLVRI PLENO, &c.]* Comparatio haec ducta

IN IX. ÆNEIDOS.

289

ducta apparet Apollonij filo lib. 1. Arg. qui tametsi lupum non nominet, sed lupum intellexisse putandum est, vel ex Marone imitante. Versus illius sunt.

— hūrē τις Θύρη

Ἄχρις, οὐ πάτερ πόλει μήλον,
 Λίμνη δ' αἴθριμενος μεταλλεῖ. Τοῦτο οὐκέπειρος
 Παιμανος. ωρὸς γένεται εἰς αὐτοὺς τομῆς
 Ελαζ. ὁ γένεται πάρεται ζωτεῖς, οφρά ποιήσουσι.

— cœi quadam feri

Agrestis, ad quam è longinquo peruenit vox ouium,
 Fune furens accedit, nec tamen potur
 Grego. prius enim ipsi in sepiet opiones
 Venerant, illa verò ingemiscens fremit, donec languescat.
 Eodem pene ductu Stat. 5. Theb.

Ille velut pecoris lupus expugnat opini,
 Pettura tabenti seme granis, bimaculata feris
 Ora, cruentata deformis hiantia lana:
 Decedit stabulis, huc, illuc turbida versans
 Luminæ.

Neque abit comparatio Claud. in Bell. Get. etiam si loquatur de leone :

— sic ille relinquens

Ieiunos antro catulos, immanior exit
 Hyberna sub nocte leo, tacitissime per aliæ
 Incudit furiale nines: stant colla primis
 Aspera, flauentes affringit stria feris.
 Nec meminist lethi, nimbofus, aut si rigor curat,
 Dum natis alimenata parei.

Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Pont.

Hic equeis instructus perterrita monia iuistrat
 More lupi clausas circumventis oues.

2. *INSIDIATVS.]* Arnob. lib. 1. *Onilibus insidiatur lupus.* Dicit ouili, pro ouibus metonymiæ, vt 3. Eclog. *Triste lupus stabulis.* & 4. Georg. *stabuli cujos,* id est, ouium.

3. *FREMIT.]* Quod Apollon. φέμει. Et quidem fremitum Poëta multis dant feris, equo, lupo, leoni, aliis. Cassiod. in Psalm. 1. *Fremius propriæ ferarum est, qui iustæ fureibus diuus est, quando ratione postposita, belluino furore succensi sum.* Itaque in eo Psal. 9. *Quare fremuerunt gentes, locutio ducitur à feris, ita faciliter reddidimus Gracum θρόνοβοι.* Opp. 3. Cyn. *lupo eunti ad prædam dat πελλοὶ φύλοι:* nam fremitus ille ab stridore est.

4. *CAVLAS.]* Vox Graeca addita prima littera, nam illi stabula ouium vocant εὐλαβε. Inde in re rusticâ frequentissima sunt φραστια. Sidon. epist. 6. lib. 1. loquens de ouibus, *αντρα οιδα καυλαριν.* Ad hunc modum Hispani brisso addita prima littera; nam Latinus rufum.

5. *NOCTE SVPER MEDIA.]* Praeclarè; nam ex obseruatione huius feræ. Lupi enim dant se in viam ad prædam post noctem medianam, ac penè matutino tempore, & summo dilucido: tunc enim collecta maior famæ ex toto præcedente vespere. Rem hanc probat Oppian. lib. 3. Cyn. vbi inter genera luporum, vnum adducit, de quo ait:

Πολλῷ στιν ταῖς φύλοις μαλά δρόμος εῖσιν εἰς εργανή.

Πρῶτη ἡ μαρτυρία ἡμῶν.

Multo cum stridore matutinus validè it ad prædam

Primum sub crepusculum.

Obserua verba Oppiani. Crepusculum vocat εὐριπαλατην alludent ad etymon lupi. Hic enim dictus est à luce: nam, haec appetente, ille se dat in prædam.

Nazianz. etiam Carm. 5. o. ita scribit.

Οὐοι πρεπέσθαις πορός νεύτε μέταγνων,
 Αμφιλατην δ' αρά την, οφροὶ μέτην καλέσοι:

Splendida lux tenebris veluti cium turgit in atris.

Amphylyce à doctis solat haec commissio dici.

Cerda in Encycl. tom. 2.

A Praeclarè itaque Pausan. Corinth. & ex more huius feræ, *εργαστεῖς θύμηται εἰς βοῶν ἀρέλιν τεμοτεῖρον προστῆντες τοις θύμησι: Summo mane lupus impetu fecit in gregem boum, qui ante murum pascabantur. Inde itaque λύκον dictam lucem, trita iam est obseruatio Macrobij lib. 1. cap. 17. vt videantur Latini lucem à lyce derivate. Et præsternit lux prima dicta est λύκη δότη της dicta.*

Lux unde
 λύκη, vnde & *lupus λύκη,* quod prima luce cat ad prædam. Nec aliud verius etymon Apollinis Lyaj, Lycius A- quam à lupo, aut luce, quod idem. Firmat hoc Ma- pollo, dicto loco, in cuius ego gratiam Sophoclem confero, qui in Electra, ubi inducit Clytemnestram implorantem opem Apollinis Lycij, subiicit.

Tēs ἐν Διός φύνεις δέ τοις ιδεις:

Eòs Ioue enim genitos pareτ videre omnia.

Quasi reddat rationem, cur Lycium inuocauerit. Iuuant hanc rem quæ de lupo Phile scriptit in lambis istis.

ορέας θύμηται, εργαστεῖς θύμηται,
 Καταλαβεῖσθαις οὐδὲ γένεταις οὐδετος:
 Αστεροῦ οὐρανοῦ πρεπεῖται λυκίνη,
 Κενοτεῖται, αττα νοτία τηλείνη.

Obiicit aliquis, Maronem fallum esse, & que astru- xi falsa; nam experimento compertum sepe est; lu- pos dare se in prædam prima nocte, & itarim obor- tis tenebris. Possunt hi pro se adducere Calab. lib. 2. vbi nulla facta distinctione temporis, tantum ait, *διάχλειοι φύλοι θύμηται λύκοις, λυκίνη εἶσι αιγαῖαν πε-*

νικίνηται lupis. & Nazianz. qui nullo etiam discrimine ait, lupos obseruare nocturnam caliginem. Diluet Virgilius hoc facile Oppian. & satisfaciet Lectori. Comme- morat ille quinque luporum genera, & secundo ge- generi attribuit hanc naturam, non omnibus, ac proinde de hoc secundo capiendo Poëta. Hunc lupum ait Oppianus superare reliquos magnitudine, & ce- leritate, & propriæ esse εὔπειρα, id est, *raptorem.* vnde & 2. Encycl. *lupi raptores.* Volo in exitu obserues lo- cum Statij lib. 5. Theb. de pari tempore, quo leona Locorum similitude. it ad prædam.

— non aliter Scythicos armenta per agros
 Hyrcane clausere lea, quas exigit oris
 Prima famæ, audique implorant ubera natæ.

Idem de leone lib. 7.

Qualis vbi primam leo manè cubilibus altis
 Erexit rabiem, & seu speculatur ab antro
 Aut ceruum, aut nondum bellantem fronte innuncum.

Hom. etiam. 17. Iliad. de leone, abeunte iam à præda
 οὐδετερος dicit.

6. *BALATVM.]* Non abeo ab opinione illorum; Balatus, an qui non agnoscunt balatum, sed belatum. Sicut nec belatus di- balo, balus, sed belo, belas. Nam oues be dicunt, non ba- cendum.

Vnde Petr. Victorius verba Varro. 2. Rust. cap. 1. ita legit è veteris libris: Oues, be, claræ vocem efferentes, à quo belare dicunt. Et Lipsium laudo, qui lib. de Recta pronuntiatione Ling. Latinae cap. 16. ita scribit: *Quin in literam, R., οἰνού σφερνις, quia κανον; Μ., quia βαρμ; Β., quia ουιοῦ?* Nam iretum hec animalia, magis, belant.

E Ita tamen adhærent his opinibus, vt communis scriptio daminanda non sit. Ego fateor oues be, dicere, à Graeca syllaba, ον. Sed cur non ex Dorico idioma- te, ον, vertam in ον? Sicut Gracis μέτην εῖται, quæ no- bis, non meter, sed mater, videlicet à Doribus, qui non μέτην scribunt, sed μέτην. Omitto vocem. Obserua, Ouium ba- latu ouium acui famem lupi, ea enim mens Poë- latus acui famem lupi. Ita primi in laudato Apollonij loco, & adiutor Oppianum, qui 4. Cyn. loquens de leone.

Τέ τοι πατέλλω πρατίλω ἵπποτες τοιν:

Illus autem famelicum cor ferit balatus.

Et Theocrit. ad. 13. vbi ait leonem properare ad pre- Bb dam

COMMENTARII

dam ēπέθροδι τεταύτης νέφρα θεῖαι μένεις, cùm à longè A
audit binnum clamantem.

Asperitas & 7. Asper.] Vel quia iratus; nam sequitur, in sa-
de irato, &
destituto. vel quia sicut sanguinis; iam siccus sanguis fances.
Primum firmat Simocatta lib. 4. Hist. cap. 8. vbi asper-
titatem dicit in re irarum, ταῦς επειλεῖς τοῦ λόγω εἰ-
παχήν τὸν τύραννον, verborum minis exasperaret Tyrannum.
Alterum de asperitate in substituto idem Virg.,
qui 3. Georg. loquens de angue,
flammaria lumen torquens

Sicut agnis, astreque suis, atque exterritus est.

8. IMPROBVS.] Cape pertinaciam, qua diu ex-
pectat predam. Ad quam rem pertinet locus Stat.
libro primo Achill. vbi ait, lupum ea scilicet perseuer-
tantia, ut diu toleret, & dissimulet famem. Versus
fuit.

Lupi tol-
erantia.

—ceu foderis iuncto
Hyberna sub nocte lupi, dicit & sua pulset
Naturamque famem; penitus rabiesque ministrisque
Diffimilans, humilisque meant: ne nuntier hostes
Cura canum, & trepidos monetas vigilare magistrorum.

De leone ait Hom. Iliad. 17. manere perleueranter
totam noctem ob pradam faciendam, &c. nisi appre-
rente luce, non cedere.

Lupi faci-
ties.

—ceu nocte sub aura
Munitis pastor stabulis, per ouilia clausum
Impauidus somni seruat pecus: effera sauit,
Atque impensa truces vulturatus turba luporum
Exercet, morisque quantu[m] restantis claustra.

Disce & imitationem Virgilij, qui sententiam à Va-
rio traxit. Hic enim ante Nostrum ita de cane lo-
quitur:

Si veteris potuit cernu comprehendere lufra,
Sicut in abfemem, & circum usq[ue]a lufra
Aethera per nitudum tenuis sectatur odores.

Albert. Krant. lib. 3. Hist. c. 13, explicaturus sententiam
Bolislaw Regi Poloniae gregem Domini perdentis,
comparat rapaci & saevienti lupo. Philost. in Heroic.
dixit λύκον, lapi impetum, rem exaggerans, quasi
nihil maius saevitia & ira lupi. Demothen. apud Plu-
tarach. Alexandrum Magnum in Principum omnium
fortunas saevientem appellabat ποντικον, ενικον lu-
pum.

10. COLLECTA FATIGAT, &c.] En causa tot
minarum, & saevitiae; nam videlicet famelicus & si-
verior. Causam hanc adhibuit Plaut. Capt. Quasi lupus
eiusiens metui ne in me quoque faceret impetum. & Apol-
lon. nam de sua fera, λύκον ἀπόδει, & furens fame. &
Sil. à quo turba luporum impensa dicitur. & Virg. 2.
Æneid.

—quos improba ventris

Exegit cacos rabies.—
Oppian. quoque de lupo lib. 3. Cyn.
Πάσσα επιδίλλιον θεμένην εἶναι έσθισσι:

Erumpit in omnem impudentiam propter cibum.

Ad quem locum, vide quae Catone, Homero, He-
siodo adducit Ritterhusius. Adiungo tria Homeris,
quibus caret. Nam Odyss. σύνθετη δέ εἰ γαστὴρ: venter
imperat. & 18. γαστὴρ ὄργανα κανόποις: venter excitat
mala medians. Et Iliad. 17. de leone eunte ad præ-
dam, κρέας ἐπειλεῖς: carnium cupidus. Ouid. Eleg. 5.
lib. 1. Trist.

Vt̄ rapax, stimulante fame, cupidisque cruxis

In custoditum capit ore lupus.

Notentur elegantes versus Phile de luporum fame.
λύκος φαγιον ζειραδεις, & λύκος,

Αλλ' ἀμνός, ἀν φάγοισθε ποιητικον μέσον.
Οὐ γάρ οὐναγό γέροντος φύσεις εἰσεδίσιον,
Αλλ' εἰσιν οὐδὲν τὴν προφῆτην γενέσιον,
Καὶ τὸν οὐρανὸν περιθέντος ἐν θραχῇ σχόνει,
Οὐ δῆραν δεῖνοντες τὸν φράτον λύνον.
Ταῦτο λύπος ιετυνίον, non iam lupus,
Balantium sed inter erit agnus greges.

Luporum
fames.

Recoindat alio namque tunc hunc quidpiam,
Cùm turget inflatus cibi, precordia,
Tuméntique clausa, fiuicum repagula.
Aſtobi brevis decorerit pastum mora,
Ad pristinum lupus lupum reuertitur.

Hinc aptius Poëtam capies. Parva sanè mora famis
lupum reddit famelicum, collecta autem ex longo
iam rabidū. Inde ergo rabies, vt etiam in 2. & de lupo
Theoc. c. 3. 4. λόγων. Absoluti quæ pertinent ad lupū,
& Virgilium; à quo prius quam recedam, placitum
audias versus Claud. 1. Pan. Stil. ex dictis illustran-
dos, nam loquens de avaritia rotus hæret his, quæ
de lupo dixi longo excusū. Id tu mecum iudicabis
autidis versibus. Ait itaque.

Ac primum scelerum marem, que semper habendo
Plus stictis patulis rimatur fauibus aurum,
Trudis Avaritiam: cuius fædissima nutritio
Ambitus, que vestibus foribusque poterunt
Excubat, & preitiis commercia posuit honorum,
Pulsi simili.

Avaritia &
lupis.

Nónne haec sitis, & fauces patulae, & excubatio an-
te vestibula, lupi sunt omnia?

C 11. IGNESCVNT IR. A.] Ignis in ira frequentis.
Ignotus. Stat. 3. Thcb. tristes ignescunt sanguino vultus.
Plutar. in vita Lucull. πενεμένεις οὐδὲν τὸ πολεμικὸν πυ-
ει: flagrans iam igni hostili. Psal. 89. Ικανθήσεται δέ τὸ
οὐρανοῦ: Exاردεσετ sic ut ignis in tua. Tacit. 2. Ann.
incendi iras. Stat. 4. Theb. recalcet furor.

12. DOLOR OSSIEVS ARDET.] Praeclarè iungit Dolor, & in
dolorem cum ira, qui affectus cognati. Tacit. lib. 1. cognati-
fatus.

Ann. de Germanico: ifq[ue], ut erat recens dolore & ira. & c.
lib. 2. Germanos ea species dolore & ira accedit. Stat. 2.
Theb. exedere animum dolor, iraq[ue] demens. Arist. 2. Rhet.
cap. 2. Σέω δὲ καὶ ὁρούσις μετὰ λύσας τιμωρίας πονο-
μένης: Iam vero si ira appetitio cum dolore coniuncta eius,
qua appareat, ulterioris. Itaque prudenter Poëta, post
quam dixerat, ignescunt ira, adiecit, dolor ardet. Nam

plerunque alter horum affectuum est languidus, nisi
alter accedat. Cuius rei exemplum est in Metello
apud Sallust. de quo, re quapiam male gesta, ita ait
in Iugurtha. Paulisper mox is est conspectu abiit; dein, vbi
ira, & agriudo permixta sunt, cum maxima cura vultu ire
in iuriis festinat. Vide hominem paulisper tantum
moxi: admisto vtroque affectu, supra mo-
dum iratum.

13. OSSIBVS.] Ad ἀνένον. Sen. epist. 49. fixamme-
dullius famem. Sidon. epist. 5. lib. 1. Febris, siisque pe-
nitissimum cordis, medullarumque secretum depopula-
bantur.

Offa ad in-
crementum
orationis.

14. QVA TENTET RATIONE ADITVS, &c.] Imitatio.
E Ad explicandam ardentissimam hanc Turni cupidite-
tem inhabitis Troianorum virbi, perlustrans for-
tasse Soph. in Antig. vbi Eteocles inducitur αὐτο-
χενναν νόσῳ virbi Thebanorum. Aut Euripides in
Phoeniss.

Εἴτε οὐτε προσβάστεις τεμεναίριται
Πόρρων, οὐτε Τερψίχειρ τερψίχειρ:
Ille septem aditus intentè considerat
Turrium, fursum ac devosum metens muros.

15. EXCVTIAT.] Non vt cunque pertrahat, sed cū Executio, de
documento illorum: hoc enim notat hoc verbi. documento.

16. EFFVN

IN IX. ÆNEIDOS.

Effundere. 16. EFFVN DAT.] Nota diligentiam Poëta, quia
effundat, ideo, aequor, cognatione vocabulorum. Qua
diligentia caruit Stat. 4. Theb. vbi, decurrit in aquum
verice ab Ogygio. Est verò hoc loco effundat, quod
Tacit. 1. Annal. elicere hostem. Etenim Turnus hac na-
tum vltione conatur illos ad prælum elicer; ad
eum modum, quo Marius apud Sallust. Primo me-
diocris gerebit, exigitim Iugurtham ob suis tutandos in
manus venturum. Ita Turnus putabat Troianos in
manus venturos ob tutandam classem.

17. LATERI CASTORVM.] Ab homine ad in-
numeris. Sic in exercitibus πλεύραι dicunt Graeci,
quaæ alii cornua; & coifas nauium πλεύραι Varr. & ri-
pas fluitiorum πλεύραι Dionys. θεον.

B Septus a-
quis.

18. SEPTAM PLVIALIBVS VNDIS.] Tacit. 1.
Annal. Mari Oceanu, aut annibus longinquis septim Im-
perium.

B 19. ATQ[UE] MANV PINVM, &c.] Tale quidpiam
Eurip. Phœniss. in obsidione Thebarum

—δεξιὰ τὸ λαρυγγά
Τιτᾶν προμοθέα, ἔφερε, οὐ προστατεύει:
—dextera vero faciem
Gigas Prometheus ferens, ut incensans urbem.

Ducis pra-
sentia fit-
tulus mili-
tibus.

Aduerte, Turum iam olim lib. 7. admonitum à Fu-
ria in foenis, vt classem hanc exureret. Fuit & simi-
le, consilium Deriadae ducis Indotum volentis com-
būrere naues Bacchi. Leg. Nonnum lib. 49. Dionys.

20. VRGET PRÆSENTIA TVRN.] Huic sen-
tentia suis fundus. Nullo enim maiore stimulo mil-
ites rem gerit, quācum pugnat coram suo duce. Ita
Sil. lib. 5. præsentia seu Exstimalat ducus. Itaque, nec Vir-
gilij, nec Sil. sententia est, milites vrgeri, stimulari; q[ue] ab
duceat ipsos milites acruis incumbere, vt a suis du-
cibus complicitantur. Videlicet, quod Sallust. Catil.
confici dum tale facinus faceret, properabat. Ammian.
lib. 5. loquens de Juliano: Περίστατος τεστίς adfusus in-
distris, & ignavis. Iterum lib. 6. loquens signifer cum
codem Cæsar. I prauius, ut fanthus ante signatus & for-
tis, experiri quid miles sub conspectu bellicosi ducoris, testis
que indiuidus gerendorum, modo adit supernum nomen,
bis rebus efficiat excitari. Et lib. 10. aut milites pugnan-
tes sub conspectu Principis nudatae galeas capita, vt
ab illo agnoscerentur, que res multis exitio fuit; nam
ita patuere iictibus sagittariorum. Adcō auditus est
miles ostentandi se suo Princi. De Traiano Plin.
Paneg. Vulnera quibus statim laudator, & testis contigit.
Iterum: Felices illos quoniam fides & industria, no[n] per inter-
mittentes, & interpres, sed ab ipso re; nec auribus tuis, sed
oculis probantur. Annibal se ipse laudat apud Liu. lib.
21. quid fuerit suorum militum virutis fluctuator ac te-
sis. Hector apud Hom. 17. Iliad. vult vt Glaucus Ly-
cius adit sibi in bello, vt inspector sit, & iudex vir-
tutis sua. Reprehenderat quippe Glaucus Hectorem
ignavias. Titus Imperator apud Isopham lib. 7. Bell.
cap. 5. in locum certum abit futurus αὐτοῖς, & περι-
πατάντων, inspector, & testis omnium, & reddit rationem,
εἰς τὴν πελάγην εἰς τὴν πιμελέαν, vt qui dominus vel
ad puniendum, vel ad remunrandum, & postea subiicit,
acriter Romanos dimicasse, οὐ θεραπεύει. T[em]p[or]is inspec-
tore scilicet Tito. Plutarch. in vita Luculli dicit, præ-
sentiam ducis in periculis magni esse momenta, οὐτε
τινειν εἰς ἀγόνα πολέμου καὶ πολέμου παροία καὶ δύνα-
μις προφετεία. Huc pertinent illa Nonni lib. 22.

22. ACCINGITVR.] Explicit hoc verbo expedi-
tum militem; de quo alibi.

23. PICIVM, &c.] Ex pice, sumo, fauillis, lumine,
egregiam exhibet descriptionem excitari incendijs:
quod necessarium in terento igne, cui opponetur
πορφύρα, vt canit Calab. lib. 4. id est, incorruptus, pu-
rus ignis; quod explicato, sine sumo aliquo. Hinc est,
vt sepe cum ingenti ignis fulgore adiungatur atric-
ies, mīra terrenus ignis explicatur. Sic Aucto[rum] Theb. Ignis terre-
nus flagrantes trabes sumare. De incendio loquens Soph.
in Antig. πορφύρη πορφύρα, piceum Vulcanum. Stat. 4.
Theb. lampade nigra. Cybill. quoque in Nahum con-
iunxit, εἰς τὸν τετράντα, succenfūris fūno. Valer. lib.

3. Arg. piceo comitem miseria refusit Latina polo. vbi, ful-
gor, & pīx. Eurip. Troadib. αὐτὸς μέλας αἴρει, ignis
atram flēndorem. Horat. Od. 12. lib. 4. nigrorum ignium.
Sic itaque Virg. piceum lumen. Litus in hac re egregie
Aristoph. vbi describens propudosam meretriculam,
vocat lampadem, λαρυγγά, anam sic olim voca-
bantur scortilla. Sic Apul. suam illam φοιδία, Foīdā, Scorta mul-
ta à luce.

At flagrans odiosa loquacula, lampadion sit.
Lampas de scorto.
Ergo Aristoph. vocans meretricein lampada, dat illi, Lampadion.
τὸ μέλα, nigrum quiddam, & statim:
H μέλα δίσμη ναρούντας ἐπέχεται:

Pīx liquefit ab ea exusta.
Quod profecto traxit a fumante luce, & piceo fulgo-
re, & nigro splendeo.

24. VYLCANVS.] Reprehendit has locutiones Deorum no-
Plutarch. lib. de Isid. & Osid. non enim vult, vt Deo-
mine nomina attribuatur rebus αὐτοῖς, & αὐτοῖς, talia non
εἰσθεντα, sensu carentibus, inanimis, pereuntibus. Ait
que ab his, quihæc dicunt, induci σεινας εἰς δέος δι-
ξας, opiniones pessimas, & impias. Ratio Plut. est, quia,
cum Di⁹ subiecti non sint manibus hominum, res
verò ista perent vnu mortalium, indignum est, res
perturba affici nominibus immortalium Deorum.
Sed Poëta tamē nihil tristius, qui Cererem sumunt
pro pane, Bacchum pro vino, Vulcanum pro igne.
Sed de hac re iam in Georg. & in loco alio explicui
Virgilium, quib[us] nominibus nunquam abutitur, vt
ali⁹ Poëta, sed semper cum dignitate ad signandum
incrementum rerum.

“Quis Deus ὁ Μυσæ tan̄ saeuia incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?

Cetera in Eneid. tom. 2.

COMMENTARII

- Dicte, prisca fides facto, sed fama perennis.
- 80** *b* Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
Æneas classem, & pelagi petere alta parabat:
Ipsa Deum fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata louem. *c* Da nate petenti,
Quod tua chara parens, domito, te poscit, Olympo.
- 85** *d* Pinea sylua mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant,
Nigranti picea, trabibúsque obscurus acernis.
e Has ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret,
Læta dedi: nunc sollicitam timor anxius vrget.
- 90** *f* Solue metus, atque hæc precibus sine posse parentem:
Neu cursu quassate vlo, neu turbine venti
Vincantur; prosit nostris in montibus ortas.

ARGUMENTVM.

Agreditur narrare, uti naues erexit fuerint ab incendio Turni, reperiique reni à primo exorsu navigationis Æneas, qui cum ligna fabricanda classi, secutus ad luco Cybeles, ea ab Ioue tum petiit, ne unquam naues illa perirent.

EXPLICATIO.

A *V*LT, vt Musæ sibi suggerant, uti naues effugerint paratum iam incendium, & quo annuente id factum numine. Nam, vbi prisca est fides, tametsi fama semper perennet, necessarius est Musarum fauor, ne aberret narratio.

b Initium narrationis sumitur ab initio nauigationis Æneas, qui sectis in Ida lignis ad campingendam classem, hisque ex pineto facio Cybelæ, Dea ipsa Iouen adit supplicabunda pro materia sibi sacra. Sunt enim pinus in tutela Cybeles.

c Colligi benevolentiam initio sermonis, primùm illis, *da nate, quod petit, quod poscit parens chara.* Deinde efficacius illis, *domito Olympo.* Quid enim non consequatur ab illo, cuius laudes grandes prædictas? quid verò grandius victo coelo?

d Sequitur narratio Cybeles, cui sacer fuit in monte Ida lucus abundans pinis, & occulta quædam caligine inumbratus, quæ semper veteribus religiola fuit. In eo autem honore erat lucus, vt Phryges ad eum sacra sua conferrent.

e Addit, se has pinus Æneas contribuisse ad fabricandam classem in fuga, & latam quidem, cùm tamen nunc eam letitiam timor nouis inuadat, qui se follicitum reddat.

f Hunc mihi metum eripe, possit hoc apud te patens, nam quod isto maius vinculum? Fac, ne intereant cursu vlo victæ, vento vlo profligate. Nonne illis prodest debet, natas esse in meis montibus? imò in tuis quoque; ideo *nostris.* Quasi monites omnes facti Cybelæ, sacri quoque fuerint Ioui.

NOTÆ.

1. QVIS DEVS, &c.] Hi duo versus facti à totidem Homericis. 17. Iliad. ctimisi diversa sententia.

IN IX. ÆNEIDOS.

Nauim harctorios prodigios. A quam non solum facit vocalem; sed etiam vaticinatorem vectoribus. Eadem ratione Lilius Poëtam defendit lib. 7. de Nauigis, adiungitque alia plena prodigiis. Phasacum naues apud Hom. nullis instrumentis indigebat, doctæ ipse locorum, ad qua debuissent appellere. Alcionis dat nauem Vlyssi, quæ mutata est in scopulum à Neptuno. Vbi illorum mens, qui dicunt, Virgilium carissime exemplum in hac transformatione? Alterius naus conuerterat in lapidem Athen. meminit. Narrationi Homericæ de nauibus se ipsis doctis par illa Sen. Rhet. Cont. 16. apud quem, nauem exarmatam, sine velis, & remige, tamen illam diuinitas armat, subiò vifa sunt vela, subiò nauis capit & regere se, & attollere. Quid, qua de Sipyllo fabulantur Poëtae, & fusim unus Calaber libro primo?

B 8. *BEREZYNTHIA.*] Ita quoque dicta Cybele lib. 6. Aeneid. & ab Ouid. 4. Fast. & ab Horat. lib. 3. Od. 19. & ab centenis. Vnde illi nomen hoc contigerit lege in Lil. 4. Synt. Plautum, quo hæc Dea Romanæ accepta fuerit, cùm primùm coli in Italia capiat, vide apud Herodian. lib. 1. Eius verò mythologicas significaciones satis fusæ Lucret. lib. 2.

9. *D A NATE PETENTI, &c.*] Simile illud Nonni lib. 31. Dionys. *δοκειν απρυννειν οι ποτέγεις Δα γραινην* (hanc) dolenti tua matre. Hic ego expendo maiestatem, qua Cybele ad Iouem, etiam supplicabunda, in quo sapientiæ Hom. peccat, qui nullo decoro supplicantibus Deos inducit: & vix est in eo villa pagina, quæ non plena hoc peccato. Aliter Latinus Vates: & decentissime Lucan. lib. 4. in duce supplicabundo.

10. DOMITO TE POSCIT OLYMPO.] Læta est omnis victoria (quid non cœlestis?) & parata omni concessionum generi. Annibal apud Polyb. lib. 3. suis militibus, expugnata iam Sagunto, *απομείνειν διερπεις*, captiuos dñis, nullum sibi reseruans: adèd læta est victoria. Par liberalitas in Mario apud Salust. qui *omnia ibi capta militibus donat*, id est, capta in agro quodam fertili, & onusto preda. Reges victores dicuntur à Calab. lib. 1. *αἰγαλλόπεροι μὲν εἰναι λαβαντὶ νίκην*, latabundi victoria. Orestes apud Soph. Elec. ait, post vitoriam partam gaudendum, & ricendum, *χερπειν, κρανεῖν*. Præclarè ergo Berecynthia Iouem precatura, adducit illi in memoriam vitoriam cœli; quid non illa consequatur?

11. PINEA SYLVA.] Pinus quippe sacra fuit huic Deæ. Sen. Troad. *pinus mari sacra Cybelæ.* Rationem habet Ouid. lib. 10. Metamorph.

12. SOLICITAM TIMOR ANXIUS VRGET.] Ita in 1. *Soluit corde metus* Solui metu.

13. IN ARCE SVMMA.] Gargara intelligit Seru. Gargara, quæ in summa parte Idæ montis, & ita dicta quæ pars lumina *καρπα ιπαρδεις*, quasi dicas, *caput capitis*, aut, *altitudo altitudinis*, nam *κεφαλή* est etiam *κεφαλή*. Eodem loci Author Theb; posuit Gargara cum scripsit,

Hinc grati Cereri Gargara, & diues solum.

Quod Xanthus ambis miubus Idæs tumens.

14. QVO SACRA FEREBANT.] Nullum aliud Pinus prælatum sacrum, quod ferebatur in lucum, quæ ipsa Cybeles.

15. NIGRANTIS.] Expressissime; vt etiam obfusus. Nam tota lucorum religio posita in tenebris, & Nigredo ad horrore sylvarum: intra illam enim caliginem credebantur habitare Numina. Et luci quidem dicti à lucernis, quæ cō ad res sacras adferebantur. Apage enim quæ de antiphraſi Grammatici.

16. IVVENT.] Explico, heroï, iuxta ea, quæ iam Iuuenis, id cō locis alii.

17. SOLICITAM TIMOR ANXIUS VRGET.] Timor redit sollicitos.

18. SOLVI METVS.] Ita in 1. *Soluit corde metus* Solui metu.

19. ATQVE HOC PRECIBVS SINE POSSE PA- Locorum similitudo.

RENTEM.] Ita Iocasta apud Auctorem Thebaïdos deprecabunda ad filium: *media se opponit parens.* & iterum: *Donate mari pacem;* loquitur cum liberis.

20. QUASSATE.] Ita in 1. *quassatam classem.* Quassate Quod Sen. Cont. 16. *resolutis compagibus.*

21. VINCANTVR.] Ita in 1. *vicit hyems.*

22. PROSIT NOSTRIS IN MONTIBVS ORTAS.] Nihil maiore pertinacia defendebant Dij Gentium, quæ lucos fuos. Plena his rebus fabula.

* Filius huic contrà, torquet qui sydera mundi.

O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?

b Mortaline manu factæ immortale carina

Ius habeant? certusque incerta pericula lustret

Æneas? cui tanta Deo permitta potestas?

c Imò, vbi defunctæ finem, portusque tenebunt

Aufonios, olim quæcumque euaserit vndis,

100 Dardaniūmque ducem Laurentia vexerit artua,

Cerdæ in Æneid. tom. 2. Moira

COMMENTARI

Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Æquoris esse Deas: qualis Nereia Doto,
Et Galatea secant spumantem pectorum pontum.
dixérat, id est ratum Stygij per flumina fratris,
105 Per pice torrentes, atraque voragine ripas
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

ARGUMENTVM.

Respondet Iuppiter mari, daturum se immortalitatem, non omnibus nauibus illi tantum, que Aeneam ad Italiam perduxerint, mutatis in formas Nympharum.

EXPLICATIO.

VIOLIS maiestatem loquentis Iouis. Quid enim grandius, quam torqueri ab illo cælum, & astra? Quid verò ad matrem? Ait, fata vocari non posse, quod quisque velit. Nam, esse debent firma, & fixa; & quæ nec ad preces matris queant mutari. Quid petis istis? est, quid petis istis nauibus? vel, quid tu istis precipus?

Sequitur prima ratio, cur non possit annuere omnia, etiam matri. Nam mortalia quæ sunt, habere ius immortalitatis non possunt. Altera. Non est fas, Aeneam inter incerta pericula, qualia sunt maris, certum esse, & securum sibi; nam hoc, quid est aliud, quam esse Deum? hoc autem cui Deorum concessum est: cui permisum? Et noto duplicum hanc rationem opponi dupli petitioni Cybeles. Primo petierat, ne pereant mea naues navigationis cursu: respondet Iuppiter, peti hoc non debet; nam mortales sunt, & factæ mortali manu, non itaque afflignant ad ius diuinitatis. Petuerat secundò, ne pereant tempestates: respondet Iuppiter, effet hoc Aeneam Deum fieri; nam Dij certi, & securi sunt calamitatis maritimæ & tempestatis.

CAliquid tamen tibi concedam (inquit Iuppiter.) Quæ cursu suo defunctæ fuerint viisque ad Italiam, quæ tempestates vicerint, & ita in columem pertulerint Aeneam ad finem navigationis, his auferam formam mortalem, vt ea ablata, consequi possint immortalitatem, atque ita iubebo, Dæs ut sint maris, vt Doto est, vt Galatea est. Hæc quoque obserua, loqui Poëtam consentaneum respectu illa, quæ petinerat Cybele. Dixerat illa, ne pereant curfū, ne pereant tempestates. Ait Iuppiter, neutrum do; sed si forte aliquæ nec cursu, nec tempestate perierint, illæ Dæs erunt mutata forma. Cursu notat illis, ubi defuncte tenebunt finem, portisque Ausonios: tempestatem illis, quecumque enascerit vndis. Hæc est certissimæ mens Virgilij: & nulla res magis curanda, quam rationum illius connexio.

DHæc cùm dixisset Iuppiter, instrumento rem firmavit, quo Dij vtuntur, nempe per Stygiam paludem, & lumen, quibus præst frater Pluto: ac tum ad Iouis annutum, & capitum commotionem cælum totum viuum est tremere.

NOTÆ.

I. TORQUER. Ita in *cælum ac terras qui humine*

Torquo, verbū Louis.

A torquet. Statius octauo Thebaid.

Torquet, & nififeros inclinat Iuppiter axes.

2. SYDERA MUNDI. Id est, cæli. Etenim mundus sumi non tantum pro toto hoc composite, cælo. sed pro eius partibus, certum. Sen. in Fur. pro cælo clare co verbi,

Mundus puella ferta Cnoisata gerit.

Idem pro inferno in eadem Tragœdia, & nigro sedet Nox atra mundo. Adi, quæ ex Græcis attuli Eclog. 3. ad illud,

Tres parat cæli spatum, non amplius vlnas.

3. CERTVS INCERTA. Ita etiam opponit Aut. Theb. premium incertum petis, certum scelus. Et Vitrue-prefat.lib.7. De incerta re certa imagines. Exempla plura coniunxit Iohann. Sauar.

4. DEFUNCTÆ. Par locus lib.6.

O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

5. TENEBVNT. Èsse verbum nauticum Seru. monet.

6. MORTALEM ERIPIAM FORMAM. Est hoc, quod Prop. Eleg. 3. lib. 1. agrestem destruxit ab ore figuram.

7. MAGNI ÆQVORIS. Intelligit Mediterraneanum; cuius trita iam est multorum obseruatio auctorum, etiam veterum, qui non Oceanum, sed Mediterraneanum vocant *mare magnum*. Non, quod non maior Oceanus, sed quia antiqui non ita notatus. Ad hunc modum *mare rubrum* dici *siph. Hebraicæ*, id est, *vltimum*, certissimum est: non quia verè dictum *vltimum*, nam sinus Persicus maiore mente posset vocari *vltimus*; sed quia rubrum notius Hebreis.

8. NEREIA. Forma alia Calab. lib. 4. *Nephrilea* de Thetide, ad eum modum, quo Catull. *Neptunine*.

9. DOTO. Ita legendum, non Clotho: nam & Valer. lib. 1. Arg. *Hanc Panope, Dotique soror*. Et Claud. Lædio Virde Nuptiis Honorij, *vellitque coralia Doto*. In quibus giliiana. etiam pessime aliquando legebatur Clotho. Doto enim nomen Nympharum, Clotho Parcarum est; vt etiam astrui ex Homero potest decimo octauo Iliad.

Δωλίτης, Προστάτης, Φύρωντας, Δυναμένης:
Dotique, Protogue, Phœnixque, Dynamenique

Multos quippe errores in Auctores irrepisse ex hac litterarum vicinitate, adnotatum iam Leopardi lib. 10. Emendat. cap. 25. Parum enim distat cl. & d. Ita pro Tœleclis Teledœus, apud Diodorum pro Androcles, Androdon, apud Agell. Quid, quod Maro Nereiam vocat, cum verè Hesiod. quinquaginta numeret Nerei filias, nulla est ibi Clotho, cum sit Doto. Nec nomen Parcae iungendum erat (ait Eryth.) formosissima Galareæ.

10. ET GALATEA. Sic & Homerus vtramque Nympham coniunxit, vt & Valerius loco laudato,

Huc Panope, Dotique soror, iactatque fluctu
Prosequitur mediis pariter Galatea lacertos,
Annia petens

II. STY

IN IX. ÆNEIDOS.

Stygis iumentum. **11. STYGII PER FLUMINA FRATRIS.** Scenec. A Nam quid hoc grandius?

Per pice torrentes, atque voragine ripas.

12. ANNVT. Horn. 2. Iliad. *καλεσθοις ὑπερβυτια* Anno Deorum.

13. KPORTAVIA: *Annuisse potentissimum Saturnium.* Nutus Io.

14. NVTIV TREMEFECIT OLYMPVM. De Ioue Nutus Io.

Hofat. Od. 1. lib. 3. *Cum hæ supercilie mouentis*. Hom. 1. uis.

Iliad. post Iouis annutum, *μεγαλεις εν οὐρανοῖς*.

Catull. de Nupt. Pel.

Annuit inuicto colestant numine rector,

Quo tunce & tellus, atque horrida contremuerunt

& quora, concusque micantia sidera mundus.

His magistris Ouid. Metamorph.

Terrificam capitis concussa terque, quatæque

Cæsarium, cum quatorcum, mors, sidera mouit.

a Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcae debita complerant, cum Turni iniuria matrem Admonuit facris trabibus depellere tardas.

b Hæc primùm noua lux oculis effulgit, & ingens Visus ab aurora cœlum transcurrere nimbus, Idæique chori: tum vox horrenda per auras Excudit, & Troum, Rutulorūmque agmina complet.

c Ne trepidate meas Teucri defendere naues, Néve armate manus: maria ante exurere Turno,

Quam sacras dabitur pinus. Vos ite soluta, Ite Dæs pelagi, genitrix iubet. & sua quæque Continuo puppes abrumpunt vincula ripis, Delphinūmque modo demersis æquora rostris

120 Ima petunt. hinc virgineæ (mirabile monstrum) Reddunt se totidem facies, pontoque feruntur, Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.

B vox eadem horratur, vt se funibus, quibus ligata erant, exsoluant, futura deinceps Dæs pelagi. Idque ad imperium iubentis Cybeles.

ARGUMENTVM.

Naves transformantur in Nymphas ad iussum Cybelos, transcurrente prius aërem nimbo, qui tam prodigi in dicuntur.

EXPLICATIO.

a CVM veller iam Turnus sœure in naues, & sarcas matris Deorum pinus exurere, admonita est Cybele de hac ipsa iniuria, voluitque depellere à nauibus abominandos ignes, cum præsertim adesse iam dies promissa, & Parcae debita tempora compleuisserit. Dicit, dies promissa, & debita tempora, quia iam naues Aeneam ad Italiam perduxerant saluum & in columem, quod tempus Iuppiter illis transformandis præscriperat.

b Ante ipsam transformationem visa in cœlo lux est, & nimbus, in quo inclusi Dij: hic verò ab aurora aërem transcurrit. Deinde ex nimbo illo diuina quædam vox auditæ à Troianis, & Rutulis.

c Admeton primùm vox ea Troianos, ne festinent ad nauium suarum defensionem; nam prius Turnus maria, quam naues exuret. Deinde naues

NOTÆ.

1. ADERAT PROMISSA DIES. Illustrat hoc Germ. ex Hom. Odyss. 9. qui *μῆνες τε Εἰνεταὶ Εἴλαιοι*, &c. *πελλομένες τε Εἰρηνεὶς*, & *τηνιλυθοράπεις*. & Iliad. 17. *εἰρηνεῖς πελλοτεροι*.

2. TEMPORA PARCAE DEBITA COMPLERANT. Videtur idem esse hoc, quod Aeschyl. *χονος*. dixit *Complexo, μοιρόπαρον ήμερον*. Et lib. 3. Epig. *μηματίστηκε τηνι* de tempore. Plato in Epinom. *μηματίστηκε τηνι*.

3. TURNI IN VIRIA. Accipit Seru. in proprio significato, pro in iustitia, *εἰρηνεὶς αὐτοκράτερος*. Nam iniuria, id bellum communitum est ab Turno contra rationem fœderis initia iam ab Latino, & Aenea.

4. DEPELERE. Pati verbo sup. *ραΐσις quis deplit ignes?* Auctor Thebaidos, *ne fundas manibus pauris facas aurore*.

Bb 4. 5. NIM

Nimbus. 5. *NIMBUS.*] Serui interpretamentum est, nimbus in sermone Deorum sive splendorem in lux luminosam nubis, quo Deorum capita amiciebantur, cum apparerent mortalibus. Itaque chori Idæi pertinaciter inclusi fuisse in hac luce. Hic enim ait: *Nimbus, lumen quod capita Deorum ambū.* Inde 2. Æneid. de Pallade, *nimbo effulgens*, interpretatur, nube divina, est enim fulgidum lumen, quod Deorum capita tinguit. Eodem lib. ad illud, multa cum luce cucurrit, at, nimbus descendens numinis. Eadem sermè lib. 3. ad illud,

Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Fuit itaque è maiestate Deorum, ut ita apparerent mortalibus. Inde & Iuno in 10.

— colo se protinus alto

Misit, agens byrem in nimbo succincti per auras.

Ita explicò Calabrum lib. 4. vbi de Thetide apparet Gracis ita loquitur.

Kαὶ τὸν ἐπὶ τὸν πόνον κέντην Πυλαῖον αἰροτίς,

Αὐρηλῆν δὲ τὴν Σεβαλίην. —

Et tunc ex ponto se exulii uxor Pelei,

Aura matutina similis. —

Itaque Graci videbunt tunc non tam Theridem, quam nebulam fulgidam, vbi illa inclusa.

6. *IDÆI QV B CHORI.*] Lucr. lib. 2. vocat *Phrygias ceteras*, que in comitatu huius Deæ. De illis Prop. Eleg. 17. lib. 3.

Vertice turrigerò iuxta Dea magna Cybelle

Tundat ad Ideos cymbala rausa choros.

Et Eleg. 7. lib. 4.

Qui numero fides, quâda era rotunda Cybelles,

Miransque sonam Lydia plectra choros.

Itaque in eo nimbo fuit & Dea Cybele, & chori Idæi, id est, Phrygij comites: fuit enim Ida in Phrygia.

7. *VOX HORRENDA.*] Quod hinc vox horrenda, scriptores sapientia humana maior. Clamantes hunc in modum Graci vocant μεγάλων φωνῶν, qua vox vsus Nazianz. Orat. 3. Ita videlicet delusi Gentiles. Putabant enim quid diuinum inesse in voce dæmonum. De Cæcina Tacit. 1. Ann. *Quidam Varam sanguine oblitum, & palidibus emersum carnere, & audi- re visus est velut vocantem.* Voces Geniorum auditæ à Bruto, & Juliano narrant Plutarchus de illo, de hoc Ammian. lib. 20. & de Constantio Imperat. idem lib. 21. De his vocibus iam ego lib. 1. Georg.

8. *NE TREPIDATE.*] Ne festinate. Sic omnes

Trepid, pro festino, interpres, & cum illis Mellerus in Spicileg. fit mārque multis. Ita verè est, si adiungas festiniam cum meū; nam hoc est trepid. Neque aliud voluit

Varro loquens de apibus: *Si inius bombum faciant, ac foris trepident.* & de iisdem Virg. 4. Georg. *Tum trepida inter se cœunt.* Quibus indicatur & festiniam, & metus. Sunt qui putent, hoc verbum habere proprie sedem in equis. Nam Catō, *sedere non potest in equo trepidante.* Lege Seru. in 4. Æneid. & Pont. in hunc locum. Ceterum Poëta Musam imitatur Stat. lib. 4. Theb.

— certa est victoria Thebis,

Ne trepidat, nec Regna ferox germanus habebit.

9. *NEVE ARMATE MANVS.*] Non aliter iuuenis Deus apud Tacit. 1. Ann. *Quia casus obtulerat,*

in sapientiam verienda ratus. Ita detractionem pugnat in religionem vertit Poëta. Nulla re poterat commodi excusari hæc Troianorum inertia; nam in hanc vertebar Turnus illorum cautum.

10. *MARIA ANTE EXVRERE TVRNO.*] Aſtrav- & cognitionem habere cum Prouerbiis Collector Adagiorum monuit Chil. 4. Cent. 5. c. 58. Tale il-

A lud Græcorum de re impossibili, *ἀλλασσειν τὸν νέαν:* mare haurire. Tale & illud Prop. Eleg. 32. lib. 2.

Tu prius & fluctus poteris secare marinos.

Non abit Horat. Od. 29. lib. 1.

— quis neget ardus?

Pronos relubi posse rinos

Monibus, & Tyberim reuerti?

Tale & illud lib. 2. Epig.

Θεοὶ τούτοις εἰ μέντοι νεύειν θέλει καύειν;

Εἴ τοι τι μαθεῖσες, συντρίσεις ὡς ἀπειδεῖν.

Lac dabit ante culæ, aut mel scarabeus habebit;

Scorpiæ, quādignum lande pairabis opus.

11. *SACRAS PINVS.*] Sic suprà, sacræ ratibus. Et Pinus pro vnas quidem pinus signata pro nauibus sumi, & ual. Pinus pro nauibus.

Onirocr. cap. 25. *Πίνυς οὐ σπειριον ταῦτα ποιεῖ μηδὲ τοις ταῖς πάσαις τοις πομπέοις πρὸς ταῖς ταῖς τοις λαπτηῖς, οὐδὲ τοις ταῖς τοις παραπλανητικοῖς πρὸς ταῖς τοις παραπλανητικοῖς.* Pinus & fructuosa maneris, & omnibus nauigantibus ad naues referenda sunt propter nauium struituram.

12. *VOS ITE SOLVATÆ, &c.*] Legē Ouid. 14. Metamorph. vbi de hac nauium transformatione bellè, vt foler.

13. *DEÆ PELAGI.*] Ita in 10.

Et dedit esse Deas, autemque agitare sub vndis.

Suprà: *magnique iubco Aequoris esse Deas.*

14. *GENITRIX IVBET.*] Forma hæc solita in imperio. Soph. Antig. *εἰ τοις νελενομαῖς Ιuppiter suprà, ιμπερίῳ.* Iubco, in imperio. Tacit. 2. Ann. de duce: *proutbare hostem iubet.* & de Principe: *occidi Corvin iubet.*

15. *DELPHINVM QV MODO.*] Alia fuit compariatio Apollonij de Nereidibus lib. 4.

Locorum militudo.

16. *ÆRATÆ.*] Præclaræ, qui suprà rostris dixerat, etiam si cum allusione ad Delphinas, nunc eratas dicit: nam rostrata & eratas naues eadem; quod iam Bayf. astruxit. Quas enim Liu. *rostratas, Iulius eratas* dicit. Præterea hæc naues *χαλκηδοῖο* Gracis dicuntur ab ære in rostris. Cum verò hic versus integer habeatur in 10. sunt qui illum hinc excludant, & ibitantum agnoscant. Alij, qui hinc illum agnoscunt, mutant, leguntque, *naues, aut puppes, non, prora.* In his est Florid. Sabin. lib. 1. Succif. c. 3; nam puppes litrus spectant, sicut prora maria. Non ergo bene ad littora prora. In 6. enim, *Obuerunt pelago proras.* & littora curva Pretequant puppes. Non ergo potuit dicere Virg.

Quo prius eratas steterant ad littora prora. Sed pace horum vulgatum lectionem retineo. Pri. Virg. 4. Geor. *Tum trepida inter se cœunt.* Quibus indicatur & festiniam, & metus. Sunt qui putent, hoc verbum habere propriæ sedem in equis. Nam Catō, *sedere non potest in equo trepidante.* Lege Seru. in 4. Æneid. & Pont. in hunc locum. Ceterum Poëta Musam imitatur Stat. lib. 4. Theb.

— certa est victoria Thebis,

Ne trepidat, nec Regna ferox germanus habebit.

9. *NEVE ARMATE MANVS.*] Non aliter iuuenis Deus apud Tacit. 1. Ann. *Quia casus obtulerat,*

in sapientiam verienda ratus. Ita detractionem pugnat in religionem vertit Poëta. Nulla re poterat commodi excusari hæc Troianorum inertia; nam in hanc vertebar Turnus illorum cautum.

10. *MARIA ANTE EXVRERE TVRNO.*] Aſtrav- & cognitionem habere cum Prouerbiis Collector Adagiorum monuit Chil. 4. Cent. 5. c. 58. Tale il-

Oppositio. *rei proprium verbum dicavit Latinum. Nam subduce- re naues est, ex vndis ad siccum extrahere, & id voluit Dido lib. 1. in illis, subducere naues: cui verbo op- positum deducere, id est, è siccō naues in aquas per-*

A trahere. Et quidem mirandum esset, non euille hac ope naues Æneas longissima nauigatione defigatas.

125 *Obstupuere animis Rutuli, conteritus ipse Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis Rauca sonans, reuocatque pedem Tyberinus ab alto.*

At non audaci cessit fiducia Turno:

Vltri animos tollit dictis, atque increpat vltri.

Troianos hæc monstra petunt: his Iuppiter ipse

Auxilium solitum eripuit. non tela, neque ignes

Expectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris,

Nec spes vlla fugæ: rerum pars altera adempta est:

Terra autem in nostris manibus. tot millia gentes

Arma ferunt Italæ: nil me fatalia terrent,

Si qua Phyges præ se iactant responsa Deorum.

A R G V M E N T V M.

Obstupescunt Rutuli, unus tamen audacior Turnus prodigiis in sui utilitatem conuerit, & ad exitum Troianorum, quibus fugia iam adempta, via unica ad saluem.

E X P L I C A T I O.

CONTVRBANTVR omnia ad insolitum prodigiū, videlicet, Rutuli, Messapus, equi eius: Tybris cursum continuit, imò rerrò redit stupore miraculi, raucum quiddam submurmurus. Fit præcipua Messapi menio, quia is Neptuni filius videbatur nihil debuisse timere ex marino prodigio. Ita coniectar Seruus.

Non iccirco Turnus quicquam de furore remisit, imò audacior, & fidentior animos militum, qui videbantur iacere, cœpit attollere, atque inçipere.

Collidè, quæ facta in gratiam Troianorum, vult conuertere in illorum perniciem: & his prodigiis ait illos peti. Ratio: nam Iuppiter illis eripuit auxilium solitum, id est, naues ad fugam. Hoc cum ingenti contumelia, quasi semper Troiani fuga sibi consuluerint, non bello & virtute. Carpit enim Ænam, qui naibus fugit è Troia; & hæc est solita illius ars.

Sententia est: Puta illos iam perisse, non opus nostris telis, non ignibus: nam, absumpsis naubus, non iam nocumentum aliud spectant. Hi sunt, & tales sunt, qui hoc vno malo corrueint.

Colligit ex dictis, nihil iam reliquum esse Troianis ad salutem; nam maria inuia; nam nulla spes fugæ. Sunt illis maria inuia, quia pars altera adempta est; videlicet absumpsis naubus, adempta vnde sunt: nulla spes fugæ, quia terra in nostris manibus. Romanî enim rerum domini dicebant proper terras, & maria. Itaque pars altera rerum, est, pars altera Imperij, id est, mare. Ergo illis nec mare est, nec tellus: non mare, quia absumpsis naubus; non tellus, quia hac in nostris manibus. Ita certe maiore confec-

tione explicabitur Poëta, quæ solet vulgo.

f Hoc argumento munitus Turnus, non iam tantum Troianos conteinit, sed ipsa adhuc Deorum responsa, quæ illis Italiani promiserant, & quæ passim Troiani gloribundia iactabant: imò iactasse eos imponit illis Turnus, norans illorum arrogiam. Atque eo minùs timere se ea responsa, quo maiores sibi copia; nam gentes Italæ multe pro se, quasi dicat audacissimi; illi iactant vanissimè Deorum responsa, mihi verissimè sunt millia arma, id est, infinita.

N O T A.

OBSTUPVERE ANIMIS RVTYLI.] Est hic suis fundis, Lectio. Commoti Rutuli celesti prodigio, occupantur stupore, languore, inertia ad partandrum facinus. Habent enim hoc magna sceleris, sceleris magna inducent voluntibus aggressi. Inde postea nota Turni supra omnes audaciam, qui non

de terretur celesti prodigio, ab admittendo sceleris, rem, Quæ dixi probant egregia verba Sen. Rhet. Cont.

*Subito mihi ferrum non sentiunt cum animo pariter excedit, torpente manus, & necio quia perurbatione tenebre stuporibus offenduntur oculis. Inellexi, quād difficile est paricidium facere. Iterum: *Oborta sunt subito tenebra, dirigitur animus, sublapsum est intercepit spiritus corpus.* Non possum fratrem occidere. Breuior Tacit. 4. Ann. Magnitudo facinoris mētum, prolationes, diuersa imerdū confitentur. Hæc procudiblio mens eminentis Poëta, & quam Donatus intellexit; nam loquens de equis Messapi, qui turbati restiterunt, ait: *Qualem inretra putamus terrorē fuisse; cum illa fierent, quando maiestatis potentiam animalia etiam muta senserint?**

TVRBATIS MESSAPVS EQVIS.] Clarè allu- sum ad illud Hom. 8. Iliad. vbi, tonante Ioue,

To d' Iouo d'elvæ reuertit tvrnatvnt vñ' òxerqiv:

Equi territi collapsi ante curcum sunt.

CVNCTATVR ET AMNIS.] Est hoc, quod Annis ti- mor. De Xantho,

Δενδρ. Δ' αμφ' Ἀχιλλεα πυκνά μενεν ἵπατο κύμα:

Horrenda autem circum Achilleum turbata constituit vnda.

& Virg. 8. Æneid. reflexis subfluit vnda.

4. RAVCA

Raucedo
flavitorum.
48. RAVCA SONANS.] Calaber lib. 4. loquens de Xantho, πάντα μόνη : & πολλαχούντες. Eiden dat Hom. 2. Iliad. πάντα μόνη : strepitum, fremitum. & πάντα μόνη : strepitum, fremitum.

A referto. Itaque hic verè monstra sunt ostenta, & monstra Deorum. 10. HIS IVPPITER IPSE, &c.] Reddit versum imitatio. Hom. 8. Iliad.

H's γνώστεις, ἐτι ἐν Διὸς τῷ ἑπέτῃ ἀλυτῷ;
An non cognoscis quid ex Iove non sequitur auxilium?

11. NON TELA, NEQUE IGNES.] Hoc argumento vii passim magni duces, cum suos milites exhortantur ad bellum. Constantini Paneg. Ad pri-

Ducis pra-
fentia fatis
contra hos
stes.

mum appetum maiestatis tuae, primiisque impetu totius tui virtutis exercites, hostes territi fugalique. Constantius apud Ammian. lib. 2. Ita paucore torpescit, ut nec oculorum vestrorum vibrata lucis ardorem, nec barbitus sonum perferant primam. Sen. de Prodig. Statim arma submittet; non opus est in illam totu[m] potencia mea; leui comminatione

pelletur. Non dissimilis iactantia P. Sciponis apud Polyb. lib. 5. vbi ait, Carthaginenses, cognito tantum legionum aduentu, fugisse. Et postea ait, satis esse tantum ad victoriam, θρησκευμα τοῦ πολεμοῦ, offensio hostibus. Alexander apud Curt. lib. 3. Vix gladio futurum opus. Sic ergo Turnus, non opus nostris telis, non iugib[us], viatos putate. Non abludit Claud. Bell. Gild.

5. REVOCAT QVE PEDEM.] Pari turbatione de Xantho Hom. 2. Iliad. πάντα μόνη : & de Tybr. 8. Aeneid. resiliuntque exterritus annis. A Virg. Propert. Eleg. 15. lib. 1. de fluminibus, ad caput resiliunt liquores. Et obserua assumi plerunque ad hanc rem verba composita ab re. Nam Horat. Od.

29. lib. 1. relatu[m] riuos resiliunt Tyberim. Ouid. 4. de Pont. flumina reditum. & in Epist. versa recurrit aqua. Virg. 8. Aeneid. refluxus unda. Plin. mare refugum. Auditor Thebaid. regere in fontem citas resiliunt undas annis. vbi regero, & resiliunt ita possis, ἀνταπόποιον απέπειν. Vide 8. Aeneid. ad illud, resiliuntque exterritus annis.

Pes de aqua.
6. PEDEM.] Datur pes vndis magna elegantia. Nam cùm dicantur fugere, curire, recurrere; consequens est, vt pedem habeant. Lucret. lib. 5. & 6. lib. quid pede decedit undas. Virg. Culice,
Castalia, sonans liquido pede labitur unda.
Horat. Od. 16. Epod.

Lewis crepante lympha deslit pede.
Sed haec obseruatio iam trita est. Neque abit dari etiā vino. Corn. Scuerus in Aetna: ipso suo fuerit Bacchus pede.

7. AVDACI CESSIT FIDUCIA.] Utramque vel cem coniungit. Gloss. Audax, sparsus, temerarius. Nam audacia haec Turni, tota ad temeritatem. Gloss. Sparsus, temerarius, ferox. & Sparsus, ferocia, ferocitas. Curt. lib. 3. temeraria Regis fiducia. Cum Sallust. in Catil. dixit, audacia pro mero habetur, verè innuit temeritatem: hanc indicavit Poëta per fiduciam, vt in 2. de Si-

none,
—fidens animi, atque in utrumque paratus,
Seu versare dolos, seu certa occurrere morti.

Inde Gloss. fiduciam, ad nov. Nam qui ita fidit, nihil timet, vt qui se impunem putet.

8. INCREPAT.] Esse hoc, quod Hom. εὐθύνει, Vrissinus notat. Millies Tacitus hoc verbo vsus in hoc significatio. Hic tu agnosc hominem πάθος, πάθησις, πάθησις, πάθησις. Has enim quatuor voces in re militi coniungit Nazianzenus loquens contra Iulianum.

Monstra, id 9. MONSTRA.] Observat Germ. Gracis quoque est, Deorum r[ati]onē sumi non solum vulgari significacione; sed etiam pro signo misso à Numine, idque saepe apud Hom. Euripides quoque Phoeniss. dixit δεξιὸν διεῖτον διεῖτον. Glossa non solum reddit omnes, monstrum; sed etiam r[ati]onē. Virg. 3. Aeneid. Monstra Delim

135 1. Sat fatis, Venerique datum est, tetigere quod arua

Fertilis Aufoniæ Troës: sunt & mea contra

Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,

Coniuge præcepta: nec solos tangit Atridas

Iste dolor, solisque licet capere arma Mycænis.

140 2. Sed periisse semel fatis est: peccare fuisse

Ante fatus, penitus modò non genus omne perosos

Femineum: quibus haec medij fiducia valli,

Foscarumque moræ, lethi discrimina parua

Tibi δι' ὄντωσις Ταύρος περύγειος καλθεῖσαι
Νείβεσαι, τοῦτο ἔτι μεταρρέων, καὶ ἀλεγίσαι :
Tu verò aubus alas expandenibus inbes
Obdere, quus minime moror, neque curio.

Locorum si-
militudo.

Et post pauca,
Εἰς ὄντως δέος Οὐρανοῖς αὐτοῖς πάρεντες:
Vraum est optimum angurium pugnare pro patria.

Dant

Dant animos. annon viderunt mœnia Troiae
145 Neptuni fabricata manu confidere in ignes?

A. — τοῖς δὲ μοιχεῖον θεῶν διῆτα πόλεις ιστοῦσι: aliquid etiam mihi Deorum est adiutor.

Non abludit Calab. lib. 10. & πά ποθε ζερούσιον: & Iuppiter aliquando erit adiutor. Plutarch. in Nicia.

Διά τέρπεις προς μάλιστας ὁ Αλεύθερος: sed alios habet Alcibiades vates. Simillimum illud Eurip. in Heracl. vbi Iolaus, Si Argivus praefit Iuno, nobis Minerua. Graeca sunt. τῶν ποδὸς προποστατικοί, οὐδὲν δι' Αθηνα. Inde in Phoen. Polynices Argivus intocat Iunonem contra fratrem, Eteocles Thebanus Mineruanam contra fratrem.

5. EXSCINDERE GENTEM.] Ita in 7. Juno, amborum populos excindendo Regum.

6. CONIVGE PRÆREPTA.] Ad inuidiam augendam. Non enim Lauinia coniux Turni, tantum sponsa. Sed ut rem aperiat, addit præcepta: quia rapta ante nuptias coniugales. An verò est quicquam, Coniugii suorum quis ma-

Arminium, super insitam violentiam, rapta uxoris, sibi cœlus

seruit uxoris virius, recordem agebant.

7. NEC SOLOS TANGIT ATRIDAS ISTE DOLOR.] Comparat Macrobi. lib. 5. cap. 9. locum hunc cum illo Homeric. lib. 9. Iliad.

τοῖς δὲ λαίριον παῖς εἰς ἀνθράκων αὐτοῖς
Αργείδεσσι; ή έλένες εὐνή μυκόποιοι;
Η μάνιοι φιλέστροι ἀλόχους μερόδων ἀνθρώπων
Αργείδεσσι;

— quid autem populum huc atulit, congregauit?
Agamemnon? nōnne causa Helena pulchritudine?
An soli mortalium uxores diligunt
Atridae?

C. Et quidem versum Homericum iactatum instar Proverbi Erasmus iam invenit ex Vlpiano. Legi illum Chil. 4. Cent. 6. cap. 34. A sententia verò Poëtæ non longè abit locus Calab. lib. 4. Ut enim hīc Turnus ait, se quoque vltorem fore iniuriarum, non solum Atridas; ita ibi Aiax interminatur Troianis, se non solum Achillem, fore vltorem cladium.

8. TANGIT.] Est hoc, quod Hom. saepe in re simili invenit, & νέος. Alij εὐτεράδει, & θηρι. Ovidius Epist. nec te Paru[m] munera tangunt, id est, non te afficiunt, & commouent munera. Val. 8. Arg. socios e[st] gloria tangit.

9. ISTE DOLOR.] Eadem planè efficacia Iste, emphaticæ.

Quintil. Declam. 279. Habebat mariū dolorem. Vter Dolor de que indicat zelotypiam, qui sibi dolor viuens & zelotypia.

vigens. Inde in Virg. iuste μεφατικός. Idem Declam. 286. Acrius incalcent ignes legitimi. & Declam. 291. Maiores habet vires ignis, qui legitimi facibus accendit.

10. SOLISQUE LICET CAPERE ARMA MY- Imitatio-
CAENIS.] CVM gustu ad Eurip. qui Heracl.

Οὐ σοὶ μόνῳ ἔγχει, αὐτὸν
Τέλεταρά γενέσθαι:
Non tibi soli hastæ, neque

Clupeus munitus ferro.

11. SED PERISSI SEMEL, &c.] Hoc genus argumentationis, cum aliiquid obliuiscitur, & statim diluitur, venustum est. Aduoco ad exemplum verba Albitij apud Senecam Rhet. Controuer. 16. ubi sibi? in gubernaculo nulla in remigio? ne hoc quidem in corone? nemo repertus est naufragij comes, in velo, in arte? omnia penè instrumenta circumcisâ sunt.

12. MODO NON.] Explico, nūquā fatis; vt & Modo non. Tibullum lib. 1. Eleg. 1.

Jam

Iam modo non possum contentus vivere parvo.
Ita enim melius constat sententia, quam ut alij explicant.

Muri fiducia.
13. MEDII FIDUCIA VALLI.] Tibull. lib. 4. tutam castris producere fessim. Itaque fiducia valli in Virg. & tua fessa in Tibullo, idem. Hoc per vocula mitem explicuit Propert. Eleg. 11. lib. 4. loquens de Tolumnio, quem vicit Cossus,

*Forte super porta dux Veius astuit arcem,
Colloquiumque sua fretus ab urbe dedit.*

Videlicet fretus mutis verbis & fidens.

Lethi discrimen parvum.
14. LETHI DISCRIMINA PARVA.] Quantum felicit murus habet latitudinis, tantum à morte est discriminis. Quis nescit illud Iuuen. Sat. 12.

*— digitis à morte remoues
Qua tuor: aut septem, si sit latissima tada.*

- ^a Sed vos, ô lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra?
^b Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros: addant se protinus omnes
150 Hetrusci socios, tenebras & inertia furta
Palladij, cæsis summae custodibus arcis,
Ne timeant: nec equi cerca condemur in aluo.
Luce palam certum est igni circumdare muros.
^c Haud sibi cum Danais rem faxo, & pube Pelafiga
155 Esse putent, decimum quos distulit Hector in annum.
^d Nunc adeò melior quoniam pars acta diei,
Quod supereft, lati bene gestis corpora rebus,
Procurate viri, & pugnam sperate parati.

ARGUMENTVM.

Ita Gracos in oppugnandis Trojanis cum Latinis comparavat, ut his det gloriam, quippe gesturis bellum longè alter, quam illi: deinde, quia serum dici, pugnam trahit in diem crastinum, monitis militibus, ut curent corpora.

EXPLICATIO.

^a CONVERTIT se ad suos, quos lectos vocat grandi elogio: quibus ut ardorem iniciat, se principem fore in inuadendo ait, tantum rogar, qui se velint sequi; & indicat uerò, ideo, dum repandunt. Et notes, illum non ambigere de victoria, adeò est præsidens sui: tantum vult, ut scindatur vallum, de reliquo nihil dubitat.

^b Ex occasione facta mentionis Troie vastata à Gracos, se & res Italas confert cum Achille, & rebus Græcorum. Achillis arma facta sunt à Vulcano, non ego (inquit) hoc adiumentum: naues mille nauigant in Troiam, non his mihi opus: addat se illis in auxilium Euander cum suis Hetruscis, nihil timebimus. Non enim noctu pugnabimus, ut Græci: non furabimus Palladium, non interficiemus custodes arcis, non condemnur præ metu in vtero

B equi, ut illi: palam, & sine insidiis rem geremus, ac luce media igni muros circumdabimus.

^c Putant nos Danaos fore, efficiam ne hoc putent. Danaï enim ita languidi fuerunt, ut vnu tantum Hector bellum distulerit in annos decenn. Di-
ctum hoc cum ingenti inuidia Æneas, cui nulla virtus contra Gracos (ex Turni malevolentia) hanc enim gloriam tantum attribuit Hectori.

^d Decernit non iam pugnare, quia transacta prima dici pars, & melior, qua recreari equi, & milites solent: remittitque illos ad curanda corpora, ut parati sint ad pugnam dicentes.

N O T A.

1. SED VOS, O LECTI, &c.] Totus hic locus Imitatio. Homerum sapit ex Nota Macrob. lib. 5. c. 9. Habentur versus lib. 12. Iliad.

*Οὐαδὲ ὑπερδιάλογος πῦντος ἐπὶ τεῖχος
Αἰγαίων, καὶ μνεῖν ἔνεισθαι θεοῖς ἀετοῖς:
Συργίτε bellatores Troiani, frangite munitionem
Græcorum, & nauibus impinge ignem uxium.*

2. O LECTI.] Nescio quid hoc grandius ad be- Olesti. neuolentiam, quam illud omnium, ô socij. quam illud Ammiani lib. 20. ore Iuliani, propugnatores mei fortes, & fidi. quam illud ciuidem lib. 21. magni commiliiones. Tales milites *καυδίται* vocat Hom. Iliad. 13.

3. SCINDERE VALLVM.] Tale illud Hom. Iliad.

Iliad. 11. apud quem Hector hortatur suos *τάφοροι* A enim in oppugnando facilis, & celeritas despiciatur. Expende verò, Lector, altius mente Poëta: ut enim semper pius erga sacra Æneam exhibet, ita recordem Turnum. Vide amentiam ad cœlestis indicium. Tantum abest, ut respicat, ut acrius incumbat. Non malè in illum iactabitur, quod de Demetrio Polyb. 3. Hist. *ἀνὴρ Θράσος οὐ μόνον τοιούτος, αλλά γένεται τοιούτος επεξεργάτης*: *Vir presentis quidem animi, & audax, sed temerarius & nullum planè indicij, & quod de Libone Tacit. 2. Ann. Iuuenem imprudendum, & facilem inanibus.*

Dux exemplum militibus.
4. MECVM INVADIT.] Sup. quoque se exemplum proposuit,

Equis erit mecum, ô iuuenes, qui primus in hostem, &c.

Alexander apud Curt. lib. 4. Nec postulare se, ut fortior capessent prælium, nisi ijs ceteris fortitudinis fuisse exemplum; se ante prima signa dimicaturum spondere, & de eodem lib. 3. ante prima signa ibat. De Iuliano Amm. lib. 15. *Pugnatores accendens præcedunt. De Annibale Polyb. 3. Hist. τρέπεται μόνον τοιούτος επεξεργάτης: Se ipse multitudini in exemplum dabat, & statim, οὐ τοιούτος διδεται αὐτὸς εἰς τὴν πανδυνειαν: τομέτει σε in pericula obiciat.* Marius ab Sallust. Ingerth. dicitur, *in prælio consilitor idem, & socius periculi.* Plin. de Traiano Paneg. *dux & miles.* Ut de Alexandro Curt. 3. *Non ducis magis, quam militis munere exsequitur.* De Catilina Sallust. *Seruii militis, & boni Imperatoris officia simul exsequitur.* Vide Albertum Krant. lib. 6. Hist. Vand. c. 20. ubi loquitur de Abafalone Episcopo belli duce.

5. TREPIDANTIA CASTRA.] Nam hac occasio rei gerenda. Respetum, credo, ad illud Iridis, quæ supra ad Turnum, & turbata arripe castra. Idem Turnus in 10.

— utrum occurramus ad undam

Dum tropidi, egesisque labant vestigia prima.

6. NON ARMIS MIHI VULCANI.] Considerat armis, quia non arma omnia habuit Turnus à Vulcano (hoc iam Seruius videt) tantum enim, nam in 12.

*Ensem, quem Dauno Ignipotens Deus ipse paremi
Fecrat, & Stygia candentem timxerat undam.*

7. ADDANT SE, &c.] Nihil timet turbam, cum hæc portiū futura sit incrementum glorie. Alludit Turnus ad opinionem magnorum ducum, qui minoribus copiis aggressi sunt maiores, nihil multitudinem curantes. Alexander apud Curt. lib. 4. *Itaque illinc plures stare, hinc plures dimicatores.* De eodem Alexandro Auctor Paneg. Constantini: *Nunquam maiores quadragesima millium copias duxis, inhabile regnum ratius quicquid excederet, & turbam portis, quæ excircum.* Inde postea de eodem Constantino: *Tu vero etiam minoribus copiis bellum multo maius aggressus es: tanto scilicet tua virtute propria potior, quanto ille numero in-*

strictior.

8. TENEBRAS, ET INERTIA FVRTA, &c.] Que hæc titibus versibus, petuntur ex variis locis lib. 2.

Locorum similitudo.
9. LVCE PALAM.] Adiungebat ad locum istum Morlanius meus illud Ouid. de Nuce,

*Quid tamen hoc prodit, media si luce palamque
Verberor?*

10. IGNIS CIRCVMDARE MYROS.] In gloriam sui, in contemptum Troianorum: nam hoc genus bellii totum ad contemptum hostium. Auctor Paneg. Constantini: *Negre vallo, fossique obfusso inchoata est, nec cuniculus, agendis, nec machinis admonendis, nec incundiis arice tentati, quassatique sunt muri: sed statim iniecit facies portis, scela propugnaculis, &c.* Hoc

Cerda in Ænid. tom. 2.

A enim in oppugnando facilis, & celeritas despiciatur. Expende verò, Lector, altius mente Poëta: ut enim semper pius erga sacra Æneam exhibet, ita recordem Turnum. Vide amentiam ad cœlestis indicium. Tantum abest, ut respicat, ut acrius incumbat. Non malè in illum iactabitur, quod de Demetrio Polyb. 3. Hist. *ἀνὴρ Θράσος οὐ μόνον τοιούτος, αλλά γένεται τοιούτος επεξεργάτης*. Inde in 12.

Scela improposita, subitissimeque apparuit ignis, quasi ita facile oppugnaret Latini ciuitas. Hoc belli genus tentatum Polynici contra Thebas, attulante Sophocle in Antigone, *ιδεντος μηνεὶ τοῖς τελεοῖς καταιγίας.* Nam videlicet haec pugnandi ratio habita pro facillima, & veluti in despiciatum hostium. Quod etiam fatis indicat Tacit. lib. 2. Annal. *Metanti cibra Cesari Angriuariorum defectio à tergo nuntiatur: missus illuc Sterinius cum equi, & armatura levi, igne, & cedibus persicidum ultus est.*

11. DANAI.] Quippe Græci imbelles habiti ad bellum. Landata superiore Nota Auctor Paneg. Facile est vincere timidos, & imbelles, quales amora Gre- ti. cia, & delicia Orientis educunt. Apud Tacit. 2. Annal. iridentur Græci tanquam imbelles. Marius apud Sallust. scilicet iactat de militaribus virtutibus, atque, Romanos Græce doctrina addictos nihil habuisse vtile ad virtutem. Plin. Paneg. Traiani de ævo illo, in quo non vigebar militaris virtus, ait, *postquam exercitationibus nostris, non veteranorum aliquis, cui dectus muralis, aut cinica, sed Grecculus magister assylir.*

12. DECIMVM QVOS DISTVLIT HECTOR IN ANNUVM.] Est hoc, quod in 11. de eodem Hectoro Troiae ditatu & Ænea, & in decimum vestigia retulit annum. Ita etiam Hector à Sen. Troadib. dicitur *mora fútorum*, vt etiam à veteri Poëta. Apronio Silone apud Sen. Rhet. Suas. 2. *belli mora concidit Fector.* Andromacha 22. Iliad. loquens cum suo Hectore

*Οὐ γάρ οὐδὲ πρώτοι πάντας, καὶ τούτου μαρτύριον:
Solus enim spissis defendebat portas, & muros longos.*

Ab eadem 24. Iliad. Hector dicitur *Troia idonea est, & addit, breui casuram vibem illo sublatu. & lib.*

12. Troiani dicuntur vnu tantum Hectoris virtute, & prodigiis confisi quidpiam ausuri, *τεραῖς περιβόητες, ιδεὶς πλησι.* Adeò in hoc uno spes omnium sita. Philostrat. in Heroic. de eo loquens, *καὶ τὸ ἐπίστροφον, καὶ μὴ ἐπίστροφον τὸ τρέπετο, in illo, & in alio nomine Troianorum rem siam.* Inde incrementum illud 6. Iliad. Andromache ad virum suum, *πάτερες περιβόητες, vbi ait, Hec torum non casurum, nisi Græci omnes in illum irruant. Itaque ad delendum vnu opus toto exercitu. Ab Calab. 2. dicitur *μέγα πρέπει Τροίαν.* & lib. 10. *ἐπέντε δέπατι πάτερες.* Vide & Strabo- nem lib. 13. vbi Fimbris, cum gloriaretur, vnde decimo die Troiam cepisse, cum Agamemnon vix annis decem, audiuit, & *ψήνει Εὐρωπήν περιπορχόντες πόλεως,* non enim Hector aderat, qui pro ciuitate pugnaret. In 2. Ænid. *Spes ô fiducia Tenetum.* Sen. Trag. columnæ patriæ. Qua laude Theron ab Pind. Olymp. Aupac. & Cyn. *τεραῖς περιβόητες, & ab Oppiano Antoninus 1. Cyn. ναὶ μετέπεστα, & Nonn. lib. 4. *τεραῖς πρώτης χλωρῶν.***

13. MELIOR.] Pars dici melior in Poëta non Melior diei censenda iusta sectione vsque ad meridiem; bene pars quæ enim autumat Turneb. indicari ab Turno aduenientे vesperam. Ac proinde à summo mane usque ad horas huc septem, huc octo, huc nouem, aut decem, erit dici pars melior. Calcagni. de verb. & rer. significat. inclinat ex sententia I. C. in priores septem horas tantum, quæ dicantur melior pars dici, non à maiore harum numero, sed quia illæ sint actusostores. Iuuat hanc sententiam Martial. qui in dici divisione septem primas horas dat rebus forensibus; reliquas palæstris, ludis, balneariis, symposiis. Et quidem generatim ante meridiem siebant res serie. Exemplum sit lex hac vetus: *In Comitio, aut in foro ante meridiem causam conicio: post meridiem fidus ne ferio;*

Ce

ferito, ne auspicator, Senatus consulium ne facio, &c. & verba Plutar. in Quest. Rom. hoc. *μητρούθεα μητρας ἐστι τοῖς ανδρῶν τῷ διπλών, τῇ αὐτοῦ πρόστιλην: Meridies nisi seriorū.*

16. PARIS DIES. [Hor. Sat. 9. lib. 1. quarta iam pars dies. Enn. 7. Ann. magna cum lapsu diei Parte fuisse. Sallust. Iugurth. decima pars diei.]

17. QVOD SUPEREST, &c.] Per multum Turnus suos ad prandium amica quadam invitatione, cum Hom. quasi preceo (ait Scal.) 19. Iliad.

Militum atque pugnam cibis. *Νῦν δὲ ιψεσθ' οἰκτίσαντες, οὐ τούτων τούτων Κρήτης:* *Nunquam autem venire ad prandium, ut bellum inceas;* Apud Amm. lib. 20. rectorum monitu exercitus cibo exiguo refectus & somno paratur ad futuram pugnam. & lib. 21. curritis veroque cibis tuba concrèpat. De disciplina Annibalis Polyb. lib. 3. reficiunt se milites ex precedente labore, *καρδιανότες οὐδέ τις προτερεύειν πάντα καυτατές.* Eodem lib. iubet suos *δεπατέσθεν οὐδὲ.* Ut Alexander apud Curt. lib. 3. corpora milites curare iussit. Marius apud Sallust. milites cibum capere, atque paratos esse iubet. Aegesilius apud Xenoph. 4. ixx. *στρατοὶ τε καρποῖς παροῖναι πράντιον αδεσφαίσσιν.* Priamus apud Calab. lib. 2. *τέρπον θυμὸν εἰς αὐτοὺς γενόμενον.* Sunt & de hac re loca duo longissima in Hom. Iliad. 2. & 19.

18. PROCURATE. [De potestate huius verbi, cum pertinet ad rem cibariam, vide que sup. lib. 8. ad

Procuro. **19. INTEREA VIGILUM EXCUBIIS OBSIDERE PORTAS**

160 Cura datur Messapo, & incenia cingere flammis.

165 Bis septem Rutuli muros qui milite seruent Delecti: ast illos centeni quemque secuti Purpurei cristis iuuenes, auróque corusci, Discurrent, variántque vices, fusique per herbam Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. Colludent ignes, noctem custodia ducit Insomnem ludo.

170 Hæc super è vallo prospectant Troës, & armis Alta tenent: nec non trepidi formidine portas Explorant, pontésque, & propugnacula iungunt, Tela gerunt, instant Mnestheus, acérque Serestus Quos Pater Æneas, si quando aduersa vocarent, Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.

175 Omnis per murum legio fortita periculum Excubat, exercéque vices, quod cuique tuendum est.

C

ARGUMENTVM.

Sunt in armis Itali, & Troiani: illi intenti obsidionis, hi defensioni.

EXPLICATIO.

2. PRÆCIPVA cura obsidionis datur Messapo, is praticitur excubis militum, & excitandis flammis

A illud, & equos, & corpora curam. Græci commodissimè usurpant ad hanc rem militare verbum, qua venustate carent Latini. Itaque *ἴσοποιλέν*, est *armare*, atque etiam *cibum militarem curare*, quasi cibus quoque repandum sit inter arma. Hæctor apud Homerum 8. Iliad. *δέρπη Τιφολιόρεσθα.*

Spectator & laudator virutis Ascanij Apollo est, descendit in nubibus aliena forma, Ascanium à bello continet, ac mox in auris dilabitur.

EXPLICATIO.

Descrit Apollinem despectatam pugnas. Adhibet locum, nam ab *aetheria plaga*, thronum, nam sedebat in *nube*. Signat eius venustatem vocans *crinum*. Sic itaque spectabat tam Turni acies, quam vrbem Ascanij.

Co Loquitur Phœbus cum Ascanio, cuius hæc mira laudes, qua crecunt, cum dicantur ore Apollinis, quod magnum decorum est, & hoc qui capiat, magnum esse Virgilium capiet. Commendatur ergo noua virtute, qua præ ceteris auctus, cum nō aucti annit bellum & labore, quo fibid cœlum iter astruit, à diuinis fatalibus, nam genitus à Diis, quod dicit propter Venerem, & hæc erat Iouis filia: à diuina postestate, nata geniturus Deos, Iulium, Augustum, alias furoris & fatalibus bellis ita administrandis à posteris (nam per gentem Assaraci intelligi).

Bigit Romanos futuros) ut omnia cōquiescant & residant: deinde ab ingenti virtute, quam Troia, etiam magna, ramen non cepit. Aduerat Lector, has lades non auditas ipsi Ascanio.

c Hæc cum dixisset, se è cœlo ad Ascanium misit, auris dimotis, conuertitque se in senem Buten, qui fuerat Anchisæ armiger, & præpositus seruandæ primæ parti domus: ac tum curam quoque Ascanij gerrebat datus à patre Ænea. Ibat itaque Apollo huic similis voce, colore, canicie armis sonoribus, locutusque ad Ascanium est ardore belli & facinoris gloria incitat.

d Sermo Apollinis ad Ascanium, quo contentum illum est vulnus gloria Numani occisi, cum præcipue id factum sit *impunè*, id est, nullo Ascanij nocimento. Docet deinde gloriam hanc manasse ab Apolline, tantum abest, ut paribus armis inuideat, id est, arcui & sagittis; nam his quoque est Deus virtus. Tertiò hortatur, ut ardorem contineat, parcatur.

e Non expectauit Apollo responsum; nam vix orsus, sermonem statim rupit, ideo *medio sermone*. Ut verò sese Deum esse proderet, in auram euanuit.

Nota omnia, quis *procul idem ex oculis*: quia auram, ideo *euanuit*. Quod ut capias, vide quia iam à me alibi

A 24. TEVRI CLAMORE SEQVNVTVR.] Videlicet ad felicem Ascanij istum. Cal.lib.4. πολὺς δὲ ἡ φωνὴ λαος. Sed Hom. ad verbum Iliad. 15. οὐ τούτοις εἰσένειν.

25. LATITIAQUE FREMVNT.] Est totum hoc *fremitus* in militare. Amm. lib. 15. ore Constantij Imperatoris: *Quia igitur vestrum quoque fauorem adesse fremitus indicat letum. Ita & in asleni militum Simocatt. cap. 15. lib. 2. βοῶντες ἐπολλήσαντες βολῆς εκείνην, τοις τοῖς εὐφοριαῖς κατενελάδειν τὸ θέατρον: Clamor multus sublatissimus est ab universo confessu, & fauisti theatrum adfemituit.*

IN IX. ÆNEIDOS.

alibi de etymo particulae huius procul: neque enim A Et Seneca in Furente,

Non est ad astra mollis è terris via.

Pulchritè Dionys. Hal. lib. 9. τὰ μετάλλα ἥψα μετάλλα
ἀπέντεντον ὀνειρεῖσα: *Magna opera magnis semper periculis emimus. Cal.lib.4. πολὺς δὲ ἡ φωνὴ ὑπερβολὴ laborabit gloriam, & lib. 1. πολὺς δὲ ἡ φωνὴ ὑπερβολὴ: laborem gloria comitatur. Libro 4. Antholog. cap. 8. Epig. 4.*

Ἄλλος δὲ τοῖς αὐλαῖς τοντὸν ἔπεισεν εὐθύνην.

Sei via in Ionis aulam, pretium est certaminis.

Et rursus Epig. 5. ciuidem capit. 1.

Δε, νέο μετέμορφος τε τεκτονικός Ηρακλεος εὐθύνεις.

Οὐδὲ τλας, αὐθανάτον ονομασιαποτοντος εἶναι:

Aspice tua certaminis, ὁ Hercules, qui multa es passus,

Q[uod] uolens cœlum ascendisti domum Deorum.

Et ipse Hercules de Sc Epig. 7. post enumeratos suos

labores, absoluimus, autem Olympos ex ea. & Epig. 16. καὶ

πολὺς εἰς Ολυμπον ἵστηται: ex igni ascendisti in cœlum.

Sidon. de Hercule codem,

Portatusq[ue] polus, polum dederum.

Domitianus dux bellum apud Simocatt. ηγανθαστες Σελαῖς εἰσενταται τὰ πρόπτερα: ικτίbus & vulneribus trophy emuntur. Ammian.lib.17. ait, virtutem esse contentam his, quae fedoribus questris & dexteris. Horat. 2. Epist. de Libero, Castore, & Polluce. recipi in templo Deorum, videlicet, post ingentia facta. Iuppiter factus est Rex, ait Valer.lib.1.Argon.

Iapeti post bellis, truces Phlegred, labores.

Sen. de Prouid.c.5. *Humilis & inoris est ita se ferari,*

per altas virtus it. Eurip. in Heracl. apera Καΐρη εἴσε πόλεσσον:

it virtus per labores Symm. epist.81.lib.9. virtus durioribus

negotioris enitescit. & aspernatur declinum facilitatem, maxi-

mox, sudore ardum landis admittitur.

5. DIIS GENITE, ET GENITURE DEOS.] Non Diisgenitus,

& Deos genituras.

οἱ βασιλεῖς οὐανα περιστοιχοὶ τοις περιπτέτου,

Μάτερ ἡ Ερέχθιος, τεκτονικός Δράκος γένους,

Θεοὶ οὐδὲ εὐνατερα περιπτον, Θεοὶ δὲ μητρηὶς εἴρησι:

O maxima Regina Persidū, quibus est alta succinatio,

Mater Xerxa veneranda, salve uxor Darj,

Tu quidem es coniux Dei Persarū, mater etiam Dei.

Ad gustum horum Claud. de Nupt.Hon.

Magnorum soboles Regum parturagi Reges.

Quod Claudiani aquilius conueniret Marie Augu-

ste, matri Rodolphi, filia Caroli, vxori Maximili-

ni, qui omnes fuere Cæsares: & de qua nos in carni-

ne ad illam,

Cæsaris alma parens, fata Cæsare, Cæsaris uxor.

Neque ab illud eiusdem Claud. in Epith. Hon.

Cæsareum feminino

Stemma recurrit ornis.

Idem Paneg. 2. Stil. eodem penè sapore,

Progenitam Angustis, Angustorumq[ue] sororem.

Iterum:

Reginæq[ue] parit, Reginarumq[ue] maritos.

Stat.lib.1.Sylu.

Salve magnorum proles genitorq[ue] Deorum.

6. GENTE SVB ASSARACI.] Hunc quoties in Assaraci,

ore assunxit, Augustum & Cæsares signat; ut cum ait

3. Georg. Assaraci proles. & 1. Æneid. dominus Assaraci.

Nota & variationem gens proles, dominus.

7. FATO VENTURA.] Quasi ciuilia bella non

culpa Augusti acciderint, sed fatalia fuerint. Etad

hæc respectum non dubito, quia hæc vnicè quicquære

sub Augusto, cum multo ante incepissent.

8. NECTE TROIA CAPIT.] Vult Brod.lib.1. Philippi

Miscell.c.26. verba hæc sumpta à Philippi sermone

Macedonis sententia.

laudantis generosam indeolem Alexandrini filij, cum

is Bucephalum ascendi. Plut. in Alex. ζετεοντα

βασιλευοντα τον; Maledicta γαρ οτι καιροι: Λετε tibi

Regnum

Crinitus
Apollo.

Apollinis
debetruo.

Mætus
quid.

Magnus vnde
& Ma-
xi-
mus.

Mætus vno
ingenio &c.

Labores viā
ad cœlum
astruunt.

NOTÆ.

1. CRINITVS APOLLO.] Est hic, quem Græci *άνετον*, quem Latini *intonsum*, & vetus Poëta *comosum* vocat. Primum est in Pind. Od. 1. Isthm. alterum in Propert. & aliis: tertium apud Deli. in Nou. Comm. Sen. in Oedip. vers. 419. Sed & Nofer ab Ennio, qui in Alcæone, *intendit* crinitus Apollo Arcum. Vide, ut Deum istum describi ab antiquis pictoribus dicat Max. Tyr. diff. 27. *μετανοειν, γυμνος, οὐ τοις χλωροῖς, οὐ διελεγεται, οὐ πελεκητος, τοις θυσιαις τοις θεοῖς: adoleſcem, qui ὅλη μούδη ὠθεῖν ματταντανομένην* *πειθεῖν ματταντανομένην*.

2. MACTE.] Verbum *macta*, & nomen *mactus* sacerdotum sunt. Verbum explicant ista Varro. lib. 2. de morib. Pop. Romani: *Mactare verbum est sacrorum, καὶ τὸ ἐφημεροῦ, οὐ, quasi magis angere, & adolere, unde magnitatem, quasi matto augnatum. Nam bovis tanguntur mola salsa, & tunc immolata dicitur. Cùm vero ista si sit, & aliquid ex illis in azym datum est, macta dicitur per laudationem, siemque boni omnis significatiōnem, & cùm illi mola salsa imponitur, dicitur macte esto. Arnob. lib. 7. qui eam formulat; *Mactus hoc vino inferio esto*, ita interpretatur: *azymum est mactus, quām volo, tantum amplificatus, quām inbeatus, & amplificandus; ut macta arca, erit aucta, & augenda nouo sacro. Ad eum modum, quo Tacit. 2. Annal. *actus omnis, & addicentibus auspiciis vocat concionem.* Et, quamvis frequiore viu inueniatur quintus casus, sed non dubium, quin alij; nam in Arnob. vidisti macta. & Plin. vñspurat numerū multitudinis lib. 2. cap. 12. *Macti ingenio g̃le cali inerptes.* Plaut. in Milit. aduerbialiter. *amabat mactricem macta.* Ab hac vocula putant aliqui (in his Nan. lib. 3. Miscell.) natus appellations Romanorum, qui quosdā *Magnos*, quosdā *Maximos* dicebant. Quæ Erasmus sentit, referens hanc vocem ad probationem viuimæ, mihi plurimum displicent. Volo audias verba Senecæ epist. 66. *Macte viriū esto sanguindenīs, & ex acie redeunībū diciūr. Hæc ad mentem Mardonis, qui verba hæc dici Ascanio fingit post gloriōsum in bello facinus. Et profecto tam ad hunc ritum, quād ad locum Virg. aspirauit Sil. lib. 4. apud quem Mars adolescentem Scipionem, qui patrem in bello seruauit, ita aloquitur,***

macte o macte inde sacra

Vera Iouis proles, & adbuc maiora supersunt.

3. VIRTUTE.] Coniuncte has voces *macte viriū*, Liu. lib. 2. & 4. Lucilius, Attius, Pacuvius, Ennius. & omnes fore Poëtae, qui post istos. Sed & alias voces reperiunt. Nam Arnob. laudato in loco, *mactus vno. Caffiod. epist. 3. lib. 1. macte felicitate laudabilis. Plin. macti ingenio. Pacuv. in Dulorest. macte opera.*

Huic Latinæ formæ, *Macte noua viriū*, respondere hanc Græcam οὐανοντας, Vrbinus & Germanus notant.

4. SIC ITUR AD ASTRA.] Aurea gnome. Bella & labores viam ad cœlum astruunt. Gloriam enim laboris esse filiam ex Aeschilo citat Clemens lib. 4. Strom. c. 4. Versiculos Phaedri est.

Cœlo receptus proper viriū Hercules.

centem dixit, *Educlum Marius luco*. Commendatio A non vulgaris natalium, ex errore Gentilium, quibus luci ad nascendum gloriose semper fuerunt; quia semper Diis sacri, & semper in religione. Indochorum pater *Idaea* dicitur, & sit *Ious* mentio, cum allusione ad Homericum illud, *τηνθεν μεσσων*. Et haec est ratio, cur luci olim sacri essent *Heroibus*, quia hi in illis nati. Sic Pausania Atric. adducitur *Λαύριον τέλευτην ἵππον*, *Laci Herois lucus*, in quo nihil fortasse frequentius. Accedit & ratio alia, quam alibi latè aperi, lapanaria olim fuisse in sylvis & locis herbidis, vnde occasio mentiendorum natum.

Hier.

3. HIERA.] Cum omnes ita legant, neque sit in hocaliqua discrepancya, putabam retinendam lectio- B nem, hoc sensu, vt Hierat sit vel verum nomen matris horum iuuenum, vel nomen matris afflictum; quod illos peperisset in Ida, loco Hiero. Polliux capite quinto lib. quinti, *επει τοις θεοις την θεαντικην επιν*: *Dicuntur Hierat templi, nemora, luci, septa,* id est, dicuntur sacra. Huius rei seges magna saepe in multis, & in uno Paulan. *επιστηνē maximā*. Ad rem. Nihil vetat, dici illorum matrem Hieram, id est, sacram, à loco sacro, in quo partus. Si autem velis, Turnebum sequere cap. 7. libr. 22. in tantum lectio- nem in hyena, vt dicantur hi duo nutriti ab hyena, vt alij à cerua, cane, lupa. Iuuan Turnebum mensus syllabicus, nam *επει* medium corripit. De hyena, qui multa volet, legat Gess. Adi & que in Clementem coniunxit Heret. in lib. 2. Pædag. c. 10. Lege & Germ. in Paralipom.

Imitatio.

4. ABIETBVS, &c.] Pergit Homerica imitatio ex lib. 12.

*Τὸν δρόντα προπάρθειν πολέμων ὑψηλῶν
Ἐσαῖσθ, οὐδὲ τὸν δρόντα προπάρθειν,
Αἴτιον μίμεστον καὶ δευτέρον μητέρα τῶν
Μύρων μηγέλοντος διμετέρον ἀραιγῆν.*

*Hi viisque ante portas altas
Stabant; sic ut quando querens stant in membribus procreare,
Quia venient sustinet, & pluianam per dies somnes,
Radicibus magnis late diffusis firmatae.
Siosanē hū duo manibus freti, atque viribus.*

Permanebant, &c.

Ait Virg. *abieres patrias*, id est, *Idaeas*; nam in Ida nutriti hi duo. Vocat Scal. *Homericam operam minorem* Virgiliana. Macrobius etiam ait, superatum in hoc loco a Virgilio Homerum. Est & Iliad. s. simile, vbi, *ταλάντην ἐποίησεν οὐλήν*: *sintex altis abiesibus*. & 13. Iliad. ait, *Alcatheoum stetisse in bello*,

ωςε σταλων δειδεον οὐτε τελον,
ut columnam, aut arborum alijs innam.

Nonn. lib. 3. de quodam adolescente, *ὑπομόρφων* *τερεντελος*: *alicome palma persimilis*.

Monti simili-

5. MONTIBVS ΕΩΝΟΣ.] Recte putant, qui Virgilium dicunt adicisse animum ad hominem *τελώνον*, aut *τελέστον*. Nam vox haec nata, quasi *τελεσθέντες* *τετραγένετος*, accedens magnitudine ad montem. Inde Sen. in Thyest.

*Tergmina moles cecidit, & qui montibus
Stabam pares Gigantes.*

Quod accepit ab Apoll. qui lib. 1. de Gigantibus dixit, *θεά τρέψεν αἰτία τελώνον*. Vnde bene Hom. lib. 9. Odyss. cum prius Polyphemum vocasset *τελέστον*, eo verius, *τελέστον* *τελέστον* *τελέστον*, postea subiecit,

*Kαὶ τὸν Ταῦτα τελέστον τελώνον. τοῖς ἔπεις
Ἄρδει γε τοῖς φέρει, οὐδὲ πέρι τούτου.*

Τελέστον ὄπειν.

D ————— *bello qualis supremus apertis*

Vrbibus.

Idco apud Hom. 18. Iliad. Polydamas iubet oculidi firmiter portas vrbis contra imperium Achillis, & voces multas cumulat, vt ita indicet rei magnitudinem,

τελέστον τε πόργοι,

Μαρπει, εὐξεῖσθ, τελέστον ερύγρατος:

— urbem autem turres,

Altar, portas, afferentesque ad has aptatai,

Longi, politi, coniuncti tutabuntur.

Sed non certe *εὐξεῖσθ*, vt videas semper labi Homerum.

8. FRETI ARMIS.] Scal. *Quid ponuit generus?* Deinde addit, *quod perterritus animus plebeios, solisque inuictus mortibus hostem.*

9. PRO TURRIBVS ASTANT.] Sic illud,

Et Sagarim, & summis frantem pro iurribus Idam.

Verbum *astant*, signat defensionem, vt Sophocles in Antig.

Νορῶν γε τὰς δε γῆν, οἱ δι' αὐλίσθεις ὑπερ:

Oppignans patriam, cum alter defendetur.

Ad verbum, *contraria faciat.*

10. ARMATI FERRO.] *Οὐλοστρινη cape, & cata-*

phractos; nam illud Seruij de corde ferreo, quia Ennius, *συγκινετη corda macharis*, non placet. Hom. sape, *κενορεθέντη χαλκη*.

Τελέστον ὄπειν.

Armatis fer-

ro, quid.

C ————— *11. AERIA.*

11. AERIA.] Quia in altum sublata. Sic lib. 4. *A taneis pinos*. Catull. *mutanti planatu*.

Epig. *τελέων οὐλην, αεριαν σειδιν.*

12. LIVVENTIA FLUMINA.] Neque hū Servium probo legentem *Liquetia*, referentemque ad *Liquetum* fluum. Sed iam contra illum Erythraeus, & Gifanius. Leenim qui tertium fluum volunt lucifacere, perdunt *Mulam Maronis*, & pulcherrimam figuram, Zeugna, qua hic locus exornatur. Deinde non satis vñata locutio. Non enim dices, flumis Mincios: sic neque *Liquetia* flumina, ad *Liquetiam* fluum.

13. PADI.] Voluit hoc nomen præ Eridano; nam cum respetu ad etymon. Dicitus enim est *Padius* (si Catoni creditis de *Originibus*) à picca arbore. Et hū *Padi* meminit Virgilii, vt ferentes arbores: neque impedit murari in quercus. Plin. quoque similem adducit originem.

14. ATHESIN SEV PROPTER AMORVM.] Celebra fluminis huius: amanitas. Calliod. epist. 48. lib. 3. *Hanc Athesin interfuit bonorum, amanis gurgitis pri-*

*ue preterfluit, e. usum praefixa, minimis & decoris Claudianus in Epith. l. tonat. Flumis numerans aptos voluptaribus, principe loco Athelin adhibet: in modo, cūm aliis alia assignet, vt *Mincio* subfuros apium, *Pado* eleætra, *Tago* aurum, huic vni dat choreas, veru illo, *Athesis* strepuit chorœ. Sidonius libro primo epist. præmissa memoriæ aliquorum fluminum, in teque illa *Athesis*, addit, *quorum rīe, τοικε πασιν quernis acernisque memoribus vogliebantur*. Contrà tanen sexibz *Auctor* *επαληθερος Paneg. Constantini. Athesis ille sexis alper, & *gargibz* *vericosus*, & *impetu* *forox*. Sed hec extrema ad celeritatem refer, qua hic annis celebris. Sidonius epist. 5. lib. 1. *velocem Athesin, pigrum Minicum*. Quod accepit à Claud. *& velox Athesis, tardusque meau Minicus*.**

15. CONSVRGVT GEMINÆ QVBRCVS.] Possum existimare Claud. 3. Rapt. in describenda cupressi gemina omnino hercille Maronis cursu. Ita ille:

*Tollebant gemine capita inuoluta cupressis
Cepit vicino, quales non rupibus Ide
Minutus Sironi, quales non dinunc rupa
Lambit Apollinis nemoris mirator Orantes:
Germanas adeo credas, sic frondibus aquis*

Astant, & socio despectant verice lucum. D Est hoc perfectissimum genus imitationis, cūm scilicet ita occulta est imitatio, vt tenues tantum ducantur lineæ. Virg. *artollunt capita*. Claud. *tollebant capita*. Ille, *gemina quercus*; hic, *gemina cupressus*. Ille, sublimi vertice; hic, despectuant vertice. Hæc clara sunt, non item, quæ sequuntur, & ego tenues lineas vocavi. Ille in re comparata, *astant*, quod hic transtulit ad arbores. Ille *ide* meminit in mentione fratribz, hic in mentione arborum. Ille virtutis ea comparatione ad fratres, hic ipsas arbores *germanas* vocat. Ab illo dicuntur fratres *equimontibus*, ab hoc arbores *equis frondibus*. Pro *Pado* illius atque *Athesis* adhibetur *Orantes* ab hoc. Pro *ripis* & amicitate *Virg.* est in *Claud.* *diuite rupa*. Volui hoc ad gustum illorum, qui amant *Claudianum*, quod iure faciunt optimo.

16. CORLO.] *Πάρι* incremento *Stat.* 3. *Theb.* *Amons erit audaci sedentus in aethera dorso.*

Et de *Parnasso* Eurip. in *lone*, *επάριον επάριον*, quasi ita altus sit, vt sedent in cœlo habeant. *Agathia* lib. 1. Histor. scribentis de militibus *επαληθερος*, cūm in turmas coētūt cum strepitu; quod verbum apium est. Ita potest expediti locus alter huius libri, qui iam precessit,

*Quem circumglomerari omnes hinc coniūt, atque hinc
Prorubant.*

Glomerat scilicet se Latini ad quendam *Volscentem* contra vim *Nisi*, non aliter ac apes s. Regi suo agglutinant, vt defendant.

25. ET CONFERRE MANVM.] Hoc unum hemisphericum opponitur reliquo superiori libro, in quo Troiani pugnarunt ē muris. Nam hoc est, *non equo dare se campo*, & *non obvia ferre arma*. Oprabatque Turnus excutere illos ē vallo, *in equor effundere*. & milite alia quæ præcesserunt. Iam ergo hīc conferunt manum. Inde alacritas exultabundi Turni in sequenti tractu.

Relinquere
suis viri
fortis nota.

26. PROCV RERE.] Verbum Homeri, qui lib. 22. A retro ad suorum turbam abiens recedebat, scilicet prementibus hostibus. Neptunus quoque 13. Iliad. miratur Trofano pugnare ἐπένθετο προσιτον ab urbe, quod ducit in argumentum virtutis illorum. Sic & sexta Iliade Diomedes Glaucum ita laudat, πολὺ φρεσίν τοι πολὺς πολὺς ἐπέλθων, quod longius a suis procederet. Inde & Menelaus Iliad. 17. Euphorbium contra se pugnantem monet εἰς πληθὺν οὐνα, sediret ad turbam, neque auderet ita procurrere. Est n. nota viri fortis suis relinquere, quasi non illis egeat. Vnde & postea Menelaus idem in magnō timore οὐδὲ οὐτός τε πάντας, recipit se ad suis, atque etiā de Hectore, εἰς οὐλαντὸν λόγῳ διερχετο εἰπον.

- ^a Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantique viros perfertur nuntius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.
Deserit inceptum, atque immani concitus ira
695 Dardaniam ruit ad portam, fratresq; superbos;
^b Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus
Aëra per tenuem, stomachoque infixa, sub altum
700 Pectus abit: reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem, & fixum ferrum in pulmone tepeſcit.
^c Tum Meropem, atque Erymantha manu, tum sternit Aphydnum.

ARGUMENTVM.

Audit Turnus apertas portas, ruit illis, interfecit Antiphaten, & obuiis aliis.

EXPLICATIO.

^a FVREBAT Turnus in diuersa parte exercitus, turbabat omnia, audit tum hostem cæde graſſari in suis, & patere portas, ac se statim expedit, incepit defenit, & aduolat, inde ruit cum ingenti ira inuitus Pandarum, & Bitiam.

^b Habuit in via obuium Antiphaten, qui ex muriam longius procurraret, eratque filius Sarpedonis, sed nothus à matre Thebana. Hunc statim sternit. Inuitatus Poëta viri huius splendore, erat quippe nepos Iouis; nam Sarpedon Iouis erat filius, describit modum idus. Iaculum per pectus abiit ad stomachum, atque inde ad pulmone, quo fixo ferrum interpuit. Et quia ita cauum vulnus, pectoris dicitur, & sanguis inde profluens, vnde spuma, ducto sermone à fortibus, è quorum abditis, & specubus vnda emanat.

^c Antiphaten eminūs interfecerat, nam coniecto iaculo, hos tres cominūs, ideo manu: itaque illum iaculo, hos gladio.

NOTE.

Etre nūciū. ^{1.} PERFERTVR. NVNTIVS.] Ita Soph. Elec. φέρετον λόγες: vnu ferens nūtiū. Et nota ēi παρέπει, ab

B codem dici ἐργον pro munio, eo versiculo, ἐργον ποιεῖσθαι.

2. FVERE CÆDE NOVA.] Praeclarè, quia cædes fernor, de nona, ideo feruere: feruor. n. est initio coctionis. Inde pagina, cur ego Ammianum expendo libr. 20. qui de extrema adhuc pugna ait, feruente certaminum mole, quasi semper par fuerit pertinacia.

3. DARDANIA.] Vide, an fortasse non generale Dardania hoc nomen, sed peculiarē & verum illius portæ. Nā sic sit in 3. Stacis amplexor limina portæ, de vrbe Heleni, qui ab portis Scæsis Troianis id nominis impoſuerat porta sue vrbicula. Ita hīc Dardanias portæ, pari in patriam amore. In Homero multa est mentio πολὺν Δαρδανίων.

4. R VIT.] Homerus sape in hoc impetu, ἐπεύρητο, ἐπεύρητο, ὀδυρητο, pro στυρητο, μενετο, ἐμενετο, ὄρωρος. & ad verbum ἐπέρωτο, irruit. Interdum etiam ιβηθητο, militari verbo, & ἐπαινετο, ὄμητο, ὄμησετο.

5. ET PRIMVM ANTIPHATEN, &c.] Impetum suum dirigebat Turnus contra duos fratres, qui in portis; hi enim scopus furoris: sed in via deleuit quatuor. Itaque non sine respectu ad hanc rem Pyrrhus apud Sen. in Troad. ita prædicat facta patris Achillis,

Hac tanta clades gentium, & tantus pavor,
Sparsa tot vrbes turbinis usq; modo,
Aliarius eset gloria, ac summum decus,
Iter est Achillis. Sic meus venit pater,
Et tanta gesit bella, dum bellum parat.
Adsimilis locus Claud. de Bel. Get. vbi quispiam rem gerit præterente manu, & Paneg. de 2. Confid. Honor. Hoc ibi dat Silicoris iter, quia Silico in ipsa adhuc via bella multa.

6. SE PRIMVS AGEBAT.] In 6. sepe Palinus agebat. vide hīc Seru.

7. THEBANA.] De Thebis, quæ in Cilicia, Thebas du-

Locorum si-
militudo.

accipit Turn. Est enim credibile Lycium hominem inde sibi copulasse concubinam, non ex Thebis illis notissimis Gracorum. Adduco in argumētū, inde etiam ductam coniugem Andromachen ab Hectore. Fuit enim illa filia Eetionis Regis Thebarum Cilicie, quod Hom. 6. Iliad. Quid vero, & Lector, si deceptio Penthei 4. Aeneid. putantis se cernere Thebas duplices, nata ab hac duplicita vrbe: vt dicat Poëta, Penethum, qui erat & Thebis Gracorum, quoties cerneret suam vrbe, putare se quoque cernere pariter illas alteras Thebas Cilicie. Ideo hīc, quia ibi omitti.

8. NOTHVM SARPEDONIS ALTI.] Praeclarè, & signatè. Est enim differunt inter nothum, & spuriū. Prior, qui natus ex claro & noto patre, matre obscura & ignobili: posterior, qui matre nota, ignoto patre. Ergo, quia non spurius, sed nothum, ideo Sarpedonis alti. Quis sit propriæ nothum, adhuc video dubitari. Ego Cuiacium sequor lib. 5. Obseru. cap.

6. cuius sententiam firmabo. Hi verè sunt nothi, qui habentur à patre celebre, & concubina retenta domi, loco vxoris. Ideo ab nonnullis nothum vocari αντιγένειον apimaduerit Pollux cap. 2. lib. 3. quia illius mater domi est, & in eodem hospitio. Et hi quidem non κάτιοι, aut terra filij dicuntur, nec quasi αποράτοι nati ex mera scortatione, & adulterio. Sic Iustinian. nothus accipit, quos φυσικοὶ nominant, id est, μυριαῖοι. Inde in Homero, nothi sumptuus honorifica. Non enim intelligit natos ex stupro, incesto, aut adulterio. Et Eurip. in Ione, hominem ρολανθηνοῦ, nothum, dicit esse ιγνῆν, in Συρενῖ: nobilem, non ignobilem. Quis inde Grecis dicta ρολα, aut ρολεῖ, id est, pars illa hereditatis, que ad nothos deuoluebatur lege Atheniens. cuius meminit Aristophan. aduocante illum Polluce loco adducto. Αετοφάνης ἡ ρολα τοῦ αρματοῦ πατέρος τοῦ αετοῦ. Vide & Suidam, qui Demosthenem, & alios adiurat. De etymo vocis, varie. Tantum offero Suidam, qui dicit à particula: ὁ, id est, non, & οὐ, διuinum; quia nothi carent diuino illo, quod esse in procreatione debet, id est, legitimis nuptiis. Vide Lexicon Sim. Schard. A proprietate vocis, quam apudisti, nata translationes quædam, vt Atticimus ρολος, id est, non verè Atticus: & cartilagineus in humano corpore maiores, & minores; illa dicuntur γρηναι, id est, legitima, ha ρολο: de quibus

9. VOLAT.] Hom. 22. Iliad. ὅρπεταζον κάλυπτον Volo, de ἔρχοντο. Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. longè volante telis. sagitta. Plin. lib. 16. cap. 36. loquens de calamo, vnde conficiuntur sagittæ, pondus volvunt. Sed hoc alibi.

10. ITALA CORNV.] Pro, Italica. Sic Pers. Italum, pro Sat. 6. Ligus ora, pro, Ligustica. &, immenes iocos, pro, Italico. imeniles. & Sat. lib. 1. Italo honore, pro, Italico. &, hermas sensus, pro, heroos.

11. STOMACHO QUE INFIXA.] Iētu simili intersectus Euphorbus à Menelao Iliad. 17. καὶ σφράγον θεμέλαια τοῦ.

12. SPECVS ATRI VVLNERIS.] Sil. lib. Specus, de 6. de vulnerato serpente, Τιβιζιανον σπιραντον ειναι vulnera, Fundus, cœs vltima. Stat. flexu alio vocat fundum lib. 9. quasi Fundus, è caerulea exiret sanguis. Ioan. Chrysost. in laudat. prima Romani Martyris vocat vulnera φαθαίς αὐλα-νες, fulcos profundos, & inde fluere sanguinas αιμάτων, rinos sanguinis.

13. FIXVM FERRVM IN PVIMONE.] Ad verbum Hom. lib. 4. Iliad. οὐρανὸν εἰς τοινούς καλέσ.

14. TEPESCIT.] Ita sup. tristis que heft tepeſcit, cerebro. Hom. 16. Iliad. ὅπερεπερδεινον ξιφος αἴματι: in calvi gladius sanguine.

15. MANV.] Cum oppositione ad iaculum, quo Opposito. percutit Antiphaten. Itaque hunc eminūs, & iaculo, alios cominūs, & gladio. Hom. 20. Iliad.

Τὸν δὲ διετοῦ βαλῶν, τὸν δὲ σφράγον τοῦ τιμόνος:
Hunc quidem hafia iaculatus, hunc verò cominūs enī
verberans.

^a Tum Bitiam ardenter oculis, animisque frementem,
Non iaculo (neque enim iaculo vitam ille dedisset)
Sed magnum stridens contorta Phalarica venit

705 Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec dupli squamma lorica fidelis & auro
Sustinuit: collapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingens.

^b Qualis in Euboico Balearum littore quondam

Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè
Constructam iacent ponte: sic illa ruinam

Prona trahit, penitusque vadis illisa recumbit.
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenae.

Tum sonitu Prochytra alta tremit, durumque cubile

Inarime, Iouis imperiis imposta Typhœo.

^c Hic Mars armipotens animos virésque Latinis

KK. 4.

Addi

lib. 35. ait, hunc puluerem Puteolanum opponi mari A fluctibus, mersumque protinus fieri. idem inexpugnabilem vnde. Additique, fieri fortiori si Cumano miscetur cimento. Videndum etiam Strabo. Longè hac abluunt à columnis, que vno tantum scapo continentur. Sed & Auson. clare epist. 13. ad Paulum,

Vel qua Balearis pendent fluviania pilis.

Sic enim legendum, non puls. Vtrunque aedificium aperte discriminat Sidon. epist. 2. lib. 1. Nec pilae sunt media, sed columna, quasi in ratione fabricæ directe opponantur; & verè opponuntur. Quid cùm ita sit, cur dicam, Virgilium intellexisse columnas, & liberè mutasse in pilas? Nobilior multo est columna, ut ratio annuit, & versus Paulini Natali 9. Felicis,

Quæq[ue] prīns pilis stetit, hec modo subi. columnis,

Vilia mutato spreui camenta metallo.

Et quia nobilior, ideo in aedificiis spectatur: pila contra, quia informis, vindarū tenebris destinatur. Haec pila sunt, quas Graeci vocant γαλά, id est, *vngula*, quæ excitabatur nō solum in ipsis vndis prope littus, sed etiam extra vndas in ipso littore, ad arcenos fluxos maris contra vrbes maritimas. Eorum meminere Xenophon, & Thucydides: ille lib. 7. Anab. ita coniungens, *καὶ τὸν θαλαττ. ν. καὶ ποσ. Υγιὲνὴν τὸ τέχνης, in sua mare, ac iuxta mari vngulæ, hic lib. 1. vocans τὸ χαλὶν τὸ τελείων, vngulam mari.* Florum verba nolui integræ, sed dabo integra verba Scholastæ Thucydid. quia ad rem mean. γαλὶν τελεῖται (ait ille) οἱ ἀρχαιοὶ. τὸ τελείων, τὸ τέχνης. Χαλὶν τὸ τελείων, τὸ τέχνης. Vngula est, proiecti lapides ad mare ante murum propter violeniam fluctuum, ne murus monumentum patiatur. Sic dicta, quod similis vngula bonis. Annon verè ipsissima haec est pila? Aut di Lucret. lib. 6.

*Est quoque uti posse magnus congestus aenea.
Flutibus adseris oppilare ostia contra.*

Cum mare permotum ventis ruit imus arenam.

Vides eundem usum in pilis Lucretij, atque in vngulis Graecorum. Sic & Hom. 1. Iliad. ait, οὐδεὶς προσθῆτε, prorinantes felæ excitatas a Graeci, in ipso littore ante murum, quem ipsi struxerant. Et, quamquam rationem tacet, explicandas est ex mente interpretis Thucydid. Neque impedit, eas dici ibi ab Hom. εἰ μάλα πόρπων, firmamenta turriam. Ex hoc excursu videoriam Poëtam intellexisse, mihi antea ignoratum. Pilas suas statuit non in vndis, sed extra vndas Balearum in littore, & cùm addit, iacunt ponto, non est, in punto, sed porto, id est, contra pomum. Inde cùm alittore in vndas corruit, ingens ille sonitus & strepitus Virgilij. Itaque, cùm pila excitentur & in aquis, & extra aquas, Virgilianas capio de eis, quæ extra aquas.

11. **MOLIBVS.**] Praclarè: nam & hæc vox de structuris, quæ aut in mari, aut iuxta mare. Sidon. Paneg. Anthem. *itur in aquor. Molibus.* Cic. ad Atric. *Adiun in filia muri or mirificis molibus.* Seneca in Hercule Furen. & de ipso Hercule cadente,

iam totus ad terram ruit,

Vi casa filius ornus, aut portus mari.

Datura moles.—

Sed & Sidon, loquens de Pado epist. 1. lib. 1. Ab aliis principali molium publicarum discipius obicitur, & per easdem deriuatis transibis exchangit, &c. Quin aquam ipsam (quod cognatum) molem vocat Curt. lib. 3. per initia, vbi inducit Lycum maiore vi, ac mole agerem vndas.

12. **CONSTRVCTAM IACIUNT PONTO.**] Moeni iam adires Vitruv. cap. 12. lib. 5. vbi docet ar-

tem, quæ pilæ construantur. Et nota mihi verbum iacunt, quod proprium de camentitia materia, & lacio, de camentis.

13. **MISCENT, &c.]** Quasi ruina pilæ conciter Misceo, ver tempestatem. Nam hic versus ex misto mari, & sub humum tem latis in altum arenis, totus sapit tempestatem, quod pestaris. iam ego lib. 1. ad illud, *τοιμηγε ἡ σεβαστούσις.* Cyril. Comin. in Ionam ad explicandam tempestatem dixit, *εἰ αὐγχυστι πολλοὺς οἴτατος, in aquarum multarum confusione.*

14. **PROCHYTA.**] Insula est, quam Dionys. de scribit lib. 1. sic dicta à profusione; nam quæ de Ae neæ aut nutrice, aut cognata dicuntur, falsa sunt. Tu lege Seruum, Pontanum, alias; adi & Plin. B cap. 6. lib. 3.

15. **TREMIT.**] Parcissimus hic Vates; luxuriaret alius in hoc sonitu describendo, vt Claud. 2. Eutrop. vbi, *Aethos responfit. Amnis remugit. Rhodope ingeminat.*

16. **IN ARTIF.**] Audi prius imitationem, pottea Inarime. breniter disputabitur is error, qui falso Virgilio affingitur. Ait Hom. 1. Iliad.

*Ιαὶ δὲ οὐτεσούχης, διὰ τοις περιπερινών
Χωρὶς φέρεται τοις Τυφάλι γαλανήματος
τὸν λέιμον, οὐδὲ φέρεται τοις ημέναις έπονος.
Ρεσονατας τερρανοί Ιονιοί fulmine γατεντοι
Ιναίς, qui inde circa Typhaean terram verberat
In Arimis, vbi dicitur Typhoei esse cubilia.*

Sed ecce nubes *ἀνέστησαν*, καὶ οὐδὲ πότερον in te Virgilius Maro. Cur coniunctisti diuinis ab Homero voces? ille defendit, εἰς Λιμον, tu Inarime? non ergo Graecum intellexisti? Adeant isti Turnebum, Erythræum, Scaligerū, Modicum, qui defendunt Virgilium. Nolo hīc ego illorum myriadas. Mihi satis tot Latinorum lumina, qui iudicunt Virgilij probant. Hi sunt Plinius, Ovidius, Statius, Lucanus, Claudianus, Silius, Valerius. Hi omnes Inarimeni vñica voce dixerunt. An ignoraret Virgilius locum, à quo non longè distabat? Et, si dixerimus in Homero legendum voce vñica εἰνειρητος, qui conuincemur? Et Plinius aperte ait lib. 1. cap. 6. Homerum scripsisse Inarinem. Et Clauerius in Claud. notauit, Maximus, qui Graecus, & Homeri acerimus explorator, scripsisse, & agnouisse εἰνειρητον voce vñica. Sed etio Homerus diuinum scriperit εἰς Λιμον, cur non poruit Virgilius cōiungere: quod ius poëticum, si hoc non est? Quanto his grauiora alia permissa multis, qui nulla ratione comparandi cum Virgilio? Tantumne hoc monstrum, vt illi tot monstra rixarum excitent? Satis iam: ineptum est enim multa in his conterere.

17. **IMPOSTA.**] De Sicilia imposta Giganti Pindarus Od. 1. Pyth. 10. premit.

18. **ANIMOS VIRESQUE LATINIS ADDIDIT.**] Animos ad. Ita 1. Iliad. εἰς δίνος ὄπερε εὐέστε. Achilles 22. Iliad. dñe.

μέντοι προτάλεις θυμὸν. Iliad. 11. Θεντρούς εὐέστε. & Odys. 1. Θητε μέντοι καὶ θάρης. & iterum Iliad. 11. θεντρούς εὐέστε. & 17. θητε μέντοι ibid. θεντρούς εὐέστε. ad rem eandem. & Iliad. 15. θρόνους. Vide quot flexus? omnia enim distincta sunt verba.

19. **STIMULOS ACRES SVB PECTORE VERTIT.**] Homerum Ita lib. 6. *stimulos sub pectore vertit Apollo.* quem locum superat Vir vide. Hæc laudo Virgilium, qui generose admodum, gilius. videlicet aduocato sermone ab equo, quæ fera generofissima est. Et nescio, an Homerum laudet, apud quem Minerua concitans Menelaum ad bellum,

εἰς τὸν θεόν τοῦτο εἰς τὸν θεόν τοῦτο.

Kαὶ οἱ μῆνες θάρης εἰς σύνθετον τὸν τοῦτο:

Uim in humeris & genibus posuit,

Atque ei mufca audaciam in pectoribus immisit.

Quid

Quid est,

Quod te efferrari? quod nouos sufficerit

Stimulos doloris?

Et Claud. 3. Hon. *virūtum stimulos.* Cur dixerit Poëta vertere stimulos, explicui lib. 6. Æneid.

20. **IMMISIT QVE FVGAM.**] Est hoc quod Hom. ἀρπε φέσεν. οὐτε φέσεν. εὐδέσσεν. φέσεν ημέτερη.

21. **ATRVMQVE TIMOREM.**] Odiosum, molestem, funestum, iniurium Turnebus explicat, vt in Horat. *aura cara.* Sic ego Nonnum lib. 29. qui pugna

32. **DEVS INCIDIT.**] Stat. 3. Theb. *Tantus in attonitos cedidit Deus.*

^a Pandarus vt fuso germanum corpore cernit,

Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,

Portam vi multa conuerlo cardine torquet,

Obnixus latis humeris, multosque suorum

Maenibus exclusos duro in certamine linquit.

^b Atq[ue] alii secum includit, recipitque ruentes

Demens, qui Rutulum in medio non agmine Regem

Viderit irrumpentem, vtrisque incluserit vrbi,

730 Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.

B phon 7. Anab. hanc rem ita. συγκλείσονται πόλεις, καὶ τοιχάδις ημέτεραι: portas occludunt, & perfidum obdant.

Hom. 12. Iliad. 11. θηκεντημένας οὐτες, accidit, ut repagunt. Sunt haec, quibus porta clauduntur.

4. **DVRO IN CERTAMINE LINQUIT.**] Hom. 22. Iliad. οὐτε συρρεψεν οὐτε πένθεται, linquis me in tristis locorum similitudo.

Ita in certamine Turnebus, Erythræum, Scaligerū, Modicum, qui defendunt Virgilium. Nolo hīc ego illorum myriadas. Mihi satis tot Latinorum lumina, qui iudicunt Virgilij probant. Hi sunt Plinius, Ovidius, Statius, Lucanus, Claudianus, Silius, Valerius. Hi omnes Inarimeni vñica voce dixerunt. An ignoraret Virgilius locum, à quo non longè distabat? Et, si dixerimus in Homero legendum voce vñica εἰνειρητος, qui conuincemur? Et Plinius aperte ait lib. 1. cap. 6. Homerum scripsisse Inarinem. Et Clauerius in Claud. notauit, Maximus, qui Graecus, & Homeri acerimus explorator, scripsisse, & agnouisse εἰνειρητον voce vñica. Sed etio Homerus diuinum scriperit εἰς Λιμον, cur non poruit Virgilius cōiungere: quod ius poëticum, si hoc non est? Quanto his grauiora alia permissa multis, qui nulla ratione comparandi cum Virgilio? Tantumne hoc monstrum, vt illi tot monstra rixarum excitent? Satis iam: ineptum est enim multa in his conterere.

6. Alios Troianos recepit, intérque illos Turnum, qui non visus à Pandaro in urbem irrupit, non aliter ac si tigris sece ouibus iminisceret, immanis quidem incertissimus. Itaque illud, *ατq[ue] alii secum includit*, capio de Troianis; nam verè Turnus solus receptor ex hostibus. Id postea planum fit ex oratione Mnesthei, vbi, *Purus homo*, &c.

5. **DE MENS.**] Nihil frequentius affectu hoc in Hom. qui nullies πόλεις in re simili.

6. **VLTROQVE INCUSERIT VRBI.**] Hæc poësis tota ad gloriam Turni, qui intra muros hostium fortissime pugnauit. Est hoc vorum Troianorum apud. Cal. lib. 4.

Ιεροπολον μέντοι τοῦ Ερεποτοῦ, οὐδὲ οὐ πάντας

Αργείους σφετέρων τοῖς ηλεκτοῖς:

Οἳ αὖθις ρούντες Ηετούς σφετέρων εἰσι, τοις

Αργίους in castris eorum περιδέρεται.

Cyrill. Alexand. in Micharam cap. 2. num. 29. in verbis illa, δημοθοι πολιν, transierunt πόλιν, expendit, Hostes intra

D magnam esse & ultimam cladem vibium, cum hostium globi irrupunt in eas, & se vñam cum ciuibis perirent.

2. **FVSO CORPORE.**] Cadendi modus signatur. Cecidit enim Bitics porreclum, non voluntum. Ergo fuso corpore, quia porreclu. Hunc modum cadendi capio in Homero, quoties infert verbum λύεται. Contraria sup. in libro hoc Sulmo, cùm cadit, voluitur.

3. **P O R T A M.**] Ex vi, quæ multa: & ex obniente Gigante humeris, satis colligis tuisse hanc portam castrorum latam & magnam, ex documento Iosephi, qui portas castrorum πολεμεῖται, facit latas, videlicet πολεμεῖται, verè, ne vñam cum his Lacedemoni per portas irrumperent. Sed in re Virgilij liber stipicari infertam Romanam historiam, cum Coriolanus (vt est apud Plut. in eius vita) vibem hostilem Volscorum ingressus est vñam cum hostibus, salutis causâ ed furentibus, vbi intra mœnia edidit ingentem caudem, adeò

adeo ut Scriptor pugnam hanc vocet *ātrīcōv*, incre-
dibilem. Hanc ergo personam repräsentat Turnus.

Ovis, ani-
mal inertis
sum. 7. PECORA INTER INERTIA.] Ques capias:
hoc enim animal inertissimum, ut satis indicat eius
stoliditas. Itaque, ut illustres hunc locum, lege, quæ
iam dedi lib. 3. Georg.

- ^a Continuò noua lux oculis effulgit, & arma
Horrendum sonuere: tremunt in vertice crista
Sanguineæ, clypeoque micantia fulgura mittit.
^b Agnoscunt faciem inuisam, atque immania membra
735 Turbati subito Aeneadæ: tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira
^c Effatur: non hæc dotalis Regia Amatae,
Nec muris cohabet patriis media Ardea Turnum.
Castra inimica vides; nulla hinc exire potestas.
^d Olli subridens sedato pectoro Turnus.
Incipe, si qua animo virtus, & confere dextram.
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
^e Dixerat. Ille rudem nodis, & cortice crudo
Intorquet summis adnixus viribus hastam.
^f Excepere auræ vulnus: Saturnia Iuno
Detorsit veniens, portæque infigitur hasta.
^g At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies; neque enim is teli, nec vulneris auctor.
^h Sic ait, & sublatum altè consurgit in ensim,
750 Et medium ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesque immani vulnere malas.
ⁱ Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus æquis
755 Huc caput, atque illuc humero ex vtroque pependit.

ARGUMENTVM.

Agnoscitur Turnus ab armis, crassis, clypeo: timet Troiani. Pandarus exardecit in vindictam fratris, procedunt quipiam intata ore, sequitur certamen, Pandarus vincitur.

EXPLICATIO.

^a RRVPERAT Turnus non agnitus, sed, clausis
Iam portis, conspicuus fuit omnibus; videlicet
ab armis, quæ horrendum in modum sonuere: ab
crassis, quæ sanguineæ, & trementes in vertice: ab
clypeo, qui fulgentissimus, adeo ut videretur emi-
care infulguris.

^b His notis ille agnoscitur, & insuper membro-
rum immanitas, qua ille præditus, rem aperuit. Ita-
que, Troiani turbantur viso intra urbem inuiso ho-
ste. Sed Pandarus ratus ad se pertinere hostem illum
in vltionem fratris Bitix, sese cœpit inter reliquos
ostentare. Quin in petulantiam oris prolapsus, ad
Turnum prior.

^c Adhibet, quæ ad Turnum Pandarus, ne puta-

B ret, eam esse Regiam, quam ei Amata in dotem af-
ganarat, neque Ardeam patris Dauni; sed castra ho-
stium, unde nequeat exire.

^d Subrigit Turnus contempto hoste, & cum Pan-
darus perquam feruidè esset locutus, ipse perquam
sedatè ad certamen inuirat, & mortem minatur, ac
se comparat cum Achille, quem denud in Latio
esse vult ad mortuum Priamum renuntiari. Atque
hoc ipso Pandarum moritum indicat, ut qui iu-
nitus nuntius ad mortuum.

^e Post verba ventum ad manus. Prior Pandarus
adnitens magnis viribus, intorsus hastam. Hanc de-
scribit tum à cruditate, & nodis, quibus informis &
impoluta: tum à cruditate corticis; nam adhuc vi-
ridis, neque tosta igne, ut solebant curari hasta.
Etenim hoc telum par deformitati Gigantis.

^f Frustraneus est ictus, & auræ tantum vulne-
rantur, nam Iuno suo adfuit Turno, ea telum de-
torsit, fecitque ut portæ affigeretur.

^g Turnus statim ad Pandarum. Longè alind meū
telum à tuo erit, quippe quod versat, trahatque mea
dextera maiore vi & virtute. Neque vero tu auctor
eris huius aut teli, aut vulneris. Quasi dicat: Lon-
gissimè tu, atque ego distamus. Non tu is auctor,
id est, non tu par auctor, *vñ* *īcē*.

h Vix

8. TIGRIS.] Cum hac fera comparari soliti viui Tigris com-
fortes; & ideo Herculem cum illa confert Val. lib. *paratio*.
9. Arg. & Mariam vocat, quia bellicosa. Apollon.
lib. 2. *Excid. Hicros.*
- Indica tigris*
Occiso pastore pecus lacerataque, trabatque.

^a Vix hæc dixerat, cùm gladium in altum sus-
lit, & ipse ad iustum confurrexit, eaque vi rem geslit,
ut medium caput per frontem discinderet diuidens
in partes duas.

^b 1. Sequitur sonitus, & concussio terra ad caden-
tem Gigantem. Dilatar hanc ruinam à collapsis ar-
tibus, ab stratis armis, hisque cruentatis cerebri
sanguine. Deinum exhibet deformis lethi modum,
nam diu sum caput pependit parte aqua hinc, at-
que inde in vtrumque hamerum.

^c ————— If μάρα τίκεις, γνωτὸν ἔμοι τὸ ἐπεργεῖς
—— Dabis certè panas propter fratrem meum, quem
interfecisti.

Vide & adagium, ἀδελφὸς ἀδελφὸν πατέριν. Chil. 1.
Cent. 7.c. 92. & Homeri versus 14. Iliad. apud quem
fratris cuiusdam vindicta non diu ἄτριξ, id est, inut-
ta. & addit,

^d καὶ τις ἐνχειται αὐτῷ
Γνωτὸν δὲ μεγάρας Αἴτεος αὐτοτῆπε λατρέου:
———— opat vir quilibet

Fratrem in adibis bellū vindicem relinquere.

Et Calab. lib. 2. de fratre Antilochi mortui, adiutorio
χολωδίας, iratus propter fratrem, quem videlicet Mem-
non occiderat. Hic etiam affectus repræsentatur
lib. 11. Iliad. vbi Coon fuit in Agamemnonem oc-
cisiorem fratris Iphidamantis, atque de Coone,

^e πρατεπίν φέτη εἰ τινθει
———— οφθαλμὺς ἵναλυψε πατρῷντο ποστούτοις:
———— granis ipsum dolor

Oculus obexit propter prostratum fratrem.

10. NON HÆC DOTALIS, &c.] Ego hæc con-
sidero grauitatem Virg. in loquendo, qui in his om-
nibus nihil indignum, cùm tamen res gereretur in-
ter hostes acerrimos. Tantum rationes verò Regie,
quæ tamen plena irarum. Nam cur non inter hostes
dignè res agatur? Itaque, cùm hi se ad certamen pro-
uocarent, tamen nihil præter decorum. Hoc excusum
Homerum noto, qui vilissime lape, cùm ante con-
flictus non abstineat à voce *cavus*, & simillimiis.

C Quin Iliad. 21. in certamine Hectoris atque Achil-
lis, cùm Heitor diceret spectandos Deos, etiam in
odio hostili, Achilles impiè hoc negat. Sed talis esse
solet in suis certatoribus Homerus.

11. NILLA HINC EXIRE POTESTAS.] Ita mini-
tabundus Achilles ad Hectorem ante certamen. exire pote-
tas.
Stat. i. Thib. caput tremunt aera cassis. Quod Hom. 20.
Iliad. *ποτετούσαντο ποτετούσαντο*. Propè ad Poetas Amm. lib. 20.
acies conis galearum minacis nutans.

Sil.lib. 1.
Lethiferumq; micant fulgentes verice crista.

Stat. i. Thib. caput tremunt aera cassis. Quod Hom. 20.

Iliad. *ποτετούσαντο ποτετούσαντο*. Propè ad Poetas Amm. lib. 20.

acies conis galearum minacis nutans.

4. SANGVINEA.] Has in hoc lib. rubentes dixit,

loquens de eodem Turno, in illo, crista, rubentes

Excipiam sori. Itaque huc ruborem intelligit, sed ad ter-
rorum voluit *sanguinem*. Sic & equorum habenas

genuinæ exhibit Hesiod. in Scut. *purpureas*. & in D

Purpurea coloratrus militibus.

hoc lib. *Purpurea crista inuenis*. Quippe hic color gra-
tus militibus ad formidinem. Et vix est pars vlla ar-
morum, quam non hoc attributo ornata viderim

in Poëtis. Si quis *sanguineas cristas* explicit aspergas

fanguine, non pugnabo.

5. CLYPEOQUE MICANTIA FULGURA MITTIT.]

Hom. 2. Iliad.

αὐτοὶ δὲ χαλκὸς ἐπαρτεῖ ιενός αὐγῆς,

Ηταρπός αὐθούσιος, οὐδὲντος αὐτοῖς:

circumq; splendebat as simile fulgori,

Vel ignis ardoris, vel Solis orientis.

Sunt, qui velint Lucet expressum, qui lib. 4. *nichan-
tia fulgura mitit.*

6. IMMANIA MEMBRA.] Quia Turnus profani

corpo, vt in 7. & ibid. & 9. ac toto vertice supra est. Adi-

utrumque locum, vbi de statuosa militum magni-

tudine.

7. TURBATI.] Fortasse Latinum *turbat* re-

ferens ergo hec, & nuntius ibis

Pelide genitor, illi mea tristia facta;

Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

Adiuce etiam vestitus Calabti cognatos lib. 4.

Eis qd præterea, καὶ Κεραιοὶ αὐτερες ἀλλοι,

Todidū, Atæc τε, καὶ Λαγεῖος Κεραιοὶ ηις,

Todē ἡ ὥτι δέδινα καταλαμψεις Κεραιοῖς:

17. Cerdia in t. Encl. tom. 2.

Sunt

L1

Sunt & ali validi & fortis viri,
Tydides, Ajax, & frenni filii Atrei,
Quos adhuc ego timeo Achille occiso.
15. SYMMIS AD IXVS VIRIBVS HASTAM.] Est
hoc quod Hom. 17. Iliad.

Auris vul-
nus exce-
ptum.
Oppositio.
Detortum
aliò telum.

16. EXCEPERE AVRAE VVLNVS.] Quicquid irri-
tum est, & frustraneum, abire in aureas dicebatur pro-
verbiali schemate. Vide 5. Aeneid. ad illud, & ver-
berat istib[us] auris; & que in hoc lib. ad verba haec,
aura omnia discerpunt. Itaque, cum Hom. dixit Iliad.
22. βέλος οὐκέτον ἵψει τερπεῖται: velox telum fugit
incassum ē manu. & quod idem per verba ἀμέρτερον,
επαμέρτερον, επαμέρτερον, επαμέρτερον, ad explicandos
ictus frustaneos; & quod Nonnus lib. 29. βέλος
ἀπελάγχη διανθει. Haec (inquam) omnia, & simili-
alia recte explicabuntur per vnlus exceptum auris.
Præclarè admodum, quia ad Musam Virg. Valerius
lib. 3. Arg. raptumque per auris vlnus. & Nonn.
lib. 11. in re simili, ἀπελάγχων. His omnibus oppone
Homericum illud. ἐξ ἄλιον βέλος ἵψει τερπεῖται:
telum manu effigit non frustaturi. Vnde & postea
Virg.

At non hoc telum, meo quod vi dextera versat.
Effigies.

17. SATURNIA VNO DETORSIT.] Hot figura-
mento Poëta plenisimi. Apud Hom. Minerva Iliad.

20. & 22. detorquet telum, ne Achilles feriatur.
Apud Nonnum lib. 22. Venus, & eadem apud
Calab. lib. 11. Primus efficit verbo ἴψειται, alter ἀπί-
ντηται, tertius ἀπίτεται. Sed & Hom. 8. Iliad. ali-
ter,

Ἄλλος τοῦτο ἀμέρτερον φύλεν γένεται λόγοι.

Hic autem aberavit. auerit enim Apollo.

Itaque σφάλλω, & παρσφάλλω ad rem candem.
Virg. verò, qui hīc detorvit, in 10. deflexit Venus tula.
Pulchra est poësis Ouid. 8. Metamorph. vbi Diana,
ne aper feriatur, qui sub tutela, ferrum abstulit iacu-
lo misso in illum,

— ictus ab illo est,

Sed sine vulnero aper, ferrumq[ue] Diana volanti

Aphylater iaculo lignum sine acuminu venit.

Et flexu adhuc alio Cal. lib. 2. απέντελθεν γένεται εἰς εἰχ-
ματος τοις: cuspides à corpore longe errarunt. Pallas
etiam curans Vlyssen 11. Iliad. εἰς τὸν μηχανή-
μενον ἔργον φορδε, videlicet, γένεται: Non permisit misce-
ri hastam visceribus viri. Frustratum quoque telum &
ictum Nonn. lib. 10. ita, εἰς κενὸν σκοτον εἶλεν: traxit in
vulnus scopum.

Telum non
semper de-
missili.

18. AT NON HOC TELVM.] Notetur hic lo-
cus: non enim telum semper est missile; nam hic
pro gladio, vt vides: statim enim, consurgit in en-
sem.

19. Is TELI.] Cūm is autōr sit hoc loco par-
auitor, ita explicante Seruio, & postulante senten-
tia, mihi vñum voculari is Latinam natam per
dōtoris, ab Graeco γένεται. vt at ab ἀτραπ: & caput à
μεφαλῇ. & multa alia. Ita vt is nihil sit aliud, quam
γένεται.

20. VULNERIS AVCTOR.] Ouid. 8. Metamor-
ph. Vulneris. autōr adest. & 9. de eo, qui taurum per-
cussit venabulo, factus refugierit autōr.

21. SVBLATVM ALTE CONSVRGIT IN ENSEM.]
Militaris feriendi modus sublato ense, cuius alibi
Poëta meminit; nam de eodem Turno,
Aba sublatum consurgit Turnus in ensim.

Et de Aenea,

Diffugint

A. Iamq[ue] assurgentis dextra, plagamq[ue] ferentis.

Cūm verò hīc Seruio notet, hoc genus feriendi Altē ferire
esse Gallicanum, probè Titius lib. 4. Loc. c. 4. rem Gallorum
hanc illustrat Polybij testimonio hoc; si p[ro]motoe our-
mos, Σφράγωντες εἰς τὰς χεῖρας τὴν Κελτικὴν πορθτικὴν ἑταῖ-
να, ἀφελμένοι τὴν ἐν διάροτες αὐτῶν μάχην. ὅπερ δὲ
ἴδιον γαλατικὸν ἔργον, οὐδὲ τὸ μηδεποτὲ πέντεμερο τὸ ξί-
φος ἔργον: Romanī concursu factū ὡς cornūs congressi,
Celtarum impetum fecerunt irritum, adempta in aliū
tollendorum ensim facultate, qua Galli uti necesse habent,
quid eorum gladii puntum non feriant.

22. ET MEDIAM FERRO, &c.] Par vulnus 12. Locorum
Aeneid.

Adversi frontem medianam, mentumq[ue] redacta
Difficilis, & p[ro]prio latè rigat arma crux.

Species huius ictus sumpta ab Hom. 4. Iliad. vbi
εἴσι προτέρειον πτυσσεῖ αἴρεται. & alius 16. Iliad. percuti-
tur μέτων πανηρεφάλην, in quibus ictus signatur per
media tempora, & medium caput. Velab Cal. lib. 1.
vbi Diomedes duabus Amazonibus εράται ἀπέκτε-
σιν ἀντέστην, ἀλλοὶ εἰποῦν ὅμοια, absit illi caput cum cervicibus
vsique ad humeros.

23. CONCVSSA EST PONDERE TELIVS.] Plin. de
cadente elephanto in pugna canis cap. 40. lib. 8. Ad
casum eius tellure concusa. Et nota φέτα, vt ad caden-
tem fratrem Bitiam dat tellus gemitus: ita ad Pandari
casum eadem concutitur.

24. ATQVE ARMA CRVENTA CEREBRO.] Ad Cerebri
mirandum παθεῖ, vbi tragica omnia. Hic affectus ictus
mirè descriptus à Soph. in Trachin.

Κόμης ἡ λευκὸν μυελὸν ἵπαντες μέσον
Κράτος διετοπερέλεος, αἴρετος θεόντων:
Περιομάνην ἀλλούν περιεργετείται
Μέδιο διστολήτης capite simul cum sanguine.

Hom. quoque Iliad. 7. dixit,
Ἐγένετος ἡ περί εὐλόγον αἴτερον εἰς ὕπειλην
Αἰματοίσι.
Cerebrum autem iuxta ferrum hasta subsiluit ex vulnero.
Sanguinolentum.

D. Et lib. 16.

— τὸ δὲ αἰτεῖται οὐρανὸν καλλιεον ἐγενέτοισι
Νέποντος ἐγενέτοισι, κέασος οὐδὲ ἀργεῖται λευκόν:
— ipsa autem ex aduerso hasta area penetravit
Subito sub cerebro; secundum autem ossa alba.

25. PARTIVS AEQVIS HVC CAPVT, ATQVE IL-Capitis in
Ivc.] Iliad. 16. in διαβολον πατέον, scilicet μεφαλή, duas partes
& lib. 8. ἐπέρωτον μυοντα καὶ τοῖς βαρύρεσσι. & quod hic dissecio-
pependit in 13. Iliad. de re simili, εὐλόγη θεότητος κα-
pi, inclinatum caput in partem alteram. Nonn. lib. 32.
ἀργεῖται διάζεται. Neque abit ictus ille Iliad. 16. vbi pe-
netrante ense, ἐξ οὐδὲν δέρμα, sola pellis tenuit. nam
παρηρῆ διάζεται, caput peperdit. Hos ictus ne puer Le-
ctor fuisse incredibilis, Plutar. scribit, Pyrrhum Pyrrhi vir-

E. Regem Epirotarum ita fortiter percussisse Barba-
rum, vt penetrante Pyrrhi gladio, eodem momen-
to, corporis partes dissecatae hinc, atque hinc dilata-
bentur. Sed non abeat sine censura Homerus.
Certe primus ille locus, quem adduxi, vehementer Homeri vi-
ter dissecit, nam ictus ille factus est κεραυνός, saxe-
tum. Hector enim iuxta cadaver Sarpedonis saxe per-
cussit Epigeum, cuius caput in duas partes dif-
fusum. Non autem credibile, id fieri posse saxe. Ideo
corrector Virg. ense descendit. Idem peccatum in
codem, lib. 16. vbi ad idum factum πέργη, lapide, ca-
put ἀρδετοντα νεκρον.

F. Diffugint

* Diffugint versi trepida formidine Troës.

^b Et, si continuò victorem ea cura subisset,
Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis,

760 Ultimus ille dies bello, gentisque fuisse;

Sed furor ardenter, cædisque insana cupido

Egit in aduersos.

^c Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen

Excipit: hinc raptas fugientibus inferit hastas
In tergum (Iunio vires, animumque ministrat)

Addit Halyn comitem, & confixum Phegea parma.

^d Ignaros deinde in muris, Martemque cientes,
Alcandrūmque, Haliūmque, Noēmonāque, Prytanūmque.

Lyncea tendentem contra sociosque vocantem

Vibranti gladio connixus ab aggere dexter

770 Occupat: huic uno deiecitum cominus ictu

8. FERRI, ARIS.] Intellige locum. Vnum tantum dicit, non duo. Ideo in explicatione tantum ferrum adhibuit, nihil de arcu. *Etsi vox est communis, ut ars argenteum, aureum, feruum. Ergo aut vestris, sicut ferro, sicut ferro. Sed per hendiadixit, ut ferri terga, ut ars, ut patris libanum, & auro, id est, aureis patris. Et ita fortasse explicandus Oppianus lib. 1. Cyneg.*

Kai χαλάρω στεγανών, και δραπάνοντος οὐ παρα-

Et as fulgidum, & scintillans ferrum.

Id est, ac ferri cum scintillante fulgore.

9. CVM PELLIS TOTIES OBFRAT, &c.] Quis les incaecis nescit, quae de septemplici Aiacis scuto Homerus, & Ovid. Oppian. etiam lib. 1. Cyn. de scuto, in Gellio. Idem lib. 4. hanc habet scutorum fabricam:

*Πλεκόσ αύτην τεύχοντο εὐρύτοντο λύσοντο:
Κεραρά, κεὶ πλεκόσ περιφράσαντες θείον
Αζελέας Τεύχοντο εἰς ιαντον οὐφαλούσασα:
Νεκος ωμονες φρίβιαν λειτον εἰς νιανινούς,
Πήρος & λατερίbus conuenientes, pelles autem bulbulas
Siccas extendunt super clypeos rotundos.*

Scutum Hectoris vocat Homer. *πόστον πεντελόν,* ab frequenter multarum pelliū, & lib. 15. scutum Teucri *τευκριθεντον, quadruplum.* Calab. lib. 3. *τευκρίδα πολλαβοταν.* Ab his pelliū, ut quae siccā sunt, dicit Hom. 13. Iliad.

Καρφαλέον δι οὐρανού θείον θεράπευτην άντεσ

Aridum finuit clypeus ab extingente hasta.

Iterum, *πολλούς, etiam si hoc extremum de lorica.*

10. TRANSVERB R AT.] Homerus decimotertio Iliados, *τι μόνον ηλικίαν έχειν.* Volo notes in Verbo, id est factu continuo. Oppositio. *τι μόνον ηλικίαν έχειν.* Volo notes in Homero. Sepsimē verbum *τοπτόν,* id est, verberos; dici non de iactu eminū factu, sed comitū. Et libr. 13. Iliad. directe opponit verba *ελάσσον, & τοπτόν:* *lednis, verberis.* Illud de vulnere factu eminū, sicut comminus.

11. ET PECTVS PERFORAT INGENS.] Non me hodie coget Seruius, qui ita iungit. *Cupis ingens perfora pectus.* Falsum: imò cupis perforat corpus ingens. Nullus lepor in carmine, in quo adiectiva postponuntur longo intercallo. In bonis Poëtis exempla rara huius vitij (nam sic nuncupō) fortasse nulla. Quidquid vero Pallantus fuit ingens corporis magnitudo. re? Galcotti Mattij in lib. de Doctr. Promiss. capite trigesimo sexto haec sunt verba: *Gigantes fuisse sacra narrati historias, & Rome tempore Henrici III. inuenimus effundauerit Pallantis, quem Turnus occidit, tunc magnitudinis ex longitudine sui Romanos miros equaret. Commeinata eiusdem rei Magius capite quarto li-*

Morsales, tractantur. Item è vulnere.

Exemplum tale in Hom. cest lib. 13. lib. vbi postquam Meriones percussisset Adamantem Asiadem, ita subiungit.

— τούτοις ίστορης μυνούθεσσεν ετοι μάλα δέλω,

Ορφα οι ει χρόδος έχοντο διέτασσεν έχοντες έλασσον.

Ηρας Μητέρας, τον δέ οπότε έστη εκάλυψε:

— percussus ille pulpitabat παυλούμι, nec valde dīn,

Dūnec et ex corpore hystile emulsi propè accedens

Heros Merionis. Iunc verò tenebra in oculis texerunt.

Est & aliud in Calab. lib. 3. vbi Achilles percussus ab Apolline,

— λαγύνει δέ τοι απειλητοῖς κέρασιν

Ιλακες έστησεν αὐλέας, εν δέ οι άκραι

Ιλαστον πειρόνει, πέτρης δέ οι ήτορις έδειμα:

— λεθαλεν οργίσαντον διάνις μανίbus

E vulnere inmediabili extractis, & ipsi sanguinis

Erupit cum crucian. latibūque donavit illum.

Breue illud & Homer. 16. Iliad.

Τοιο δέ οις πλεκτού ι, & έχεις έπειρος οχυλού:

Huius autem scutum animans, & hasta extractis cypido.

A quo, credo, Calab. lib. 3. εξετο δι αγκυρηνούς απαγένεσαν: οντα cum cypido anima è membris exit. & libro 11.

Σουμάρας κερασίον οὐρανούς κολασσον διεκτελεῖ:

Vulnere cum intēstīnis cypidem manibūs corripiens.

Liuus lib. 2. telo extracto precepit Fabius in vulnus abiit.

Plutarchus in vita Alexand. επινεφελεντης δι τοις νεκρος τοις αγκυρ.

13. RAPIT CALIDVM, &c.] Est hoc ferè illud Lucani lib. 3.

— iaculum lethale renidum

— Vulneribus traxere suis.

14. VNA EADEMQUE VIA SANGVIS QVE, ANIMVS QVE SEQVNTR.] Ab Hom. & Calabi.

Ait prior lib. 14. Iliad.

— φορτίον καὶ στρατού τοις άτειναν

— Εποιεῖται ορεάνει:

— anima autem per impressum vulneris

Erupit coacta.

Ait posterior lib. 1.

— μέντον δέ οι αγανά δι ολικούς εγκέμενοι

Εβλαστον έπανεύοντο:

— niger illi crux per insitum vulneris

Ebnius festinanter.

Vide diligentiam Virgilij: animam sumpsit ab illo, Imitatio.

sanguinem ab hoc, & ab utroque suum versum dicit, coniungens, sanguisque, animisque.

15. SANGVIS QVE.] Adinunt aliqui, in his Gis-

nus, particularē que, & legunt, sanguis, animisque.

Quia veteribus sanguis producebatur in fine. Sic

Val. lib. 3. Arg.

— modo tela sacerdos

Porrigat, & iusta sanguis exuberet unda.

De lectione versus Lucretiani lib. 1. lege eundem Gi-

fan. in Indice. Secunda ab hinc Nota versum aliud

Lucretij inueniens sanguis potestatis.

16. ANIMVS.] Projanitha, Graecorum imitatione. Animus

Nihil enim frequentius in Homero; quam doijos,

pro, φορτίον: vt cum ait 13. Iliad. Θυρός οχετούς καὶ καράνων:

animus

animus abii è membris, pro mortuus est. Et quoties in A illo, θυρόν θάτα? Non abit locutio alia eiusdem Homeri huic affinis. Ponit enim Ηρό, id est, cor, pro anima libro decimo quinto Iliados, ait Ηρό, ait ille, spirabam cor pro, spirabam iam animam. Et Calaber libro primo, Τελετερ Ηρό, illas cor desituit, id est, anima.

17. CORVIT IN VVLNVS.] Lucretius libro quarto:

— Namque omnes plerunque cadunt in vulnus, & illam

Emicat in partem sanguinis, unde icimus icu.

Cum Virgilius libro undecimo de cadente dicit, procubuit moriens, & cum alibi, oppere, hunc habuum cadenti exprimit, videlicet prono vultu. Homer. siue πρόνη:

18. SONVM SUPER ARMA DEDERE.] Vide quae dedi lib. 9. ad illud, clypeum super intonati ingens. Et Homerum adilio lib. 14.

— αρχή δέ ει Κράχε τελέα ποικίλα χαλάρω:

— circa ipsum sonuerunt arma varia ore.

Calab. lib. 2. de cadente Memnon, Κράχε δέ ει ζαρέα

τελέα: inserviant arma vestrisima. Et de cadente miro incremento:

— Τρία δέ οι παπλωμάται, καὶ αποτελεῖται Κράχε:

Tellus intremuit, & arma dederunt magnum frigorem.

Et libro undecimo, κανάρην δέ τρύγη θαρροῦ: crepunt arma immansiter. & statim, ομφα δέ γαρ ούτης τεράπονος: & tellus circum vehementer infrenuit. Adiicio etiam Notam non negligandam. Ad eo celebratus heroicus Vaticus sonitus hic de cadente in acie, ut Homer. 13. Iliad. verbum διαπίστω, quod est strepo, sono, accipiat simpliciter pro cadere. Adducam integrum locum, ut res cognoscatur, utque notabilem ad hanc rem.

19. TERRAM PETIT ORE.] Quia processit, Petere terram in vulnus. Lucan. 4. seruia terram corpora. Sen. tam ore.

in Hercul. Fur. terram petuit ore. Loci huius illustrationem referuo ad lib. 11. locum illum, & humum sem ore momordit.

490 *a Quem Turnus super assistens sic ore profatur.*

Arcades haec (inquit) memores mea dicta referite

Euandro, qualem meruit Pallanta remitto.

b Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humandi est,

Largior, haud illi stabunt Æneia paruo

Hospitia. & læuo pressit pede, talia fatus,

Exanimem, rapiens immania pondera balthei,

Impressumque nefas, vna sub nocte iugali

Cesa manus iuuenum foedè, thalamique cruentî,

Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro,

Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudetque potitus.

c Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ,

Et seruare modum rebus sublata secundis.

Turbo tempus erit, magno cùm optauerit emptum

Intactum Pallanta, & cùm spolia ista, diemque

Oderit. & at socij multo gemitu, lacrymisque

Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.

O dolor, atque decus magnum rediture parenti.

Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem auferit,

Cum tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.

Cerda in Æneid. tom. 2.

COMMENTARII

- 492** *Nec procul Aemonides, Phœbi Triuiaque sacerdos,*
Infula cui sacra redimibat tempora vitta,
Totus collucens veste, atque insignibus armis.
- 540** *Quem congressus agit campo, lapsumque superstans*
Immolat, ingentique umbra tegit. arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi Rex Gradiue, trophæum.
b Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
Cæculus, & veniens Marsorum montibus Vmbro.
- 545** *c Dardanides contrâ fuit. Anxuris ense sinistram,*
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo
Crediderat: cœloque animaum fortasse cerebat,
Caniciemque sibi, & longos promiserat annos.

ARGUMENTVM.

Aemonida Sacerdotis mors, Cæculi, & Vmbronis virtus,
 postremi etiam exitium.

EXPLICATIO.

DAT Poëta explicatissimè omnia, quæ in *Aemonide*, ut eius exitium appareat acerbius, & *raynabepor*. Itaque interitus illius nobilitar ab **B** circumstantiæ, quæ in hoc viro. Imprimis eius ministerium, nam *sacerdos Phœbi & Diane*. Deinde insigne, nam illi *infula redimibat tempora*, & cum *sacra vitta*: nam videlicet vittis innexæ infulae. Tertiò, erat illi vestis insignis, & arma insignia, & ideo ab utræque re *collucens*. Hunc igitur ministerio, insigni veste, & armis venerandum Æneas cum vicisset, ac proculcasset ingenti contumeliam, mox immolauit, vt viam, & erecta arma ab humeris Serestu tradidit, qui sibi proximus, ad exigendum trophæum Marti. Illud, *congressus agit*, est, cum prius egisset, id est, insecurus fuisset campo, congressus cum illo est. Expendit Seruius *tò immolat*: quasi dicat: *Vates*, immolat sacerdotem, qui immolare consuerat. *Quid sit, ingenique umbra tegit*, non est facile dinicare. Seruius vulgaris multis explicat, & is, qui ex schedis prodit plures adhuc addit explications. Mihi visum, tantum alludi ad mortem, quam vocat *umbram magnam*, vt rem efficiat summopere tragicam.

b Transf ad. *Cæculum*, & *Vmbronem*: illum insignit à patre Vulcano, à quo genitus; hunc ab montibus *Marsorum*, vnde aduenit. Et nota, signare dici, vepisse non ab *Marsis*, sed ab *montibus Marsorum*, quia *Vmbro* artem beneficam exercuit contra serpentes, hi verò in montibus. Sed de hoc latè iam in septimo. Hi ergo duo fusam Æneas impetu suorum aciem instaurant.

c Contra hos duos Æneas furentissimè, sed vis præcipua in *Vmbronem*, cui attulit exitium. Ergo in hunc cum irruiisset, primò eius sinistram manum, & totum clypei orbem uno istu amputauit: deinde illum interfecit (sed hoc *τοποτελεσθαι*): qui magnum aliiquid iactauerat, & fore, quod iactauerat, crediderat, animo cœlum superbisimè astringens,

A vitam sibi longissimam & canicem promittens. Ex dictis vidisti *Anxuris* ponit pro *Vmbronis*. vide Notam.

NOTÆ.

i. AEMONIDES.] An hic sit *Aemonis filius*, & ideo *Aemonides*: an verò ipse *Aemonides* ea forma, qua Thucydides, *Phœcylides*, &c. mihi in dubio est.

2. PHŒBI, TRIUIAQUE SACERDOTES.] Attingit morem, quo se ptemplum unum sacrum duplici Deo; de quo vide, quæ plenè lib. 6. ad illud, *Iam sibcum Triuia lucos*. Sed cux Diana sit *Triuia*, omissio, vt è triuio. Mouetur à Poëta *τέλος* ab imperfecto sacerdote, sicuti ab Homero sèpè, vt cùm ait 16. Iliad. imperfectum sacerdotem *Ionis*, qui *τέλος τέλος*, *την θεόν τοποτελεσθαι*.

3. INFVLIA.] Nam sacerdotes ex more infulati. Inde *Panthus* 2. Æneid. ornatur infula. Et Stat. 7. Theb. Lycœa sacerdotem *Phœbi* exornat infula, & *excussis appariunt infula criftas*. & 2. Theb.

C *Tiresias vnlus, vocemque, & vellera nota*
Induitur. **Nocte regi-**
 ubi vellera ponit pro infula coloris albi; vt 3. Georg.
lanæ infula, & idem Stat. lib. 4.
Albaque puniceas interplicas infula criftas. **infulis.**

Et lib. 6.
Concolor est albis & cassis, & infula criftis.
 Itaque, si sacerdotes inducuntur cum velléribus, infulatis potes intelligere: neque hoc pugnat cum velléribus supplicum.

4. VITRA.] Notetur mos antiquorum ex paritate rerum. Coronæ lemniscis ornabantur, mitra redimiculis, infula vittis. Neque verò otiosè: nam vt lemnisci seruebant illigandæ coronæ, vt redimicula illigandæ mitrae, ita vittæ ligandis infulis. Omisso duo prima. De vittis infularum est locus Prud. *τετρ. στοιχ.*

Mirè infularum felix viris tempora noctis.
 Itaque, cùm idem in Apotheos. dixit,

Lamque inferiato referabat tempora cultro
Vittatus de more senex. **Vittatus**, **infularum**, **vittis**

- 5. COLLUCENS VESTE.**] Ab Hom. qui 11. Iliad. de Hectore,
- ταῦς δὲ επειδὴ πάρα πολὺς Διὸς Αἴγιοχος*
totus ère
Splendebat περὶ fulgor Iouis Αἴγιοχος.
- 6. INSIGNIBVS ARMIS.**] Sumptuū hoc à Salust. notat Vrsin.
- 7. LAPSVQVE SUPER STANS.**] Militaris hæc contumelia hepe in hoc Vate. Sæp. *Quem Tumus, super efficens. & tenacissim pede. Inf. super abiectum posito pede nixus. Quem locum adi, vt hunc illustres.*
- 8. INGENTIQVE UMBRA TEGIT.**] Probo Vrsinum referente ad Homericum *τέλος τέλος την θεόν τοποτελεσθαι*, & lulanum Scaligerum explicantem libro 4. Poët. c. 16. *tegit umbra magna*, id est, morte. Mallem cum his duobus errare, quam sequi alios. Seruius etiam inter alias explicationes habet. Adhibet. Et adhuc ego firmo Homericæ eloquitione. Nam 13. Iliad. dicitur Idomeneus ea fuisse virtutē, vt cuparet vel alium interficere, vel ipse cadere; ac illud primum ita efficerat,
- τέλος Τρωῶν πελένει νοεῖ ταῦς οὐδὲν.*
Aut aliquem Troianorum obsecna nocte regere.
- Nocte regi-**
 Id est, interficere. Scd & 20. Iliad. loquens de morte Polydori, quem Achilles interfecit, *τέλον δέ μη περιφεράνει τελείων: nigra autem nobilis ipsum cooperhit.* Itaque hæc per *nobilam*, quod alibi sapienter *τελείων*. *Vmbra ergo Virgiliana*, vt ego puto, representat Homeri *τελείων*: & quia *τελείων* magna est, ideo *umbra magna*.
- 9. ARMA SERESTVS LECTA REFERT HVMERIS.**] Mos planè militaris, quem & Hom. attigit lib. 13. Iliad.
- τίς ετορε, τὰ μέρη ἔτεις δένδον χρόνος αἰγαλεία.*
Συλλαβαὶ τετραποτοὶ διέσει Μενέλαος αἰγαλείων:
Sic locutus,arma quidem à corpore crinita
Diripiens, scutis dedit Menelaus incipians.
- Itaque ex Virgilio. & Homero facile est morem cognoscere, quo duces exercitus secum ferent ad latus viros, quibus traderent direpta spolia, ne scilicet sibi essent impedimento, & statim redirent ad pugnam. Hanc enim rationem Homerus attigit, nam statim,
- Αὐτὸς δὲ αὖτε ἵζεται λαβεῖ τελείων τελείων:*
Ifse vero retro iterum abiens propugnaturibus militus est.
- Ita inf. in hoc lib. Mezenetus. *Armidique Lançio Domababere. & Parroclus 16. Iliad. direpta arma Sarpedonis interfecit δῶρα φέρει ἔτειος: dedit ferenda scutis.*
- Rex, com-**
munus elo-
gium Deo-
rum.
- 10. REX.**] Deorum omnium communis elo- gium. Sic Apollo ad Theocrito *eid. 17. ζ. ξ.* Neptunus ab Hom. infinitis locis. Priapus ab Orpheo in Hymno. Somnus ab eodem, & ab Homero. Demum Dij omnes ab omnibus Poëtis. Graeci interdum discriminabant, nam vnum iouem *βασιλικα*, Deos certos *ἀνατέλλε*; vocabant. Sed hoc discrimin non perpetuum.
- 11. GRADIVE.**] Vide me 3. Æneid. ad illud, *Gradivæque parentem.* **Corda in Æneid. tom. 2.**
- 12. INSTAVRANT ACIES.**] Homer. 11. Iliad. Instaurare *επειρύνειν φέλειαν*, & statim *επειρύνει μάχην*. Sed certè acies. *Επειρύνειν φέλειαν* non dubitauerit reddere per verbum *instaurare*.
- 13. VULCANI STIRPE.**] Notandum locus. Posuit enim *stirpem* pro patre. Nam Vulcanus pater Cæculi creditus est, vt ipsem Vates 7. Æneid. Neque oscitauit Seruius.
- 14. CREATVS.**] Vide vno intuitu verba, quibus id ipsum Maro. *Creatus, crespus, natus, satus, genuitus, progenitus, edere, fundere, dare, partu, eniti.*
- 15. ANXVRIS, &c.**] Torquer me hic locus, & possit alios. Quæ sequuntur, de eodem sunt, quid ergo in medio narrationis facit Anxur? Nam illa, *Dixerat ille aliquid magnum*, &c. de Vmbrone capi Germanus vitæ indicij magni. Itaque *τέλος ille*, est Anxur. Accedit difficultas ad Seruius, qui in hac verba, *Anxuris ense sinistram*, ita scribit: *τέλοις ex hoc volunt intelligi etiam Vmbrone in occisionem*. Constat enim verè ibi *Ænea occision*, si cut ipse hoc libro in catalogo ait,
- Sed non Dardanæ medicari cufidis itum*
Enaluit.
- Har Seruius. Quippe hic versus legitur in catalogo libri septimi, & de Vmbrone dicitur. Vides, vt Seruius per Anxur capiat Vmbronem. Quid alij dicat, expecto. Mihil interim placet duplex solutio. Prima, vt *Anxur*, aut, quod potius credo, *Axur*, sit Vmbro ipfissimus, qui quid imberbis adhuc dicitur *Axur*, & inde factant illa prominentis sibi *canicæ*, & *legos annos*. Quasi dicere: Qui imberbis sum, & verè *axur*, nihil *linet* timeo, ad ipsos adhuc canos perueniam. Altera, vt versus Poëta ita scribantur,
- Dardanides canri fuit (Anxuris ense sinistram),*
Et tunc clypei ferro deiecerat orbem.
- Dixerat ille, &c.**
- & ita Anxur iste sit extra materiali Vmbroniæ, atque adeò inclusus parenthesis; vt dicat Poëta. Furebat in *Cæculum*, & Vmbronem Æneas, qui prius tamen Anxuris sinistram amputauerat, & orbem clypei; ille verò Vmbro magnum aliiquid dixerat. Corrigit Lector hanc Notam, dum ne dixeris (nam hoc non fero) rem Vmbroniæ finiri totam in verbo *fieri*; & deinde à voce *Anxuris* inchoari sententiam, & de eo capienda omnia vsque ad *anos*. Hoc (inquit) non fero. Nam illa, *Dixerat ille aliquid*, &c. de Vmbrone capienda sunt. Vide sequentem Notam.
- 16. DIXERAT ILLE ALI QVID MAGNUM, &c.**] Allusum ad Homericum *τέλοις επειρύνει μάχην*: aut Sophocleum in Aiace, *τέλοις επειρύνει αριστοφάνιον*: aut Euripideum in Bacch. *μάχην επειρύνειν*: aut Theocritum in Cycl. *πίχειαν επειρύνειν*: aut Hellenicum *τέλοις επειρύνειν*. Plurimum tamen inclino in mentem Germani, qui putat legendum, non *magnum*, sed *magicum*: ita vt Vmbro fuisse aliquo magico, & superstitione scie miniuisset aduersum vulnera. Taut huic coniectura, primò affinitas inter *magnum*, & *magicum*, & ita facilis fuit corruptio. Deinde quæ sequuntur, *ειμι*, affore verbo *Crediderat*. Deceptus quippe magia promiserat sibi canicem, & longos annos. Terriò, versus Poëta, qui de Vmbrone leguntur in septimo, videlicet,
- Sed non Dardanæ medicari cufidis itum*
Enaluit, neque cum inuere in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis queſite in montibus herbe.
- Ergo, si non hoc loco, nullo certè alio, fatum Vmbroniæ adimpleretur, quem non inuere cantus magici contra Æneam. Et ita considerat Poëta duplicitas sacerdotis exitium coniungit Amonida, & *Tt Vmbro*

Inulnera-
biles in bel-
lo.

Vimbris. Nam Vmbo quoque sacerdos fuit, vt
habes in septimo. Atqui fusuram & magica que-
piam adhibita contra vulnera, indicatum iam mihi
lib.7, in hac ipsa Vimbris re, vbi compoſui loca
Statij, Cedreni, Euripidis, Homeri; & hinc adiicio lo-
cum alterum Eurip. in Hellen.

*Oὐτὸς στρίψω τριῶν πλεύξει δέμας;
Ιτάνος κόρης ἔχει δέμας;*

Itānōς κόρης ἔχει δέμας;

Sed si quis velit defendere vulgarem lectionem, af-
fero explicationem aliam, vt sententia sit. Dixerat
Vmbro magnum aliquid facturus Æneas inuidiam,
si se intericeret; ad eum modum, quo Ausonius
Paulino:

*Grande aliud verbum nimis diximus, ut se
Inferret mediis vindex Rhampus votis.*

Ccelo ani-
mum ferre. Prouerbalis forma, quam satis illustrabis his, que
dixi Eclog. 3, ad illud, hinc usque ad sydera notis. &
Eclog. 9, ad illud,

Cantantes subline ferent ad sydera cycni.

550 *Tarquitus exultans contrà fulgentibus armis
Syluicola Fauno Dryope quem Nymphe crearat,*

Obuius ardenti fesse obtulit, ille reducta

Loricam, clypeique ingens onus impedit hasta.

555 *Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ, truncumque repente*

Proculuens, super hæc inimico pectora fatur.

b Isthic nunc metuende iace, non te optima mater
Condet humi, patrio ve onerabit membra sepulcro.

Alitibus linquere feris, aut gurgite mersum

Vnda feret, piscesve impasti vulnera lambent.

c Protinus Antheum, & Lycam, prima agmina Turni,
Persequitur, fortisque Numam, fuluimque Camertem

Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri

Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnauit Amyclis:

d Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,

Centenásque manus, quinquaginta oribus ignem

Pectoribusque arsisse: Iouis cum fulmina contra

Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

Sic toto Æneas desauit in æquore victor,

570 Ut semel intepuit mucro. e quin ecce Nyphæi

Quadriuges in equos, aduersaque pectora tendit:

Atque illi longè gradientem, & dira frementem

Vt videre, meru versi, retroque ruentis,

Effunduntque ducem, rapiuntque ad littora currus.

ARGUMENTVM.

*Tarquiti mors, aliorum clades, Æneas virtus, easq; com-
paratione illustrata, equorum Nyphæi fuga.*

EXPLICATIO.

*T*ARQUITI exitium narratur omnia discri-
minat, videlicet eius superbiam, genus, virtu-

A Hic adiungo. Ennod. orat. 4. *Cœlum pulsat magistri opio-
nio. Ab his formis non abludit Calab. qui lib. 1.*

*Καὶ ὁ ὄγε ματιδηρὸς ἐπειδὴ πονεῖται.
Εἰς νανὰ πεινασθεντὸς οὐτανταί.*

18. CANICIE MOVE SIBI, &c.] Apro huic sen-
tentia versus Simonidis, quos Latinos fecit Buca-
nanus,

*Divina blandis interim pes somnis
Fouet uniueros vanas voluentes diem.
Expectat iste crastinum, ille plurius
Messes, nec nullus non sibi mortalium
Promittit lilaenof. & opulentum proximum
Annū. Sed aliud tristis ante terminum
Mors occupavit, morbus aliq[ue] lugubris
Extinguit, alias Mortis in certamine
Demitos, migrantes Pluto mitit ad domos.
Silius ad Nostrum: Aspirans, ita cecinit,
Ille (Bogus) sibi longam Clobo turbamq[ue], neporum
Crediderat, vanis deceptus in aliis signis.*

B

550 *Tarquitus exultans contrà fulgentibus armis
Syluicola Fauno Dryope quem Nymphe crearat,*

Obuius ardenti fesse obtulit, ille reducta

Loricam, clypeique ingens onus impedit hasta.

555 *Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ, truncumque repente*

Proculuens, super hæc inimico pectora fatur.

b Isthic nunc metuende iace, non te optima mater
Condet humi, patrio ve onerabit membra sepulcro.

Alitibus linquere feris, aut gurgite mersum

Vnda feret, piscesve impasti vulnera lambent.

c Protinus Antheum, & Lycam, prima agmina Turni,
Persequitur, fortisque Numam, fuluimque Camertem

Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri

Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnauit Amyclis:

d Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,

Centenásque manus, quinquaginta oribus ignem

Pectoribusque arsisse: Iouis cum fulmina contra

Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

Sic toto Æneas desauit in æquore victor,

570 Ut semel intepuit mucro. e quin ecce Nyphæi

Quadriuges in equos, aduersaque pectora tendit:

Atque illi longè gradientem, & dira frementem

Vt videre, meru versi, retroque ruentis,

Effunduntque ducem, rapiuntque ad littora currus.

C tem, mortem, & mortis circumstantias. Superbiam,
nam exultans, que exultantia ab armis fulgentibus.
Genus, nam filius Fauni syluestris Dei, & Dryopes
agrestis Nyphæi. Omnia, que de hac re Seruus, excludenda.
Virtutem, nam fesse obtulit Æneas, &
hunc ardenti. Mortem; nam cum Æneas prius
eius loriam, & clypeum hasta confusisset, ac pro-
inde vsum tam lorice, quam clypei impediun-
set; mox caput illi gladio abstulit, oranti nequic-
quam & paranti multa dicere. Circumstantias mortis, nam

ris, nam truncum pede propulit indignè circum-
agens per puluerem.

b Addit Æneas insultabundus Tarquito, ince-
ssus, qui prius metenuit, & iace, inquit cum opposi-
tione ad ro exultans. Sequitur, non te optimi mater, &c.
vbi matre, qua filium non visura, nec mor-
tuum ab filio, qui infelicitus: ab alitibus & pescibus,
qui cadaver miferi voratari.

c Sequitur multorum arunna, Anthei, Lyce,
qui in primo Turni agmine: Numæ, & Cameris. In
hoc sifist, vocatque *fatuum* à casu, aut baubito.
Homerus lepe de suis ducibus ερθε. Predicit il-
lum à genere; nam filius Volcentis ab opibus, nam
diuissus agri Ausonidum, pro Ausonidaram, ut Deum,
pro Deorum. Quin ait regnare illum in Amyclis,
quæ vrbs insignis Pythagore doctrina & silen-
tio.

B

Intenio & locum Calab. lib. 11. cui etiam potuit
harrere Virg.

*— πατέρας δὲ παλαιόν τε φύσιν
τιμίαν φωνήν.—
— caput vero procul denolutum feratur
Loqui gestientis.—*

7. DETURBAT TERRA.] Fortean ex Lucret. Deturbare
qui lib. 5. *Deturbat ut equis in terram.* terre.

8. TRUVNMQVE REPENTE PROVOLENS.] Pronoluere
Non dubium, quin expresserit Homericum verum mortuum.
Iliad. 13.

*τίς μὲν οφαρεῖν εἴτε ξύλινα πόλεα
Ιειται αὐτοῖς ινθαρ γλοβοπολεῖς περ τούρβαν.*

Et præcedit, fuisse huic misero caput amputatum,
quo sit, ut huic loco Poëta institerit. Est etiam locus
C similis 11. Iliad.

*— πόλεις πολεῖς πολεῖς πολεῖς
Ολυμποὶ δέ, εκαύει παλινεργατοί δέ οὐκίσιοι
— cernit abfracta,
Inθαρ cylindropopulus, ut vulneretur per turbam.*

Hoc fermè genus Iudibij ex prelium ad Ovid. 9.
Metamorph. de Hercule interficiente Lycam,

*Corripit Alcidas, & τεργά, quaterq[ue] rotatum
Attit in Eubœicas, tormento foratus, andatis.*

Val. 4. Virg. laborem propulit Heros. Hanc iniuriam,
pasilius Patroclus; nam. Hector illum interficunt
οὔτε τοιούτος δέπος: supinum pepulit ab hasta. Iuppiter

19. Iliad. Aten è celo extrubans, dicitur illum
περισπέλας, quasi manu rotaret. & lib. 20. Achilles
interficiens Deucalionem, τῆλαί ἀντηπάλαις πέρι βόλει:
longe caput cum galea ipsa pronoluit.

D

9. SUPER HÆC.] Non est propositio. Sed, insuper fatur hoc.

10. ISTHIC NYNC METVENDE IACE.] Homer. Iace isthic.

Iliad. 21. οὐτανθεῖν καὶ τοιούτος μετεπιθεστοί: Isthic mors iace

cum pescibus. & Iliad. 20. οὐτανθεῖν οὐτανθεῖν: iace Orymido. Et huic extremo loco Virg. insitit: nam statim

Hom. οὐτανθεῖν καὶ τοιούτος μετεπιθεστοί: pro quibus Virg.

substituit metuende. Calaber etiam lib. 11. vñor vñ
ēt uñp. Ex his apparet, fuisse hanc militarem insul-
tationem, quam præclarè firmat locus Plutea. lib. de

Deo Socratis. θεότοποι οὐτανθεῖν καὶ τοιούτος μετεπιθεστοί: θεοπάππους ἀδελτα
adstans, & gladio feriens, isthic, inquit, iace. Sed quid tan-
dem iace: id est, esto infelicitus. quod iam explicui
lib. 9.

11. NON TE OPTIMA MATER, &c.] Misera hæc
conquestio, & iam excitata Homero Iliad. 21. Mori extra
patriam, mi-
serum.

*Ερθεμένη περιθεστατα, οὐτανθεῖν περιθεστα
Οιστείσις εἰσω αἷλα εὐπέπολεστον:*

*— οὐτανθεῖν περιθεστα
negque te mater*

*Imponebas lege desolabit, sed Scamander
Feret vorticosis in mari latum finum.*

Tt. 2. Hector

COMMENTARI

Hector lib. 15. Iliad. huc in modum interminatur suis,

—ādē νῦ τον γε
Γνωστή τε γνωστή τεστός λελάχων θερβάναι,
Αλλα κύνες ιρύσσοντο αἴσια μητέροι:

—neque sāne hunc
Fratreſq; ſororeſq; rogo imponent mortuum,
Sed canes diſtribent ante urbem noſtrām.

Vlyſſes etiam ad Socum, quem interfecerat, ita inſultabundus,

Ἄδην' οὐδὲ τοι γε πεπτὸν, καὶ πότνια μάκην
Οὐρανοδιπόνοι θερβάναι τε, οὐδὲ λαγόνοι

Διαστρέψοντο:
Ab misere, non quidam tibi pater, & honoranda mater

Oculos claudent mortuo, sed aues
Crudiore trahent.

In lib., Epigram. leges,

Οὐ γέρος μήτην διπτυχία κανθάροι,
Οὐδὲν Αἰτεῖσθαι τὸν μητρόν εἰδένειν;

Negue verò te mater ad sepulcrum deplorans,
Νουις Ἀλεξανδρεῖ τιμωντες μαριμαν.

Omittit Calabri loca plurima, quae continent eadem conqueſtione, & affectus huicſimmoſ.

12. MATER.] Dixi in superiori Nota de conqueſtione, dicam in hac de more. Cur Virg. mater? quia, ē veterum ritu, illi curabant ſepulturam, qui maiori effent neceffiſtudine coniuncti cum defuncto; illi oculos premebant, vngabant, ſpeliebant. Hoc dolet mater Euryali lib. 9. Hoc carpit Dio in Tiberio, qui non ipſe matrem produxerit, *τε θεοὺς* *τοις τοῖς αὐτοῖς*. Hoc Seneca ad Polibium c. 36. in C. Caſare, qui exſequis ſororis ſiue non interfuit. Hoc queritur mater Iasonis apud Apollon. Arg. Hoc facit Eurip. Supplicib. apud quem matres volunt filios ſuos ſepelire. Hoc laudat Ouid. 3. Am. Eleg. 8. in mare oēta ſibulli, quae filium ſuum ipſa ſepelit. Hoc munus affignat Herodianus lib. 4. filio ſuccellatori Imperij in crenuado cadavere Imperatoris. Hoc Pindarus Od., Pyrh. *τίχει Σ. Καὶ έπει τοις οὐρανοῖς*: *Cognati puerum paſuerunt in pyra lignea*. Hoc est perſcriptum Euripi, in Hellenā cū loquens de ſepeſtendo mortuo, ait,

Μαρτίδε τὸ δέ επειρῶντας η τελεῖον:
Opus hoc est matris, aut uxoris, aut liberorum.

13. CONDET HVMO.] Aristoteles in Epitaphio (ſi illius eſt liberille) tria verba viſurpat, quae respondent Latino *condo*, videlicet in Eurypili Epitaphio *επέττω*, in Homerī *κατέκαλυπτο*, in Laomedontis *επέτη*. Euripi. in Hel. opponit *κρυψο*, *διέργει*, & *επέτη*. & Nonnus lib. 32. *αποτέλεσθαι*, *επέτη*.

Onore, de aggeſtione moriorū.

Condere humo.

Volueribus ſinqui mori-

mos.

14. ONER AVIT.] Pertinet hoc ad aggeſtione

terra, & tangit genus ſepulcrum, quae contraria leui pulueris iniectioni. De utraque locutus ſum lib. 6. atque de aggeſtione etiam in 7.

15. ALITIBVS LINQVERE FFRIS.] Dicebā de hac contumelia ad lib. 9. Aeneid. Hic adiicio Siliū lib. 2.

Deforme aliibus liquore cadaver Iberis.

Claud. 2. Ruff.

—infestog; iubet bubone moueri

Agenina, Mygdonias mox impleura volucres.

Misera eſt conqueſtio illa Lucani lib. 4.

—Libycas en nobile corpus

Pafit aues, nullo conſetutus Cavia bruto.

Eurip. Suppl. dolens defunctorum miseriam, ſupēi-
dolens Co. auferis monanis eſcā. ibid. *χερούλη*, *δηρούλη*, *δηρια* ferriū. Sed cū Virg. coniungat has volucres cū

piscibus, credibile illum loqui de autibus marinis,

cū pugna præſertim hæc haberetur in mariſ littore. Itaque hæc conqueſtio excitata quoque Poëtis

aliiſ, Horat. Od. 10. Epod.

COMMENTARI

A Opima quid si preda curvo littore

Porreſta meroſ ſiuerit.

Ouid. in epift. Ariadna,

Offaſiſper ſtabunt volucres inhumanata marina.

Sic & lib. 3. Epigram. oſſa Eraspi dicuntur aſteſap.

γνωſα μεροſ nota ſolū mergis.

16. GVRGITE MERSVM.] Hunc affectum excitat

Nonnus lib. 32. Hunc, ait, *κύματα τυρεύεται Νηρεύς*, *flu-*

tiſtus tunularunt Nereus.

17. PIſCES QVE IMPASTI VVLNERA LAMBENT.] Et pīca

Hom. Iliad. 21. hanc contumeliam dat Lycaoni. Ibi-

dem piſces dicuntur *τερρύνοι*, & *νεπτονει* adipem

mortui, comedentes, ſolent. Mētū huius ludibrii etiā

eſt in Apollonio lib. 1. *τερρύνοι νέρην*, & lib. 3.

B Epig. de Timotheo, *τοις δέ ιδίοις φερονται τερρύνοι*, hunc piſces

diuorabit. Hinc affectum monet Ouid. Eleg. 2. lib. 1.

Trif.

Et non aquariori piſcibus eſſe cibum.

Et Claud. 4. Confūl. Honor.

Largius Arctos paueare ced. uera piſces.

18. LAMBENT.] Sunt qui reprehendant Virgilium, piſces lam-

qui da piſcibus id verbi, cum careat linguis; dicuntur

que conſiderationē fuſſe Homericū; neque aduen-

tunt diciab codem Homer. lib. 21. Iliad. in ſermone

piſcium, *αἱ τελοὺχοι τερρύνοι, lambent ſanginem*. Op-

piſian. quoque (hunc Scaliger aduocat) dicit de piſcibus

τερρύνοι. Dicamus ergo notari hoc verbo audi-

atatem piſcium, ideo etiam *impasti*. Quod verò Noſter

Homerus cōiunctū *ερπονται*, & diu-

ſim, τερρύνοι, τερρύνοι, quod omnes *τερρύνοι*. Nota etiam

indicari à Virg. etymon piſcium. Sunt enim, qui pu-

piſcium, tent diſtoſ a paſcendo, in hiſ eſt id. & alii. Ergo, mon.

piſces impasti.

19. PRIMA AGMINA TURNI.] An quia verò iſti

in primo Turni agmine an quia præcipui inter alios?

Ad eundem modum, quo apud Hom. 1. Iliad. 1. hoſas

zit, *τερρύνοι επειρῶνται τερρύνοι*: quicunque opimi in

exercitu gloriamur eſſe. Ira vt in Virg. vox principatus

referatur ad *τερρύνοι*. Eosdem ſepe *τερρύνοι* vocat.

20. SATVM.] A re rustica, quod alibi exornauit.

& nunc offero Ennod. orat. 4. *plantam familiæ*. &

Nonnum lib. 32. *vbi luppiter de filio Lacedæmonie,*

επεράπειρον: quem arauit.

Atare lib.

21. DISSIMIMVS AGRI.] Lege quæ dedit 7. A-

eneid. ad illud, *terram centum vertebat aravis*. Putaban-

Opes opes, quippe apud veteres opes illæ eſſe firmiffimæ,

ſtis ſim, queſi polita in agris. Euripi. in Hecub. Polymestoris

opes ſic exaggerated,

Ος τερρύνοι, ος τερρύνοι τερρύνοι

τερρύνοι.

Qui fertiliſſimam Cherroneſi glebam

Seminat.

Hom. 11. Iliad. de homine, cui copia hordei & triti-

ci, *αἱ τερρύνοι*, quasi hoc vno beatus eſſet.

22. TACITIS R+GNAVIT AMYCL. s.] Dicta Amyclæ, *τε-*

τερρύνοι, id eſt, Pythagoræ, nam ibi docuit

Pythagoras, cuius nomen silentum. Vel quia cū

ſepe falfus nuntius afferretur de aduentantibus ho-

ſtibus, cautum lege eſt, ne quis tertiores hos afferret:

accidit tamen aliquando, vt verè hoſtes venirent, &

nuntiantem nemine, caperetur ciuitas. Vel tacite, id eſt,

ignobiles. Vel denum hypallage eſt, pro tacitus ipſe

Pythagoras. Haec Seruius. Eligat Lector quam volet

cauſam. Mihi probatur ſecunda, terra diſplicer, pri-

ma & quarta in ambiguo ſunt. Sed cur ſecundam

probo: quia Lucilius,

Mibi nec ſit loqui, nam ſcio Amyclas tacendo *perifiſſe.*

Silius quoque,

— q̄. v. f. j.

IN X. AENEIDOS.

—quifj cueride ſilenti Amyclas.

Hoc etiam Catullus attigit, & alludunt omnes ad Adagium, *τὰς Αὐγάλας ή σημεῖον τοῦ λαοῦ: ſilenti Amyclas perdidit*. Caſam aliam à Plinio poſſis rimari, qui lib. 3. c. 5. *Amycle à ſerpentibus deleſe*. Ergo tacite, id eſt, ſepulta iam oblitione. Quod conſonat cum Panſan. qui in Laconic. ait, expugnatam fuſſe Amyclas. & ibid. poſt multa ait, delectam eam urbem ab Do-riensibus, & redactam ad formam pagi, *κύρην* (air) *τερρύνοι*. Et tametsi Paſuanias loquatur de vibre, que eſt in Grecia: Virg. de ea, qua in Italia, tamen ad Graecam alludi nihil inconuenit, & in hoc Vate eſt frequentissimum. Inſigniter peccat nobilis Tacito commentator in 4. Annal. qui Amyclas ſilentio per- eunteſ, capit eam, que in Grecia ſunt, cum deberet eam, que in Italia: videlicet eam, que ſite inter Caſtanum, & Tarracinam, a quibus dictum Tacito *mare Amydium*.

23. AEGAEON.] Notat Macrob. c. 16. lib. 5. Virgilium deſcuiſſe aliquando ab Homeri ſecta, probat

multis, tum hoc. Nam apud Hom. Aegaeon auxilio

est Iou, hinc contra Iouem armant verſus Maro- nis. Hanc Aenea virtutem maiore incremento augerat.

Cal. lib. 11. comparans illum, non cum Gigantibus,

ſed cum iplo Ioue proſterne Gigantes. Itaque,

cum preceſſiſſer ferocia Iouis, cū *τερρύνοι* *πτερόβια*

φύλα τηράτων, mox de Aenea,

Ως απ' Ενεαον ταπειπετος φύλα τηράτων:

Sic ab Aenea proſternebanur agmina.

24. CENTVM CVI BRACHIA, &c.] Hom. 1.

Iliad. *τερρύνοις* vocat. Sic & Typhoeo dat Claud.

brachia centū, de Bell. Get. & totidem Briareo Paneg.

1. Stil. qui idem cum Aegaeone, teſte Homero. Et, ſi

doctis credis, Typhoeus etiam idem eſt, qui Aegaeon.

C O M M E N T A R I I

debet arcum, atque ita praesuera est hostis diligentia. Apud cundem lib. 11. cuiuspiam manus percutitur *μητρὶ τοῦ οἰκείου κινητὴν αἴρειν αρριέbat.*

15. TVM LÆVVM PERFORAT INGVEN.] Multis hoc Nonnus lib. 32. Dionys.

*Πληγὴς ἵσχειν ἀπέραν, ὅπερας γέγονε πάλαι δεσμός
Συμφέρειν κατέλω φύσεις ἡρμοτεν ἄξονα μηρός:
Percussus coxam summatam ubi corporis coeno vinculo
Collatum cotylam natura aptanū orbiam femoris.*

Nota, ut Poëta suam poësin discriminet ad varietatem & gustum. Suprad enim hasta Pallantis missa in Turnum viam fecit per summas oras elype ad humerum, hic contra Aeneam hasta perimas oras, & ad inquinis locum.

Amara di-
sta, &

Mellea op-
ponuntur.

Equorum
vitium.

16. DICTIS AFFATVR AMARIS.] Variat hoc se-
pe Hom. Nam Iliad. 15. *νεινεῖν χολωθῆντιν ἐπίειν.* &

16. ἐρεισθείσης ἐπίειν. & 11. sermo em vocat ἀμαρτίαν,
atque opponit *μεταχειρίσης ἐπίειν.* & 21. *ἐπίειν φάσεις μη-*
θεν. & 23. *αἴρεσθαι ἐπίειν, & κατεντεῖν ἐπίειν.* & 4.
αὐτομόνος ἐπίειν αἴρεσθαι. Apollon. lib. 4. *ναρῷ μεθη-*
Calab. lib. 2. *καροτεῖνεν ἵπε, φαλαῖς ἐπίειν.* & 3. *νεικο-*
τενίσιμον ἐπίειν. Plutar. in Mario, *μαθησθεὶς τερπνο-*
τῷ Σπαρτιώτῳ. & in Pompeio, *τριπόδι μεταχειρίσ-*
χεπερα λόγοι.

17. VANA EMBRAE.] Refert hoc Germ. ad vitium
quod esse in equis pauidis solet, qui embrae timent,
aut suam, aut aliorum: quod vitium in Bucephalo
vicisse arte Alexander traditur. Hoc puto spectare
Lucanum lib. 4. nam in sermone serpentis solerissimi
decipiens omnes minus solerentes ait,

*Ledi, & ira: incerta provocat embra,
Obliquansque caput vanas serpentis in auras
Efficiensque guttura mortui.*

18. INSE ROTIS SALIENS IVGA DESERIS.] Haec
insultatio sumpta est proculdubio ab 16. Iliad. vbi
Patroclus ad cadentem Cebrionem,
Ωντοτο, οὐτε ἔπος εἴη, οὐδὲ κατέτι:

Pape, certè valde agilis vir, quam facile vrinatur.

Pergit multis Parrocos, & ait bonos esse saltatores
in Troianis. Attingit & Nonius libro 39. vbi, cum
ficeret cedes in feras maris, de moriente Delphino
ait,

Εμβαθύς τοιηποτε χερύτιδος ἀλματὶ μέρη:

Semimortuus saltator salinus, & choreus farales.

Saltus fata-
lis.

& statim, *εὐθὺς ἀλλοι, saltatores exiit.* Haec verò insultatio, & contumelia tota posita in allusione ad festas choreas, quasi huiusmodi bellatores apioites sint festis saltibus, quam militaribus exercitationibus. Inde apud Plut. in vita Pomp. Iulius iubet suis, ut conuolnerent Pompeianos in facie, atque vulnera illa non passuros *μαλές κατέβητες τοφες, ἢ γενές:* pulchelllos illos & floridos saltatores. Hac contumelia Iulius Pompeianos petuit.

19. ARRIPIT BIUVGOS.] Annon hoc Calab. lib.
11. vbi, si non Aeneas, certè Sep̄erentes Aeneas, famuli
Aenea inducuntur *μεταφέρεται, arripientes equos hosti-*

** Iunonem interea compellat Iuppiter vltro.*

† O germana mihi, atque eadem gratissima coniux,

Vt rebare, Venus (nec te sententia fallit)

Troianas sustentat opes: non viuida bello

610 Dextra viris, animusque ferox, patiensque pericli.

‡ Cui Iuno summissa. Quid o pulcherrime coniux

Sollicitas agram, & tua tristia dicta timentem?

Si mihi, quæ quondam fuerat, quāmque esse decebat,

IN X. ÆNEIDOS.

Vis in amore foret: non hoc mihi namque negares

*Omnipotens, quin & pugna subducere Turnum,
Et Dauno possem in columnem seruare parenti.*

¶ Nunc pereat, Teucrisque pio det sanguine peñas.

¶ Ille tamen nostra deducit origine nomen:

*Pilumnusque illi quartus pater; & tua larga
Sæpe manu, multisque onerauit limina donis.*

¶ Cui Rex ætherei breniter sic fatur Olympi.

*Si mora præsentis lethi, tempusque caduco
Oratur iuncti, mœque hoc ita ponere sentis,*

Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis.

Hactenus induluisse vacat: sin altior istis

Sub precibus venia villa latet, totumque moueri,

Mutarive putas bellum, spes pascis inanes.

¶ Cui luno illacrymans. Quid si, quod voce grauaris,

Mente dares, atque haec Turno rata vita maneret?

Nunc manet infontem granis exitus: aut ego veri

Vana feror, quod vt o potius formidine falsa

Ludar, & in melius rura, qui potes, orsa reflectas.

A *f Respondet Iuppiter Iunoni, tantum se posse*

subtrahere Turnum morti ad tempus aliquod. Itaq;

hoc dat precibus vxoris, ut differatur mors, que iam

præsens Turno aderat: & permittit, ut fuga illum

expiat ab instantibus fatis. Hoc tantum indulget.

Sin verò sub illis precibus maior aliqua latet venia,

id est, si petitur à me (ait Iuppiter) ne hoc sub hoste

cadat Turnus, & belli huius ratio mutetur, spes ista

inanis est. Haec est sententia, explico aliqua. Est ca-

duco, morituro. Illud, mœque hoc ita ponere sentis, id est,

sentis me posse ita statuere. Hactenus, id est, hucus-

que indulgeo.

g Duplex pugnandi modus in Iouem, primus

lacrymis, sunt haec potentissime. Alter ratione ita haec

est. Quod grauaris (id est, abutis) once duci, posses, si

velles, mente concedere, ac cum Turno maneret rata

vita, id est, perpetua, non ad tempus. Ita explicui,

et intelligas. Iuno certè altius concepit; nam rogando,

tum vrget acrius, tū laedit minus lous animum.

In illis, da mente, quod grauaris voice, latet haec senten-

tia. Vox tua pro fato est; nam Stat. dixit, & vocem fa-

ta sequuntur. Ergo, non dubito, quin si dices, men-

te etiam sentires. Abfoliunt tandem cum querelis, &

nousi precibus. Querelæ, insons est, & tamen indi-

gnè perituras, nisi ego yana sum augur veritatis: sed

virnam ludat mea forma, & vana, ac falsa sim.

Precies, virnam reflectas in melius, que semel exor-

sus es, certè potes.

C *N o t a .*

1. COMPELLAT.] De verbis appello, & compello in

re lenocinij & amoris, quo vsu hinc accipit Virgil. vt

etiam Ouid. 8. Metam.

Talibus agrestem compellat Oreada dicit.

dixi alibi. Hinc in iure appellare est, aliciam pudici-

tiæ attendare, Justinian.lib. 47. II. tit. 10. l. 1. §. 15. Si

quis virgines appelloset, si tamē ancillari vesti vestitas,

minus peccare videtur: mulio minus, si meretricia vesti fe-

mine, non meretrum familiarium, vestita fuissent. Later &

quidpiam

Compello. quāpiam aliud in Virg. Est *compellare*, vocare aliquem suo nomine. Dicit ergo Iuppiter, à *Iuno germana*, & *coniux*. Sed adhinc Poëta vocem *Iuno*, quia ea intelligitur in verbo *compellat*. Nam si *compellat*, certè *Iuno*, dixit & repetere vocem (*Iuno*). otiosum eset. Nec mihi Poëtas alios obtundas, qui cum hoc verbo nomen etiam adiungunt; nam errare illos factebor. Itaque nescio, an verè Hom. in trito illo, *τρεπόται*, in *τριπλάσιον*, verbum dixit, & nominavit. Nescio (inquit) an tum bene addat nomen eius cum quo loquitur, cum sacis sit τὸ τρίπλασιον. Hac, etiam si leuicula, agitanda sunt ad perfectam poësin.

2. O GERMANA, &c.] Versus Homerius 18. Iliad. *τέλος οὐ προστέλλεται νομίσματα*

Iuppiter Iunonem allocutus est sororem, & coniugem.

3. VENVS TROIANAS SVSTENTAT OPES.] Non dubium, quin totus hic excusus ductus sit ab 4. Iliad. vbi Iuppiter conatur εἰπεῖσθαι ἡρώων, *Iunonem irritare*. & κακούς *irritare*, mordacibus verbis. & ταχεῖς λόγοις, subdolè loquens. Sed qua hic peculiariter dicitur ad Iunonem de Venere, ducta sunt ab his verbis,

— τῷ δὲ αὐτῷ φρασθεὶς ἡρόδοτος
Αἴου τερπεῖ μηνον, καὶ αὐτὸν ἡμέρας εἰρύεται,
Καὶ τὸν ἔτερον τοῦτον θεοῖς τετέλεσται:

— hinc autem τοῦ λαβανδαίου *Venus*
Semper affluit, & ab ipso depellit futurum.
Nunc etiam confundunt patantem se moritum.

4. SVBMISSA.] Vultu scilicet; nam lib. 12. *Sic Dei submissa contraria Saturnia vultu.*

Submitto.

Timor fe-
minarum est. *λυπητεῖς*, id est, *feminarum*, scribit Theophyl. lib. 3. Hist. c. 13.

5. TAMENTUM.] Δεῖπνοι esse malum proprium θεῶν, & λυπητεῖς, id est, *feminarum*, scribit Theophyl. lib. 3.

6. VIS IN AMORE.] Refert hoc Germ. non ad βίαν, sed ad φίλασσον, & δύναμιν τροπήν. ita ut Poëta respiciat ad prima tempora conflati amoris inter Iunonem, & Iouem, cum hic transformatus in aemum irrepit forori. Ego puto simpliciter capiendum. Soler enim amor coniugum initio esse feruentissimus, qui postea visu clanguet. Inde 14. Iliad. eget Iuno tot pharmacis ad excitandum Iouem; quem locum pari aura imitatur Nonnus lib. 1. Dionys.

7. NAM QVE.] Puto redundare, nam sententia integræ, annota hac vocula. quod vnicum argumentum in aliis. Hac licentia plenissimum est Homerius. Sed ita redundant in Virgilio, ut addat efficiam.

8. PILVMNVSQVE ILLI QUARTVS PATER.] Pilumini-mul-
ti dicit.

9. ET TVA LARGA.] Hom. 8. Iliad.

Manus lar-
ga.

10. MANV.] Electra apud Soph. petit à Phœbo, ut se exaudiat, quod munifica sepe manu adstiterit eius altari, λατρεῖσθαι (inquit) φοιτῶ χρεῖ.

11. MVLTS.] Soler Virg. tacite mores attingere.

Numerus certus expo-
situs inui-
ditæ.

Vnum olim pro, multa.

Itaque cùm in dolium, aut culcum vnum addunt rusticæ, pri-
ma vna addita, dicunt etiamnum, *Multa*. Inde fortasse

pastor tactabundus 2. Eclog.

— *Mille mea Siculis errant in montibus agne,*

non ausus certum numerum proferre. Huc spectant Oppido, re-
verba Festi in voce Oppido hæc: *Orum est hoc verbum de dictum*, ex sermone inter se confidib. anum, quantum quisque fru-
gum faceret, utq; multitudo significaretur. *Seppe respondebatur*, quantum vel oppido statis esset. Vides, ut non dic-
cent certum numerum frugum. Inde, credo, ductus Ceterarius
mos gentium, frequenter enim centenarium, aut numerus,
millenarium numerum assuebant pro quoniam, ut
ipsa multitudine falleretur inuidia. Catullus aperre
ad hunc morem Epigram. 7.

Quæ nec permanerare curisi

Possim, nec mala fiscinare lingua.

vbi curiosi sunt falsificatores & magici. Ad locum Var- Ceterius, i
ronis quem adduxi, pertinet filius gentilium, quem est, magi- illi solebant excitare, cum dolia vini infunderent, ne Ritus inde- videlicet audiretur numerus certus, & sic minus ob- noxijs essent huic malo. De qua re illustris est locus in 6. Synod. can. 62. hunc in modum: *Negre ex-
franci Bucchi nomen, vnam in torcularibus exprimente,
innocente, neque viuum in dolis effundente risum moueant,
ignorantia vel vanitate ea, qua ad demonis impotunt proce-
dunt, exercentes.*

12. ONER AVIT.] Dixi satis oīcaua. Aeneide ad illud, oneratis laniibus aris, & dicam vndecima ad illud, cum dulique altaria donis.

13. LIMINA.] Accipio haec iuxta illa, quæ dicta mili lib. 1. Accidit ad illud.

14. LIMINA.] Limina & plorūq.

Apage enim, ut dona appenderentur ad ea limina, in

quibus exposta essent furum auiditari.

15. REX AETHEREI OLYMPI.] Vide que dixi initio huius lib. ad illud, *omnipotens Olympi, & terras unde arduis omnes, & silex ardoris aetheri*. Quibus in locis de discrimine eveli, aetheris, Olympi. His autem videtur confundere ex more Poëtarum, cum dicat aetheri Olympi.

16. SI MORA PRÆSENTIS LETHI.] Respectum in hoc excusu ad 16. Iliad. vbi Iuppiter, & Iuno cōsultant de proferendis Sarpedoni fatis, morte iam imminente, interpretes monent. Sed cùm de profrena vnius Turni tantum morte sit sermo, præclarè Germ. illustrat Poëtam: loquitur enim Virgilius ex opinione illorum, qui dicebant, vniuersi fata mutari non posse, singulorum posse. Ergo ait Poëta. Ratio belli Latini, ut tandem cadat Turnus, nequit mutari: differri mors eius quid. Tale illud lib. 7. ore Iunonis.

Non dabatur Regnis (efto) probibere Latinis,
Atque immota manus fatus Latonia coniux:
At trahere, atque mors tantis licet addere rebus.

Et illud Magie ad Pompeium filium apud Lucanum lib. 6.

— *conceditur ari,*

Hinc cum radus prefferrunt sydera mortem,

Inferuisse mors, & quamvis fecerit omnis

Stella feneri, medios herbis abrumptim annos.

At simul à prima descendit origine mundi

Causarum series, atque omnia fata laborant,

Si quicquam mutare velis, vnoque sub iectu

Stat genus humanum, tum Thessala turba faciemur,

Plus fortuna poest:

Hinc est, ut dicat Iuppiter, vniuersum bellum mutari

non posse, vitam vni Turno proferri posse.

16. LETHI.] Qui ita scribunt, dicunt hanc vo-

cem *τὸν λαθεῖν*, est enim mors rerum obliuio. qui

verò *letum*, ducunt *τὸν λαθεῖν*, nam mors est cor-

poris solutio. Etenim antiphratim illam, *letum*, quia

non *laeta mors*, *ἀφετημένη*.

17. CAVO IVVENTI.] Fragili ac morituro. Ita-

que

que quæsita est species oppositionis, nam iuuenis A spes vanas, fallaces, cassus, dormientes, &c. vnu Virgil, etiam si ferox & validus, tamen *caducus*; vt si quis robur vocaret fragile, imperium languidum. Hæc minima potius promouent. Nam putare aliquis tantum senem debere dici *caducum*.

Inanitas, de spe cur.

18. PONERE.] Esse Hellenisimum pro facere, aut statuere, docti admonent. Nam Hom. *ἄλλα τὰ ἔργα, & θήρα, labores posuit*. & Lucillium vsum eadem forma Seru. scribit. Ceterè cùm Lucan. lib. 5. dixit, *littera scelerum tibi ponere finem*, nihil aliud voluit, quidam statuere finem. & cùm Hom. 4. Iliad. *ἄλλα θήρα, τέρατα, vanum ponere labore.*

In eodem lib. *ἔπος θεραπευτὸν ἀπέλεγον*, pro, effigie, aut reddere irritum labore. Ibid. *ταῦτα τὰ θήρα, μεταβολή θεραπευτὸν*. Hæc autem omnia Dijiritis faciant. ad verbum, ponunt irritu. Demosth. contra Aristocrat. pro legislatore dixit, *ρόπτες rebæ, & spe alibi.*

19. SPES PASCIS INANES.] Ab Greecis. Nam Eurip. Phœniss. *ἔπος τοις πόστοις φέρειν*: *spes pascunt exiles*. & Bacch. *ἔπος τοις πόστοις φέρειν*. Nonn. lib. 35. *ἔπος τοις πόστοις φέρειν*: *spes pascens fallētē spēm*. Eubulus tamen apud Athen. libro 2. alio verbo vsum est, sed idem significant, videlicet *ἔπος τοις πόστοις φέρειν*, *πλήθην, μυρίνει, spes*. Quia forma etiam Aeschyl. Agamemn.

Οὐδὲ τὴν φύσιν τοις πόστοις φέρειν: *Noni exiles viri, qui murin (suas) spes.*

De hoc genere specimanis & vanas Oppian. 1. Hal.

ἔπος τοις πόστοις φέρειν: *spes instabiles permulcat mentes, tanquam somnium.*

Ad quem consentaneè Eurip. Phœniss. *ἔπος τοις πόστοις φέρειν*: *spes abdormit*. Idem in Medea dixit, *ἔπος τοις πόστοις φέρειν*: *quod verbum indicat flustratas & inanes spes*. Plutarc. in vita Themist. *ἔπος τοις πόστοις φέρειν*: *ποτε οὐδὲ τοις πόστοις φέρειν*. Arnob. lib. 1. *spes cassas*. Lucan. 5. *vana spes ratite, quod à Sophoc. qui in Aiace, οὐδὲ τοις πόστοις φέρειν, incalcescit spes vana*. Sed cur, cùm alii dicant

Grauor cū
quarto casu.

20. ILACRYMANS.] Quis nescit in lacrymis inesse vim ad fleetendum? Byblis apud Ouid. 9. Metamorph. optat, vt is, quem ipsa desperbat, suas videt lacrymas. addit; *vultus videt amantis, quasi vnicum remedium*. Parco putidas eruditio.

21. QVOD VOCE GRAVARIS.] *τι γνωστόν* potest pendere *τὸν τοῦ dāres*, hac sententia. Quid si dares mente, quod dare grauari voce? vel *τὸν τοῦ gravaris*, nam ita apud bonos auctores. Sueton. Tiber. cap. 50. *mittit Grauor cū* *Lutum granatum*.

22. RATA VITA.] Dicebant rata, quæ confir-

Rataū, quid
propriæ.

23. NVNC MANET INSONTEM, &c.] Sententiam Virg. ita conuerit Propert. Eleg. 1. lib. 4.

Nescius va-
tes.

Ceterarum ceris auctoribus, haud cogentes
Nescius eruta signa monere pila.

& Eleg. 1. lib. 13. atque vnam parie sim vanus arufex;

Vanus aruf-

Ita Iuno optat esse vana, & ludi. Sic & Iuuen. Sat. 6. *pex.*

Castus au-
gur.

Nos vnam vani. & Stat. 9. Theb. *sing. angur cassafu-*

turi. quod à Sophoc. qui in Aiace, οὐδὲ τοις πόστοις φέρειν, incalcescit spes vana. Sed cur, cùm alii dicant

Ordior, de
telis.

635 a Hæc vbi dicta dedit, cælo se protinus alto
Misit, agens hyemem nimbo succincta per auras,

b Iliacāmque aciem, & Laurentia castra petiuit.

640 c Tum Dea nube caua tenuem sine viribus ymbram

In faciem Aeneæ (visu mirabile monstrum)

Dardaniis ornat telis, clypeūmque iubāsque

Diuini assimilat capitis. dat inania verba,

Dat sine mente sonum, gressūisque effingit euntis.

c Morte obita quales fama est volitare figuræ.

Aut quæ sōpitos deludunt somnia sensus.

d At primas lāta ante acies exultat imago,

Irritatque virum telis, & voce lacefit.

645 e Instat cui Turnus, stridentēmque eminū hastam

Coniicit: illa dato vertit vestigia tergo

f Tum verò Aenean auersum vt cedere Turnus

Credidit, atque animo spem turbidū haustit inanem.

Quò fugis Aenea thalamos ne desere pactos.

Hac dabitur dextra tellus quæsita per vndas.

Talja vociferans sequitur, strictumq; coruscat

Mucronem, nec ferre videt sua gaudia ventos.

19. MISERESCITE VENTI.] Vult ab his rapi in A
faga, in rupes, & mergi Syrtibus, &c. Itaque fortasse
Iustratus Poëta locus Hom. 6. Iliad. vbi ita complo-
tabunda Hecuba,

Ως μέσηλη πατει την ορέ την πολέμου την κύπελλην
Ορχεῖσθαι προφέρει κακή αρέσοι θύεται
Εις δέ τοι, οτις κύμα πολυφύλοτο θύεται,
Εύθανα με κύμα δεσπότερον,
Πάντα με διέ illo, quando me primum penerit mater
Abiisse a spartans seu venti procella
In mortem, vel undam multisoni mariis,
Ubi me unda moysesse;

Itaque quod Gracius εἰς ὄρη Latinus in faga, in rupes;
quod illa στένης θαλάσσης, hic σανίσκην undis immittit
9. ORDINE.] In triumpho Aureliani Vopiscus: Ordine in-
terea talia per ordinem ducita. Ita ſolemnis fuit ordo defunctorum:
retum portandrum ad funus, vt dicat Sueton. in Iulio
cap. 84. loquens de huius funeratione: Preferentibus
veneris, quia ſufficiat dies non videbatur, præceptum eft,
ut omni ordine, quibus quicquid vellet in ineribus urbis, por-
bare in campum, quaſi neceſſaria exceptio.

10. ADDIT EQVOS.] Scilicet cremandos in ipſo Equi crema-
rogo. Id enim appetet ex Hom. Iliad. 23. nam in fu-
nere Patrocli Achilles

— πικραὶ δὲ Λειανῶν ἵπποι
Βαρυπένων εἰπεῖνοι περὶ μαραθῶν πικράζων:
— equos quatuor ceruicis elata

Rapidè igni immixtæ, plurimū impetrifcentes.
Et in ſermone etiā de rogo ciuilem Patrocli, καὶ οὐτ
θημέτε ποιοῦσθαι, ἀδpic: urebanus miſtim equique, virique.

Calab. etiam lib. 1. in funere Achilli ait, iniectos in
rogum equos virōlique, qui caſi ad eas exquias. Ver-
ba eius. Σπουδαῖον οὐκ εὐρεῖται πικράζων τὸ αἰγαλόν τι.

Et lib. 1. ait, Priamum decreuifce inſerte Pentheſileam in
ſepulcro Laomedontis, τὴν cum armis, & equo, διὰ
τικέας τὴν ἱππον. Tacit. de Moribus Germanorum:
ſuo enique arma, quorundam igni & equus adiicitur.

11. VINXERAT ET POST TERGA MANVS.] Hic Vindicta
nempe habitu talium Plutar. in Philopemone in-
ducit ιχθyoſ ſtoupi & οἰοπιτε, ſolles duciſt eam vinculis,
eos felicit, qui comitabantur offa, & vnam duciſ.

A A mortui.

lib. 8. amissis lugent dominos, lacrymatisque interdum defundere fundunt. Oppian. i. Cyneg. de iisdem uiris a se vadixi. Sed quares, an alia fera cum notis huius doloris? Certè multæ. Rex ferarum leo apud Plin. c. 16. lib. 8. dicitur lacrymas fundere. & Lucret. lib. 3.

—vis est violencia leonum,

Pectora qui frenis rumpunt plerumque gementes.

Elephant., Tauri, Canis, Asini, Iumentorum omniu-

Sed de tauris iam ego multa. Georg. Canibus hunc sensum doloris dat Calab. lib. 3. comparans cum horum lucrio Altiopum lacrymas ad inreceptum Memnonem. Asinos Mauritaniae acerrimas lacrymas fundere scribit Aelian. cap. 9. lib. 14. Sic & de iumentis in comuni. ni Cyrill. Alexand. in Ionam num. 22. Eccl. apud Propterea ovu[m] alioz, dolere una cum hominibus; Et oīo mētōis, velut in lugore. Inde generatim. Quid. ad exaggeranda sua mala Eleg. 9. lib. 5. Trist. quibus possunt illacrymare fera. De lucre auium vide me lib. 4. Georg.

Homedare ora lachrymis. 9. GVTISQVE HUMECTAT GRANDIBVS ORA.] Ab Lucret. qui lib. 1. lacrymis falsis humectam ora genitrix. Sed prius Eurip. in Ione,

Δακρυσις οὐ γέρεος οὐ νῦν τραπέδα,

Lacrymis humectans generas genas.

Et iterum, οὐχὶ βάλω δάκρυ, humidas lacrymas fundo. & in Helen. θλέφαρον θέρατο.

Imitatio. 10. TVM MOESTA PHALANX, &c.] Apparatus similis est Calab. lib. 3. in funere Antilochi.

Δὴ τότε ἀντιλόχεον νίνος ποτὶ νῆσος ἔρεναι

Αἰχματῷ Πύλων, μέτρα στραχόνες ἀναχά:

Proimis cadaver Antilochi ad naues portant.

Hastigeri Pyli, vehementer Regem complorantes.

Plutar. in vita Gracch. loquens de funere Atillij, ait portatum in forum om̄u[m] u[er]bi sp[irit]us.

11. ET VERSIS ARCADES ARMIS.] Ita scilicet in exequiis militaris. Stat. lib. 6. in funere Archemori,

Tum septem numero turmas (centus obique.

Surgi eques) versis ducunt insignibus ipsi.

Grauges Reges. —

Tacit. in funere Germanici 3. Ann. precedebant incompta signa, versi fasces. Albinouan. ad Liuiam,

Quo primum vidi fasces, in funere vidi,

Et vidi versos, indiciumque mali.

Adhuc apud nostros inoleuit haec consuetudo, vt in obitu ducis exercitus, & milites vexillis humum verant, & in eius cuspidibus hasta inclinentur, trahanturque. Ad hunc morem, vt luctuosum, allusit fortasse Ouid. lib. 3. Amor. Eleg. 8. cum Cupidini dat eueniam pharetram, id est, inueniam, vt alij etiam explicant, videlicet in memore illius. Multa in hunc locum Seru. Pet. Dan. adhibens rationes moris huius. Lege, & adiunge τετράποδον, videlicet, fuisse hoc indicium defectio- ne. Clarè Ammian. lib. 26. Eum sequi complures, iam pila, quatientes & gladios ad Imperato- rem transiunt, cum vexillis scuta peruersa gestantes, quod de- fectionis signum est aperiissimum. Morem hunc, & locum Ammiani alij adnotauerunt. quibus addimus, id vere esse, quod idem eodem lib. Hac sermoni placiditate omnes molliti, qui acriter venerant pugnaturi, signorum apicibus, aquilisque submissi desinere libentes ad eum. Qui locus superiorem explicat, & mirum, omissum ab illis, qui priorem illum notauerant. Ideo enim inuersis signis qui deficiunt, vt qui veniant non ad laendendum, sed ad parendum.

Altus gemi- tuis. 12. GEMITV ALTO.] Plut. in vita Alexan. θρησκευτικων στραγμων.

13. NOS ALIAS HINC AD LACRYMAS.] Qua-

si iam harum expers Pallas, vt qui mortuus. Itaque Lacrymas putemus allusum ad versus Eurip. in Troadib.

Δάκρυσις τὸ εὖ δάκρυνε καλεῖται

Εἴ μετροις δόμοις, δὲ θρησκευτικῶν

Δάκρυσις δάκρυνε δὲ δάκρυσις:

Lacryma stillans ex lacrymis

In noctis adibus, que vero mortuus est

Dolorum obtutus tam illacrymabundus.

Audi & Musam Silij confinem verique Vati,

I decus Astylos, quod fas est ire superbias

Virtute & factis animas, tibi gloria letho

Iam parva insigni, nos tro fortuna labores

Versat adhuc, casisque iubet necire futuros.

14. SALVE AETERNUM, VALE.] Duplicata sa-

lutariora dicebatur mortuis ex more, ideo Virg. salve, Salutem,

vale. Vetus sepulcri inscriptio Romæ, A VE D O-

MINA, VALE DOMINA. Varro apud Seru.

in libris, quos Logistors appellauit, ita ait: Ideo mor-

tuis salve, & vale dici, non quod auerare, aut salutem esse

possunt: sed, quod ab eis recessimus, eos nunquam visuvi. Ca-

tulli in inferius fratri,

Tuque in perpetuum frater ave, auge vale.

Sic & Plaut. Mercat. utrumque verbum iungit in

disecessu, quasi in re tristi,

Lumen superum & infernum salve, simul autem vale.

Hinc hodie postremum exculo mea domo patria pedem.

Existimo verba hæc Plauti dicta cum respectu ad fu-

nera: qui enim domo peregrinatur, nescit an iterum

viuus rediremus sit. Huc confero Artemidori verba

cap. vlt. lib. 1. ἐρῆσθε τοι οὐρανούς, εἴ τε λίτειν, εἴ τε ἀκάνθην

ἀγαθὸν. & γῆ πορσίνες ἀλλάζονται, εἴ τε μέλλοντες τὰ φράτε-

τεν ταῦτα λέγουσιν ἀνθρώποις, μᾶλλον ἀπαλλάξανται οἱ ἀλλάλοι,

εἴ τοις τούτοις τρεπτομένοις οὐ γέγονες, καὶ κονκύλια δίσησιν,

καὶ τοιοῦντας αὐτοὺς: vale & salve, neg, dicere, neque au-

dire, bonum est. Non enim sibi homines congregantur, neque

parantes aliquid facere (verba) hec dicunt, sed cum disce-

dunt ab se, verum inquit ad somnum. Quapropter (verba

haec) nuptias, & societas dirimunt, & agorantes interi-

munt. His aperit, vnde habuerint originem verba

hæc infausta. Hinc etiam effictio in Virg. verbum vale

respondere Graeco ἐρῆσθε, & salutem Graeco οὐταν, non

χαριν. Nam χαριν potius in re felici, non οὐταν,

vel ex adductis Artemidori. Quod firmo etiam ab

Plut. lib. 1. Garrulitate, vbi narrat Fulvium, qui

prodiderat secretum ab Augusto, occurserant Au-

gusto dixisse, χαριν Καζαρ. Mox vero Augustum re-

spondisse, οὐταν Φέλιξ. Quo verbo auditio, statim

Fulvius intellexit, se mori iussum. Vide & testimoniu-

mum Dionis, quod affero Eclog. 3. ad illud, longum vale.

Quod vero ἐρῆσθε etiam accipiatur in malam

partem, certo certius est his, qui vel Graeca libarunt.

Homerus sepiissime illud, & Roëta alij in deterius

capiunt. Hic tantum do interpretem Demosthenis

Vlpianum. Vbi enim Orator de falsa legatione dicit, ἐρῆσθε τοι οὐρανούς, εἴ τε λίτειν, εἴ τε ἀκάνθην

ἀγαθὸν. & γῆ πορσίνες ἀλλάζονται, εἴ τε μέλλοντες τὰ φράτε-

τεν ταῦτα λέγουσιν ἀνθρώποις, μᾶλλον ἀπαλλάξανται οἱ ἀλλάλοι,

εἴ τοις τούτοις τρεπτομένοις οὐ γέγονες, καὶ κονκύλια δίσησιν,

καὶ τοιοῦντας αὐτούς: est verbum ambiguum, & sumitur in malam partem. Itaque, Lector, salutem est οὐταν: & vale est ἐρῆσθε, in re tristi, & mor-

tuorum. Ergo, qui ad locum Virgilij conferunt

verba, Sueton. cap. 4. in Galba, qui illud Odys. vlt.

εἴ τε, οὐταν χαριν, à re abeunt. Obiciunt mihi con-

tra ea, quia dixi, Euripidem, apud quem jugulanda

Polyxena ad matrem, χαριν οὐταν. &c. Sed hoc ni-

hil est, nam eo ipso, quod Hecuba manebat cum vi-

ta, iudicata est à filia esse felix. Inde Hecuba respon-

det, χαριν οὐταν, οὐταν οὐταν χαριν: falseant alii,

matri enim nulla est salutis. Fortior nodus. Homericus

Iliad. 23. vbi Achilles mortuum Patroclum ita salu-

tat,

et, χαριν οὐταν οὐταν. Verbum ergo χαριν in re A sit adeuntis, vale abeuntis, non esse perpetuum. Nam Claud. i. Rap. de abeunte Cerere à Sicilia, filiae gratissima tellus. Et Hercules apud Eurip. discedens ab Amphitryone, χαριν οὐταν: salutis & finis. Et Clytamenestra apud eundem in Iphig. in Aul. discedens ab Achille, & indignabunda,

χαριν, & γῆ πορσίν εἴ τε εἰρήνη:

Salutis, non enim rectis deinde oculis te intueris.

Idem verbum est in Oretto, & in Hippolyto, & in Aeternum discessu, vt etiam in Nazianz. Orat. 32. Quæ omnia vale. testimonia refero ad catachresin, vt dicebam.

15. AETERNUM VALE.] Id est, in eternum tempus. Apage, vt aeternum sit adverbium. Apta vero in hunc locum, quæ dixi 3. Eclog. ad illud, longum vale.

16. TENDRAT.] Eadem significacione τέτενει. Preffit. — Adiicio etiam, discutiem illud multorum, vt salutis

100 ^a Iamque oratores aderant ex urbe Latina
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes:

^b Corpora per campos ferro quæ fusæ iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succidere terræ:

Nullum cum vieti certamen, & æthereo cassis;

Parceret hospitibus quondam, sacerisque vocatis.

^c Quos bonus Æneas haud aspernanda precantes

Prosequitur venia, & verbis hæc insuper addit.

^d Quænam vos tanto fortuna indigna Latini

Implicituit bello, qui nos fugiatis amicos?

Pacemne exanimis, & Martis sorte peremptis

Oratis? equidem & viuis concedere vellem.

Nec veni, nisi fatala locum, sedemque dedissent.

Nec bellum cum gente gero. Rex nostra reliquit

Hospitia, & Turni potius se credidit armis.

Æquius huic Turno fuerat se opponere morti

Si bellum finire manu, si pellere Teucros

Apparat, his mecum decuit concurrere telis.

Vixit, cui vitam Deus, aut sua dextra dedisset.

Nunc ite, & misericordie supponite ciuibus ignem.

B Altera. Parceret hospitibus quondam, sacerisque vocatis. Pendet illa ex pictate, hæc ex fide. Notetur illud, ferro fusæ, quasi excusetur Æneas.

C Videt Æneas, hæc non esse aspernanda, & vt bonus precantes prosequuntur venia, quia videlicet illi ve-

nerant rogantes veniam. Deinde placuit illi altercati

cum Legatis de prestanti bello.

D Hac oratione vult Æneas se cum Latinis conciliare, vt is, qui ab bello abhorreat, qui totus in pacem inclinet, qui doleat mortuorum miseriæ. Ab hoc scopo conciliationis ortum, vt iam illos leniter reprehendat, iam se excusat, iam culp

ἀμφίκτιον, & *ἀμφίβιον*, ut Homerus loquitur. Non enim audio Grammaticos, qui putant, duplex esse substantium. Errant. Adiectuum est *bipennis*. Probo facile. Quam galeam Arifophanes vocat *τερεβίνθην*, boni interpres reddunt *quadrifidum*, id est, *quadrifidum*. Si ergo *quadrifidum* est adiectuum, cur non *bipennis*? Sic & 11. Iliad. galea, quae à tripli ciesta dicta est *τερεβίνθην*, & *τερεβίνθην*, redditur etiam *bipennis*. Et clarè Terentius Varro in Parmenone: *ferreum ferreum humero bipennis securis*, ubi *bipennis* adiectuum est. Id ego præfero subtilitati Hartungi Decur. s.c. Nam ut *bipennis* sit substantium nemo doctus credit. Illud verò Homericum, *τερεβίνθην*, aliam habet considerationem, quam ego alibi.

Arbores fe-
riles.

14. *FRAXINVS.*] Secat Virgilius *fraxinum*, *pinum*, *robur*, *cedrum*, *ornos*, ut intelligas has esse ferales arbores. Eisdem intulit in funere Mileni: tantum pro pinu subtiliter *piceam*, pro robore *lignum*, videlicet cognatas arbores. Eisdem intulit Ennius libro sexto Annal. adempta *cedro*, & addita *queru*. Statius bis excurrit in hanc rem; sed lib. 3, in genete tantum loquitur, nullam nominans arborem, in 6. multas nominat, videlicet quas vidisti, & addit de nouo funestas alias, *fagus*, *cypressum*, *tulsum*, *ibitem*, *alnum*, *elnum*. Sil. lib. decimo aliquas harum nominat, & addit *populam*.

15. *EVERTVNT.*] Excurram hic latiusculè in gratiam illorum, quibus in gulti est poësis. Virgilius tria habet verba ad hanc scissionem, videlicet *sono*, *euero*, *scindo*, propriè omnia. Nam *fraxinus*, ut clamor, *sonat*. Sic Ennius, *fraxinus frangitur*, quo verbo cape fragorem sonantis arboris. *Pinus*, ut alta, *euertitur*. *Robur*, ut durum, *scinditur*. Sed & verbum *suo* ad securis iustum referendum. ut ab Homero Iliad. vige simatertia quercus cadunt, *τερεβίνθην*, edito *magni sono*. Pari proprietate lib. 6. loquitur Virg. ubi *robur* *finduntur*, *ilex* & *fraxinus* *sonantur*, *piccas* *pro- cumbunt*, ut quæ *altae*; & *orni* *advoluntur*, ut quæ *in- genes*. Sed iam ad alios. Pulcherrima est Ennij opera, *cedrum arbusto*, *percellunt quercus*, *ilex percellitur*, *fraxinus frangitur*, *abies confunditur*, *pinus pernuntur*, *demicum*,

omne sonabat

Arbustum fremitu *filiau* *frondosu*.
Hos duos, Virgilium, & Enniūm principē loco ponno. Reliqui non ita accurati, sed obvicio quoquo verbo, & sepe vulgari, & absque studio. Adiungam tamen quæ visa exquisitoria, omisissi alii. Statius libro tertio: *filiau* *ferro retegunt*, *truncant* *apicem an-*
nosum. & libro sexto: *aderat miserabile luce excidiun-*
deinde, *cadit fagus*, *pinu* *scinduntur* *vulnere*, *alnus* & *el-*
nus *accidunt* *cacimina*. Claudianus libro secundo Eutrop. *duris baustris bipennibus* *Hēbreum*. Marius Victor libro secundo in Genesim, ad fabricam arcæ Nōe;

densas prosternere filiau
Incipit am *anno proficisci quiccius*.
Admitit lucis radios, *umbraque lenatur*

Campus, & *aqueo spoliuntur* *robore galles*.

Corippus lib. 4.

Rure sonu *luci*, *campi spoliuntur* *opaci*.
Silum mitto, ut in quo nihil exquisitur. Adiungam aliquid ex Gracis. Hom. 13. Iliad. *στένεται*, & *de rusticis*, *ζετεύει*, & libro undecimo: *παντος δέ θεος*. Nonnus libro vigesimo primo, *δρῦς εἰς τὸν πέτραν*. Calab. lib. 12. vbi secantur arbores ad fabricam equi Troiani, multa usurpat. *Εἴπων δέντε περιθετούσαν* *Εὐ-*
ρών, *κολανταί δένεται*, *ράπεται* *τερεβίνθην*. Et lib. 3. in funere Achillis, *τετέρην* *τύλων*, à quo ego illustro Va-

A lierum lib. 1. qui in fabrica nauis primæ, *Delatum ne-*
mus. Ita enim hic *delatum nemus*, ut Gracis, *τετέρην* *τύλων*.

16. *ACTAS AD SYDERA PINVS.*] In attributis arborum videas Virg. presi loqui, & ad rem. Apud esse debet. Stat. 5. Thebaid. multa est lascinia, adeò nihil presi: ad rem. multa aliena, adeò pauca ad rem. Illam ego Stat. paginam (parcant mihi illius manes) abominor. Cur enim, & ad quam rem, ad narrantas funestas arbores, quæsta illa attributa? De taxo ait, *metuendusque sicco*. De fraxino, *belli petra* crux. De abierte, *metuex*, propter nauigationes. Dealno, *amica freuis*. De ulmo, *metuenda viribus*. Quid ista oportuit, qua longè à re funerea? Satis fuerit carpisse Stat. hinc tu alios. Longè alter Virg. in quo nihil otiosum. Nā fraxinus est *alnus*, & *pinus* *acte ad sydēt*, quia videlicet eo honestius funus, quo grandiores arbores, & maior pyra. Hinc ergo quæsta attributa de magnitudine arborum, & rulte recurreret ad nauigationes, ad bella, ad vites. Sic Hom. Iliad. 2., in funere Patroclis, *τετέρην*, *magnum sepulcrum*, videlicet proper *ταντόν τούτῳ*, *immenum* *μετριαν*, atque præclarè, excisus *δρῦς*; *δι-*
κύπες, *querucus altissimus*. Vide & pyramidem altissimam, quam sibi apud Sen. parat Hercules. Appianus in Hispan. de funere Viciati parat ornatum *τετέρην τούτῳ*, *αν-*
πάς, *altissima pyra*.

17. *OIENTEM CEDRVM.*] Quia quærebantur Odore arbores odoriferæ ad vestrinam pyre abigendam. Et arboresq[ue] rebus rebus, & rebaboris. Quæ modò ratio, cur adhibita cedrus ad scinditum pyram. Poëta, etiā non esset in eo orbe, modò verè cedrum intelligat, modò iuniperum, quam Plinius cedro ait esse finilem: & verè, nam suauitate odoris, foliis, baccis, similis est cedro. Tu lege Pet. Viel. lib. 38. cap. 1.

18. *SCINDERE.*] Mortuorum funera sacra scinduntur; propriè ergo scindere, ut in re sacra. Inter- sum faciles. Aritophan. in Irene, *χίσα νεκρούς ἔνεργον* εἰ τα- λαγή τοῦ θάνατος θυσίας θύειν ζύρα: *vocabū propriè veteres ligna, que seruirent sacris*, *schizas*. Intellige per schizas, ligna fissilia, & τοῦ ζύρου, à scindendo, secando, findendo. Aduocat interpres testimonium Hom. qui, *καὶ οὐτε οὐτε ζύρος οὐ γέρων*: *vix οὐ σενεκ super schizas*.

19. *CEDRVM.*] Nulla arbor in Virgilio est otiosa, ferale multa in Silio, plurimæ in Statio, & aliis. Virgilius *cedrum* euertit propter odorem vestrinæ, ut dicebam iam Roges, cur *robora*? quia haec arbor sacertria vestrinæ omnes, propter tutelam Iouis. De fraxino, & pinu ipse explicat, quia altissima arbores cadenda ad oīnatum pyre. Sed & de pinu est ratio plus alia, quæ duci potest ab Herodot. Musa sexta, ubi habetur, Croesus aliquando inmittit Lampaceenis, excisuram fē illos ut pinuha. Redditur verò dirarunt inmarum ratio hæc. *τοι πτερις μόνος οὐ πέπει πάντας εν κοντά*, *βλαστούς οὐ δέρα μετέλει*, *αλλα τοι παντερός οὐ ξεστάνεται*: *pinum εἰς οmnib[us] arborib[us] solam effo*, quia excisa nullam sobolem remittat, sed pro sua emoriatur.

20. *NEC PLAVSTRIS*, &c.] Locus Homer. vltimi. Imitatio Iliad. vbi bobus & mulis iuncti lugere.

Εὐρυμαρ πίνεται τερεβίνθην
Per nouem dies illi veletabant immensam materiam.
Et Calaber libro duodecimo vbi in fabrica equi lignei,
μόνην τε θυμός εἰσι τέρην
Αἰγανᾶ τε, κρήνην οὐρανού
laborabat in eo opere virtus
Iuuenum, & malorum.

21. *GEMENTIBVS.*] Arripuit Sen. in Hipp. *ferunt* *Genos* *plaustro plaustru*

plaustro preda gementi, & Apollon. lib. 2. *Excid. Hieros*. A *aces rote lignis graui* & *ignato sono siidentibus*, & *propri* *clamoribus pro impensis fibi oneribus*, ibid. de axe, dixit *νατολού*, *clamorem*. Corippus lib. 4.

Robora filiarum tunc plaustre gementia ducunt,
Magnis ponderibus trahit scindente rotarum.
Gaudent, quoque Episcop. Brixiens. *iter solidum pla-*
stis gementibus commodabit. Est hoc, quod Sidonius epist. 10. lib. 2. *siidentum effodunt*, & quod Claud. de mulab. Gallic. *effeda multisonore*.

- * Et iam fama volans tanti prænuntia luces
140 Euandrum, Euandriique domos, & mœnia compleat,
Quæ modò victorem Latio Pallanta ferebat;
b Arcades ad portas ruere, & de more vetusto
Funereas rapuere faces: lucet via longo
Ordine flammam, & latè discriminat agros.
145 c Contrà turba Phrygum veniens plangentia iungit
Agmina, quæ postquam matres succedere teat
Viderunt, mœstam incendunt clamoribus urbem.
d At non Euandrum potis est vis villa tenere,
Sed venit in medios, pheretro Pallante reposito
150 Procubuit super, atque hæret lacrymansque gemensque.
e Et via vix tandem voci laxata dolore est.

B licet filius familias extra vibē decepsit. Cur illi dicant in Cereris, cōsule Gutheriū lib. 1. de Iure Manium c. 8.

c Fiant iam omnia tragica. Vides n. & planctus venientium cum cadavere, & clamores excipientiū. & in hac Tragœdia omnia propriè. Qui veniunt cum cadavere, ut vixi, ut militares, tantum plangunt: semi- na, quæ funus excipiunt, clamores attollunt, & urbem incidunt. Quæ hæc rerum facies?

d Quid si consideres Euandrum? Erat Rex, & senex: sed erat etiam pater. Itaque nec Regia severitas, nec senectus inualida patrem retardant. Ruit in medios omnium, ac statim viso Rege funus, quod procedebat, substatit. Itaque ille procubuit super Pallante, reposito pheretro, id est, substante, neque procedente funete. Ut procubuit, hæsit in vultu nati, ibi lacrymæ, ibi gemitus. Omnia ex magno decoro. Poëta alius hanc noctis occasionē, quid non fureret? Induceret patrem lacerantem comas, turpantē faciem, scandentes genas, exofculantem foramen hiantis vulneris. Non ita hic Yates. Pater erat, & Rex erat: in patre sunt lacrymæ, & gemitus: in Rege maiestas & decorum. Illud de pheretro potest aliter explicari, ut dicat, procubuit super Pallante, qui repositus in pheretro, non pugno.

e Egregius versus, & nescio an satis expensis. Sollet dolor vocē intercludere, sed ita etiam esse magnus potest, ut cogat ad loquendū, & vocē laxet. Extremi hoc Poëta volunt. Atq[ue] ita indicatur fuisse dolor admodū viuidus. Ita solet ira vocē impedire, acris tamē & summa illā aperit. Et hoc aliquando visum in homine muto, cui nunquam antea locuto ira subita & vehemens voce dedit, atq[ue] aperuit organa.

1. ET IAM FAMA VOLANS, &c.] Est hoc illud lib. 9. Famæ velocias.
Inerea

*Interea pauidam volitans pennata per urbem
Nuntia fama ruie.*

Claud. 2. Eutrop.

Iam usq[ue] pallantem densis terroribus aulam

Fama quatit.

Val. 2. Arg. de eadem, motis quatit oppida lingua. Attm.
lib. 15. *Erratica quedam antequilans prodiuerat fama. Adi-
qua iam 4. Aeneid.*

2. PRÆVENTIA.] Nonnus lib. 4. dixit, *προέγ-
νασθε.*

Romanæ hi-
storia repre-
sentata.

Exequæ
publicæ.

Faces in fu-
neribus.

Cerei,

Candelæ.

Acerba fu-
nera cum fa-
cibus.

Funus vnde.

Funera olim à prisco ævo, in quo funera semper elata noctu, in-

noctu elata, de & mos permanxit, etiam si interdiu elata cadaue-
ra. Coniunxerunt viri docti aliquos scriptores, qui
simil locuti de facibus nuptialibus & funereis lun-
ctim, ludentes ex vtræque face. Quibus indicò locu
illis illibatum Tatij Alexand. apud quem pater Char-
ielis ex eadem re affectus mouet, cum videt Char-
ielum coram se mortuum,

3. PLANGENTIA INGIT, &c. Ab toto hoc loco
Stat. 5. Theb.

laceras comitata Thoantia

Adiunctis exequiæ, contrâ subit obvia mater

Feminae cœtus, plangentiâque agmina ducens.

Nec longè ab Val. 3. Arg.

Parte alia Clite laceras super ore mariti

Fusa comas, misera in planctu vögat agmina matrum.

Neque Hom. locus vlt. Iliad.

— sibi r[ati]o civi mōrē d[omi]ni d[omi]ni

Ovidi juv. n[atu]ræ p[ro]p[ri]etate d[omi]ni r[ati]o:

Emitatio.

A — neque quib[us] ibi in urbe relictus est v[er]o;
Neque feminæ omnes enim innatis dolor ineluctabilis.
Iustinus lib. 19. dixit, *plangentia agmina iunguntur.* Rationem huius habes in Sen. epist. 99. vbi ait, *Sine spe-
Etatore crissat dolor, & præmisit, clarus, cùm audiuntur ge-
num. Quia scilicet dolor ex se ostentabundus est.*

6. INCENDVNT CLAMORIBVS VRBEM.] Ad Incendio
cum modum, quo, *Mariemque accendere canit, id est, clamor*
excitare. Sic *incendium, id est, turbant urbem clamoribus.* Nam illud *incendium, id est, complent, dicitur*
Molis inuitis. Sed iam ego aliás.

7. POTIS EST.] Id est, potest, ut etiam Lucr. lib. 5.
*Quis potis est dignum palanti pectori carmen
Condere, pro rerum maiestatisque reportis?*

Maro alibi, *potis est per tuta per hostes.*

8. PHERETRO.] Multi ita indigent. Tacitus 2. Phœnix
Annal. torum. Hom. *λεπέ ατχος.* A Gracis Latini. Nam Torus.
Suetonius in Iulium cap. 84. *leptum* vocat. Martialis Leptum
nominat *sindapilam.* Plautus *capulam.* Horatius *lithy.* Sandys
tinam. Martialis iterum *Orcinianam fonsam, & lectum Spongia.*
Stygium. Lucanus, & Horatius *arcam.* Alij arceram. Di-
ci, c[on]tra etiam *lepticum, & lepticum iam Lipsius obserua-
uit lib. 1. Elec. &c. 19. Dionys. & Plut. in vita Gracchi.*
καλλιεν. Vide, quā multis nominibus efferratur res
res illa, qua tu efferrandus es ad tumulum. Inter tot
autem propria admodū vox est *pheretrum*: nam
& Gracis *επίπω,* & Latinis *effero* de hac re. Antiphon,
*τὸν ἡρόπολιν έπέβησε τελεῖον: τερτια autem die, quis
clausus est puer.*

9. REPOSTO.] Sic 6. *tellure reposos.* & in re mor-
tuorum Prop. Eleg. 17. lib. 1. *fata reponere.*

10. PROCVBYT SVPER, &c.] Hoc affectu Val. lib. 3.
Tum super exangues conseria cadis acernos
Præcipiti plangore ruunt.

C Lineæ Virginalæ videunt ducata à Cal. lib. 3. *Initio.*
Μάνη δι μαρφαρελέγε κύρια πιπελέων Θ
Παιδες δέ, καὶ τοι ἐν Θ φέρε δεκρυχεῖται:
Mater autem in amplexum fusæ osculata est os Pelida
Filijs sui. & hanc lacrymans querimoniā protulit.

D Pari affectu apud Plut. in vita Agidis, Agistrata mater illius videns filium mortuum *τῷ υἱῷ προσεπειθεῖται,*
καὶ φιλέται τὸ πρόσωπον, in filium ruit, & faciem eius
exoscularia est. Ita & pater Glaucæ apud Euripid. in
Med. *προσεπιλεῖται, irruit in cadaver mortuus filia.* &
Sigismundus apud Greg. Turon. c. 5. lib. 13. *pater super*
cadaver exanimi ruitus flere coepit amarissime.

11. ATQVE HÆRET.] Ita Mezentius libro de-
cimo: *corpo[rum] inheret, defuncti filij.* Vterque locus
notat amplexus, & oscula, ut Calaber in adducto
loco, *κύρια* & Thisbe apud Ouidium lib. quarto
Metamorph. *amplexaque corpus amanis, id est, mor-
tui Pyrami.* Val. 3. Arg. *ariu[us] fatur cōplexus amicos.* Anna
4. Aeneid. *semianimum germanam amplexa fonebat.* Sen.
epist. 99. *Cum teneremus corpus è complexu nostro in ignem*
*transfurrum. Est hoc, quod idem ad Helu. capite secundo: In manibus & in oculis tuis mortuum funera-
ras.* Hos mortuorum amplexus vocat Plutarc. in vita
Catonis Uticensi. *κατεπλεύσεις rupi.* & in vita Cleom.
πεπλεύσεις τὸν rupi.

E 12. LACRYMANVS GEMENS QVE.] In re simili
Europid. Suppl. *λεπα δάκρυοι τέχναι, & 2. Iliad. adu-
p[ro]p[ri]etatem.* *καὶ ἀχένων, flens & dolens,* & de Pericle ad
amissum filium Plut. quem ante se mortuum habe-
bat, *τελεῖον τὸ πάθεια πρόσωπον δέψει,* *τελεῖον τὸ πάθεια πρόσωπον δέψει:* ita oppressus dolore est ad illud
spectaculum, ut erumperet in cingulatum, & magnam vim pro-
fundere lacrymarū. Ego h[oc] iudicū Virg. confidero, qui Virgilii
de sene, tantum lacrymans. Caruit eo Euripides in dicim.
Hercul. vbi *γεγαστας δακρυων πνευμα, seniles oculorum fontes.*

Non

Non enim extreme & sicce iam senectuti conuenient fontes lacrymarum, satis sunt lacrymæ. De Megera quoque anu iam grandi, *αὐθόπον δέρπου, vberes lacrymas.*

13. ET VIA VIX TANDEM, &c.] Ita in magno dolore Stat. 11. Theb.

*Nec vox illa seni, jacit, immixtusque cruentis
Vulneribus, nec verba diu rotunda sequuntur.*

— tandem laxata dolore.

Vox immiti iter, gemitisque in verbis soluti.

Et lib. 11. in re planè simili,

Tandem muta stolidus genitor suspiria soluit.

Ouid. 9. Metamorph.

Linguaeque vix tales iacto dedit aëre voces.

Andromacha lib. 3. *longo vix tandem tempore fatur.*

a Non haec, ô Palla, dederas promissa parenti,
Cautius ut saeo velles te credere Marti.

b Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine posset.

c Primitiae iuuenis misera, bellique propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita Deorum

Vota precæque meæ. d tūque ô sanctissima coniux
Felix morte tua, neque in hunc seruata dolorem.

e Contrà ego viuendo vici mea vota, superstes
Restarem ut genitor: Troium socia arma fecutum

Obruerent Rutuli telis, animam ipse dedissem:
Atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret.

f Nec vos arguerim Teucri, nec fædera, nec quas

Iunxi mus hospitio dextras: fors ista fæcta

Debita erat nostræ. quod si immatura manebat

Mors natum, cæsis Volscorum millibus antè

Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit.

g Quinego non alio digner te funere Palla,

Quam pius Aeneas, & quam magni Phryges, & quam

Tyrrenique duces, Tyrrenum exercitus omnis.

Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera letho.

h Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,

Esset par atas, & idem si robur ab annis,

Turne, sed infelix Teucros quid demoror armis?

i Quod vitam moror inuisam, Pallante perempto,

Dextera causa tua est, Turnum natoque patrique

Quam debere vides, meritis vacat hic tibi solus,

Fortunæq[ue] locus, non vita gaudia quero,

Nec fas: sed gnato manes perferre sub imos.

B
ARGUMENTVM.

EXPLICATIO.

Oratio Euandri plena magnis affectibus, in qua inest
Pallantis gloria, sui miseria, crepta conjugis felicitas, Trojanorum laus, Aenee magnificentia, Turni detestatio, cupiditas vindictæ.

Corda in Aeneid. tom. 2.

a RIMA hæc dicta *νατα τὸ πιπελέων Θ*. Nullibi
enim legitur id Pallas promissæ patri. Sed credibile ad fenis cœsilias, vt cautele se gereret, neq[ue] audax
in bello esset, iuuenem respondile cum blandiuero
aliquo

Præclarè hi duo, nam ex præscripto Virgilij, non Ates Odyss. vlt. ait se imperfectum procos, si talis esset, qualis olim in florente ætate. & Nestor 7. Iliad.

Où τις αγρίν εστί, θεόν νύματον επιστέψει:

Non tu mihi culpanda es, dixi mihi sum culpandi.

Homeri vi-
Non enim ita palam in Deos. Itaque caute Virgil.
fors isti, seneke, &c. Similis est incogitania lib. 19.
Iliad. vbi Agamemnon ait se non fuisse culpe sue
quæstorem, sed Iouem. Verba, quæ noto, sunt hæc,
ἔποδεν αἵτιος εἴμαι, καὶ λαζάρες.

11. NEC FOEDERA, NEC QUÆ, &c.] Re-
spicit illa, quæ suprà Æneas, Hæc mea magna si-
des?

12. CÆSIS VOLSCORVM, &c.] Tale & illud præ-
conium Hectoris vlt. Iliad.

— πολέμου μάλα τολλοί Δαχαῖον

Εὐεργετοὶ εὐ παλαιόντων διάξεις εἰσερχομένοις:

— quando multi admodum Grecorum

Heckwris in manibus magnum solum dentibus moror-
derant.

13. IVVABIT.] In hoc verbo inest voluptas. Ex-
pende ergo. Iunat me & recreat in summo moro-
re recordatio celorum à te. Quasi vnicum sit sola-
tum vindicta sumpta de hostibus. Ad rem hanc Li-
uius lib. 25. Qui eam victimam præse ad inferos missit,
eum decus exanimis, ergaziamque solitum sua morti in-
venienturum. Plinius etiam solitum dixit de re eadem
epist. 14. lib. 3. Non sine vltione solutio decepit. Cassiod.
Gaudium cap. 1. lib. 7. Cofsi de operis vltione gaudem.
Hæc profecto mens est Virg. vel ex sequentibus, vbi
Euander hoc vnum gaudium quartit, interfici scilicet
Turnum ab Ænea in vltionem interfecit filij. Vel
torque alio sententiam, dicente Quinil. Declam.
377. Auidæ est gloria paterna pietas. Itaque, gloria cas-
rum minuit dolorem patris, inde in summo dolore
est iuueniæ & voluptas.

Date letho. 14. QVOS DAT TVA DEXTERA LETHO.] Ita
lib. 12.

Multa virium volvans dat forta corpora letho.

Et in 5. Millia multa daret letho. Quæ locutio sum-
pta ab Ennio, Pacuvio, Varrone, vt iam indicauit
Hieronym. Columna. Primus in Telepho, letho da-
ti. Alter in Dulereste, letho dabis. Tertius lib. 6. Ling.
Lat. Ollus letho datus est. Hæc, etiam si minutula, non
negligenda.

15. ESSET PAR ETAS, &c.] Possis referre ad
yrrumque, Pallantem scilicet, & Euandrum: sed
æquius ad Euandrum, vel ex similitudine locorum
Homeri, apud quem fenes ita solent, vt cùm Laer-

Aurora interea misericordibus altnam
Extulerat lucem, referens opera atque labores:

b Iam pater Æneas, iam curuo in littore Tarchon

Constituere pyras: hic corpora quisque suorum

More tulere patrum, subiectisque ignibus atris

Conditur in tenebris altum caligine cælum.

c Ter circum accensos cineti fulgentibus armis

Decurrere rogos, ter moestum funeris ignem

Lustrauere in equis, vulnatisque ore dedere.

Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma.

It cœlo clamóisque virūm, clangóisque tubarum.

d Hinc alij spolia occisis direpta Latinis

Coniiciunt igni, galeas, ensesque decoros,

Frænaque, feruentisque rotas: pars munera nota,

Ipsorum clypeos, & non felicia tela:

Multa boum circa maestantur corpora mortis
Setigerosque sues, raptasque ex omnibus agris
Inflammam iugulant pecudes. tum littore toto
Ardentes spectant socios, semustaque seruant
Busta, nec auelli possunt: nox humida donec
Intuetit cœlum stellis fulgentibus aptum.

ARGUMENTVM.

Troiani suos sepelunt, consumitur dies integer in pa-
rentando, attinguntur varijs mores, qui seruati in re fu-
nerea.

EXPLICATIO.

a Redit ad institutum, debes enim hæc annecte-
re cum versu illo,

Nec plausis cessum vestare gemenibus ornos.

Nam quæ pertinent ad luctum Euandri subiecta
sunt velut per parenthesin. Scias etiam in hoc li-
bro dies quinque impendi. In primo excitatur tro-
phæum Mezentij, lugetur Pallas, ornatur cius phe-
retum, mittitur ad patrem: in altero fiunt exequæ
illorum, qui interfeciti narrantur libro 10. tam ex
Troianis, quam ex Latinis: post dies tres fit osse-
gium cremitorum cadauerum, & in extremo ho-
rum trium fit concilium in ædibus Latini, & peragi-
tur bellum. Sed iam ad rem. Describit Aurora ad-
uentum, quæ lucem attulit mortalibus, signat, &
contra Homerum, vt dicam in Notis, & misericis,
quia referens opera, atque labores. Annon hæc magna
miseria?

b Æneas suos curat Troianos, Tarchon suos He-
truscos; & relinquit intelligendum, κατὰ σωτηρίου
Arcadas curatos mistim ab Ænea, & Tarchonte,
quippe mortuo Pallante. Atque adeò in Poëta
animi (mihis hoc non dubium) fuit ingens παθός;
cum nominauit Ænean, & Tarchontem, dolorque
exstitit ex suppresso Pallante. Ergo uterque dux py-
ras exstruit, & suos tumular, Æneas Troiano titu-
Tarchon Heurusco, ignis subiicitur pyris, isq; adeò
magnus ex ingenti materia, vt cœlum etiam latere
fumo videretur.

c Hinc iam varijs ritus seruati in funeribus. Arma-
ti decurrunt circum rogos, lustrantque obequitan-
tes, idque cum magno vulatu. Ait cineti, quia ex-
pediti & militari more. Accipe verò hos versus, vt D
illud, pater libamus, & auro, id est, aureis paternis. Ita-
que, quamvis duplex sit oratio, vna est sententia:
quasi dicat. Ter rogos decurrere, lustrantes ter-
ignem, &c. Sequitur ritus alijs, nam lacrymis spar-
sum solum, sparsa arma: deinde auditus clamor
omnium vociferantium, & tubarum sonitus clan-
gentium.

d Vistatum quoque, vt cum defunctis vna arma
concrementur, & hostium, & propria. Ergo dan-
tur ignigaleæ, enses, fræna, rota, omnia hæc dire-
pta hostibus: deinde clypei proprij, inde notum mune-
ra, & tela, quæ vocat parum felicia, vt quæ suos do-
minos non defendenter.

Corda in Æneid. tom. 2.

A Denique fusus sanguis ferarum, nam hoc quo-
que è ritu funerum. Itaque boues maestantur in ho-
norem Mortis, sues, & pecudes aliae, sanguisque in
flamas funditur. Quibus peractis ibi lacrymabun-
di permanent donec omnia ignis absumpit, & nox
aduenit.

NOTÆ.

1. MISERICORDIBVS.] Respondet T. Ho-
mericus Æneid. lib. 5. dixit, tales

miseris mortalibus, & Calib. 6. in exortu quoque Au-
rora, βροτοῖς οὐδὲν οὐδὲν, mortales facile pereant. Et

Poëta quidem tantum mortalibus, taxans, credo, Ho-
merum, qui 19. Iliad. ait, Autrorum lucem attulisse, Homer vi-
non solum βροτοῖς, sed etiam θεοῖς. & adhuc tium.
Iliad. 1. non solum θεοῖς θεοῖς, sed etiam θεοῖς.
Atqui Dij in perpetua luce, vt qui in cœlo, vbi nul-
la tenebra, lux ergo tantum est donū mortalium.
Porro cùm Deos istos putidos veterum in cœlo con-
stituo, loquor Gentiles interpretans.

2. EXTULERAT LVCEN.] Laudo Scruij No-
tum. Praeclarè etenim extulerat Aurora lucem, quia cœm.
in sermone funebri, & effero, verbum est mortuo-
rum. Itaque cognata sunt hæc. Italib. 4. abeun-
te Ænea, & Didonem reliquente, ait,

Tithoni crocem linguis Aurora cubile.

C Necias enim qua ratione ista cognatio laudanda
sit. Linqui Aurora cubile Tithoni, cùm Æneas
linquit Didonem: effert Aurora lucem, cùm effe-
rendi mortui. Nunc displicebit tibi Calab. libro 6.
vbi in exortu diei, cùm premiserit, παθός γε τοι γε
ασθητος, rifi tellus, & ater, mox subiicit de hominibus,
τετραγενεῖς, veniebant ad labores, quia addit φύ-
sis, vt qui perituri. Longè ista ab rifi Aurora.
Et quamvis aliquis possit Calabrum laudare ex op-
positione: sed non dubium quin maior sit concin-
nitas Virgiliana. Nonnum laudo, à quo lib. 27. Au-
rora dicitur μετεποτε, parturientes bellis: nam eo lo-
ci bella canit Grecus.

3. REFERENS OPPRA, ATQUE LABORES.] Nox ad la-
borum re-
Nam videlicet, vt nox inducit *μετεποτε λύσιν παθό-*
μετεποτε, verba sunt Calab. libro 10. forens ho-
minibus solutionem laboris: ita è contario Aurora di-
citur φέρειν. Et melius quidem referens, quia ite-
ratō sepe, quam simplex φέρει Homericum Iliad.
decimanona. Itaque ex ductu Virgilij Manilius
lib. 1.

Itlic orta dies sifitas excitat verbes,
Et cum luce refert operum audinonia terris.

4. CVRVO IN LITTOR E.] Attis Phœ-
nix. Ac ubi curvo littore latratu vnde sub vndis labunda tus.
sonit. Minutius, Orum curru molliter littoris legebamus.
Lucet. lib. 2.

B Bb 3 Littoris

funeribus virorum, ut necessariò debeamus cedere. A βαλε: *Cum diem obiisset Hephaestion, Alexander arma in pyram iniecit.* Additque etiam iniectum igni aurum, argenteum, & magni pretij vestem. Ab Plut.in Pelopid. numerantur & ἐργάται, καὶ ταναπλαταγονοι: *hōjūn trophae, & aureas omnis generis armature.* De his armis accipiendo versus versus Soph. in Antig.vbi decernat Creon, non speliendum solùm Eteoclem, sed cum illo pariter omnia obruenda,

Α τοῖς αέρσοις ἔρχεται πάτω νυμός:

Οὐε adduntur mortuis primatibus.

Nenia, defunctorum. Eurip.in Helen. ait comburenda ad sepulcrum Melnelai χαλκηναδ' ὄτα, arna ena. & addit rationem, οὐε ἢν φίλας δοει, ut qui effet armorum amans. Quin ad maiorem funeris ambitionem congerebant etiā, que non essent defunctorum, sed aut cognatorum, aut amicorum. In Iulij funere apud Sueton.c.84. tibicines, atque artifices scenici, qui aderant, ὑπενθύμητα sibi, utque discessim inieciere flamma. Addit, & veteriorum militum legionary arma sua, quibus excutis, funis celebrabant. Hac magnificentia vsus Priamus apud Galab. lib.1. qui pyramid Penthesilea imposuit πολλοῖς σὺν κτενεσι, multis cum opibus. Paria fermè idem Græcus lib.1. in funere Achillis, numerans φαρε, λεγονδι, ἀλεπον, vestes, aurum, electrum. & Philostratus de eodem Achille. Antoninus Caracall. apud Herodian.lib.4. cum peruenisset ad tumulum Alexandri, obtulit χαλκηναδ' αλεπροῦ, chlamydem purpuream, quam ipse gestabat, atque citam διευρήκε λιβανιών, ζωσφρας τε, καὶ εἰ τι πολυτελεῖ εἰσφέρε: amulos, in quibus erant gemmae pretiosae, ζόνα, & quicquid magni sumpus gestabat. Parco huic rei. Et adiicio etiā, multa congeri solita, non quidem cremanda, sed asseruanda vñ cum cadavere, siue arma, siue pretiosa alia. **Afferranda multa cum**

Curtius lib.10. scribit, in sepulcro Cyri iussu Alexandri aperto, inuentum clypeum eius purum, arcus duos Scythicos, & acinacem. Mos idem constat ex Iosepho, & Cedreno, qui dicunt, Salomonem in sepulcro patris magnum auri pondus defodisse, atque ex Quintil. Declam.369. vbi habetur actio violati sepulcri, nam quidam armæ de sepulcro viri fortis abstulit. Parco etiam & huic eruditioni.

Spoliis contra caderucremantur. 14. **HINC ALII SPOLIA, &c.**] Frequentissimum hoc in funeribus. Apud Liu. lib.8. T. Manlij adolescentis corpus crematur *spolia connectum*. Ibidem ait: *Magister equum ut ex tanta cade multis potius spoliis, congesti in ingentem aceruum hostilia arma, subditio igne concremarunt.* Et lib.45. loquens d'c Paulo Confule: *Cetera omnis generis arma cumulata in ingentem aceruum precatus Martem, Mineruam, Lunamq; matrem, & ceteros Deos, quibus spolia hostium dicare ius fuit, est, ipse Imperator, face subdita, succendit.* Quo loci Turn. legit Luam, non Lunam, & approbat Germanus. Nam haec Dea aluendo, & expiando dicta. Redeo. Calab.lib.3. in funere Achillis,

Αὐτοὶ τέχνες πολλα τονεὶ τεκνίσασθαι

Αἴνον κατεψευσται:

Circum autem plurima arma rogo accumulant
Insestorum inuenian.

Feruot, de rotis. 15. **FERVENTESQUE ROTAS.**] Ita 3. Georg. fernidus axis. Horat. fernidus rotis. Martial. Amph. fernentes currus. Ouid. 2. Art. rotis feruens. Hieronym. in vita Hilitationis: *sub horum currus rotis feruent.*

Cremabantur cū mortuis, que ipsi erant charissima. 16. **PARS MUNERA NORI, IPSORVM CLYPEOS, &c.**] Hoc quoque è more, ut quæ ipsi erant chariflma, eodem rogo cremarentur, arma, vestes, thelae. **Et Hom. Odyss. 12. de funere Elpenoris,**

Ἄντροι τερπεῖς τερπεῖς, ηγεῖται τερπεῖς.

Vides vt combustus, & defunctus, & defuncti arma.

Stat. 6. Theb.

Distantur flamme, non unquam opulentior illo

Anè cenis, crepitanti flamme, atque immane liqueficit

Argentum, & pictis exsudat vestibus aurum.

Et lib.5.

Molior igne pyram, scipitum super, armasq; patris

In inicio, & notas Regum gestamina vestes.

**Arma cre-
mabantur cum defun-
cto.** Tacit. de Morib. Germ. in re funeris, sua cuiq; arma igni adiiciuntur. Alian. c.8.lib.7. Var. Hist. 3. Ηφα-
στος πολλα ποστατα μετροι εἰς τὴν πυραν

culta, vt Dea. Illi Lacedæmonij tempora dedicarunt, auctore Plut. in Cleomone, θανάτης ιερά, aut ille. Tu vide Titium lib.4. Locor. c.20. vbi ex Aeliano, citante Eustathio, καὶ θανάτης ἀλλα, id est, ιερός & Mortis templum aliud. Vide & Lilium 1. Synt. & Alex. Neapol. Pausanias etiam lib. 3. Mortis simulaci meminit. Hæc quamvis vera sint, sed non dubium, quin simpliciter capi queat Poëta, ut mactari morti, nihil sit aliud, quam mactariac tunc erit morti, pro morte, nam Latinum casum veteres ita desincent, quod iam à me saepe obseruatum.

20. **SET GEROSQUE SVES.**] Ab Lucret. qui lib. 5. setigeris siibus.

21. **NE QVF AVELLI POSSVNT.**] Hoc studium in defunctorum illustravit Ioann. Passerat. Lucret. lib.3.

At nos horrisco cinis factum te prop̄ busto
Inflati abiliter deflebimus, sternimus.

Ouid. in Epiced. Tibull.

Cumq; tuis sua iuxerunt Nemesis, Pudorque
Oscula, nec solos destituerere regos.

Hæc parum constantem fidem Cynthia in colendo sepulcro suo timebat Propert. Eleg. 19. lib.1.

Quam vereor, ne te, contemptu, Cynthia, busto,
Abstrahat è nostro pudore iniquus amor.

22. **NOX HVMDA DONEC.**] Incepit hic tractus ab Aurora oriente, vt vidisti, definitique in diē desinentem, vt hinc facile morem possim colligere; vi-

23. **STELLIS FVLGENTIBVS APTVM.**] Seruius ex- Apum fel-
plicat, coniunctum, δὲ τὸ ἀστροστοι. Quod verbum ita
ego iam accepi. Eneid. ad illud,

Muneris, in nubes temnos aptare iuuenos.

Vide etiam, quæ dedi lib.4. ad illud,

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

* Nec minùs & miseri diuersa in parte Latini
Innumeras struxere pyras, & corpora partim

205 Multa virūm terræ infodiunt, aucta que partim
Finitimos tollunt in agros, vrbique remittunt.

^b Cetera, confusaq; ingentem cædis aceruum,
Nec numero, nec honore cremant. tunc vndique vasti
Certatim crebris colludent ignibus agri.

210 ^c Tertia lux gelidam cælo dimouerat umbram,
Moerentes altum cinerem, & confusa ruebant
Offa focus, tepidoque onerabant aggere terræ:

C Nam postea vnicus tantum & magnus rogos aceruum reliquum absumpit. Itaque, multi illi capiendi εξη-
perat, vi qui præcipuo essent honore.

^b Ceteri omnes conferti in aceruum vnum, erat enim ingens & confusa cædes, concremantur, nullo nec numero, nec honore. Quod sequitur de ignibus certatim colludentibus, est tanquam epiphonema totius sermonis. Nam & innumeræ illæ pyra, & ro-
gos ille, qui seruit vniuersæ turbæ, exstrebantur à singulis, quanto poterant apparatu maiore.

^c Post tertium diem celebratum ossilegium à moarentibus; eruta enim ossa ex cinere, vt terræ mandarentur, in quam infodiebantur aggestam & oneratam. Hypallagen agnoscit Seruius, vt sit tepido aggere, pro, tepida ossa. Ait altum cinerem, id est, co-
piosum, vt ex multis cadaveribus.

ARGUMENTVM.

Latinorum exequie, ubi major cedes, distributio cædi-
rum, ossilegium.

EXPLICATIO.

^a FVERAT maior cædes in castris Latinorum, in-
de & exequiæ operosiores, hinc innumeras struxere pyras. & verè miseri, vt qui pleni tot funeribus. Distribuit verò Poëta cadauera hunc in modum. Multa ibi infossa, multa missa in agros finiti-
mos; hoc enim commodè potuit fieri, nam qui è longinquò venerant, remitti facile in patriam non posserunt: demum alia remissa in vrbem sunt. Ro-
ges. Hinc cremati, an integro cadauere sepulti; certè
cremati si attendas; nam innumeræ sunt pyra, quia
multi infossi. Infodi enim etiam dicebantur ossa &
cineres. Etenim innumeræ illæ pyra, quæ struc-
tæ nulli essent vñi, nisi ad multos illos, qui infossi-

NOTÆ.

1. **NEC MINVS INTEREA DIVERSA IN PARTE, Imitatio.**
&c.] Cognatum illud Cal.lib.1.

Ἀργεῖοι δὲ τετραῦς δέλτα τονεὶ πολλὰ κέραντα

προσειν.

Lotis manib[us], loco latidato, vbi vult legi ossa lotis manibus.
Perfusæ p[ro]pias am[er]i liquore manus.
Lacrymæ ossa perfunduntur, sit quintus, lacrymis perfundi solita ossa & cineres in ipsa lectione; quod non tantum capiendum ex pietate, sed ex vero more. Ouid. in epist. Sapph[us].
Sex mibi natales terant, cum letta parentis.
Ane diem, lacrymas ossa bibre meas.
Horat. Od. 6. lib. 2.
Ille te mecum locus, & beato
Postulamus arces: ibi tu calorem
Debita fanges lacrymae suillam
Vatis amici.
Orestes apud Eurip. in Elect.
— morte τάφον μολῶν πατέρες
Δάκρυν τὸν ἄδειαν.
Fouebantur finu. Quæ de ossilegio capi, nihil vetat. Sextus. Ossa inter legendum finu fouebantur nota amoris. Attigit Tibull. Eleg. 3. lib. 1.
Abstineat mors atra precor, non hic mibi mater,
Quæ legat in mortis ossa perusta sinus.
Sen. cap. 2. consol. ad Helviam: Modo in cunctem finum, ex quo tres nepotes emisérus ossa trium neptorum recipisti. Et Seneca pater controu. 2.2. Vnde tam graves paterni finus? nunquid ossa reportari? Mulier quedam, quæ Phocionis ossa colligit (ait Plut. in eius vita) εὐθεῶν τὸ πόλεμον ταῦτα. Septimum aperit Tibullus, cùm ait:
Poffat carboſis humorem tollere venis.
At videlicet, solita ossa attollunt in alium, ut siccaretur humor conceptus ex vino, lacte, lacrymis. Praeclarè ergo Scriptor Genial. lib. 3. c. 7. de hac re loquens: ossa bimte ventilare. Quem mo rem non vidit Tiraquell. nam ibi sancte deicerat, mendum esse, & pro venire, legendum esse velare. Falsus est, quod iam contra illum vidit Kirchman. Vocab verò Tibullus (hoc vt obiter scias) vestes tenues ventos, ut Petron. inducere ventum textilem. & statim, linea nebula. Sequuntur iam mores post ossilegium. In vnam primū condicuntur, ac tum componi ossa dicebantur. Omittit, quia iam Kirchm. Deinde coniectis ossibus vnguentata admiscebantur, & odores. Hoc satis docet Calab. lib. 3. loquens de Achillis funerazione, nam post collecta, & conclusa ossa ita sublicit.
Καὶ τὰ μέτα αὐτοῦ τὰ ἀλεπατιαὶ πάγκυ σύρρα.
Καὶ οὐ ποτὲ θύεται Αχιλλαῖα καταψήσα.
Εἰ δέ βασις δίπον θέσει, οὐ θρόνος τρέψει.
Σὺν μάτη λιπό.
Atque hec Ambrosii intus delibera, & vnguentorediderunt.
Nerei filie, Achillem magno honore afficiens,
Boümque arisitans indiderunt, permixta condicines
Cum dulci melle.
Et lib. 1. vbi sermo est de exequiis Penthesileæ,
Οὐσια δὲ ἀλεπατιαὶ, οὐδὲν ἀτέχειαν ἀλεπατια.
Ηδὲ τὴν χηλὴν θέσει, αὐτῷ δὲ τὸν αὐτοῖς
Πλέον δὲ μέρον ἔβαλλον βοῦς.
Letis ossibus admicubre affiatum vnguentum
Suave, posuerunt, in casam vnam. in super etiam ipsi
Pingnem bouis adipem adieceré.
Homer. Iliad. 23. de ossilegio Patrocli etiam adhibet iniechum adipem, & hunc duplice, διπλανα δημον. His adiungatur Tibull. Eleg. 2. lib. 3. vbi de ossibus iam conditis ita præcipit,
Ιλλο, quas mitis dines l'anchaïca merces,
Eoij Arabes, dines & Affria.
Tertio, lacrymae amicorum in ipsam vnam denuo adiiciebantur, Nam eodem loco Tibull.
Et nostri memores lacrymae fundantur eodem.

ASic ego componi versus in ossa velim.
Ita possis accipere Poëtas, quoties illis est sermo de cinere fletu, de ossibus fletis. De phiala lacrymarum lego Gutherium. Quartò, conditis ossibus regebatur vna. Hom. Iliad. 24. postquam Hectoris ossa in virnam condita citha dixit, statim subiicit.

Πορφυρες φέλαινοι παλινφέρεται μαλακώσσον:

Rupureis mollibus peplos tegentes.
Et Iliad. 23. de Patrocli, εἰσὶ λαγῆ παλινφέρεται μαλακώσσον:

Ossig[li]a lepta cada texit Corinthus abeno.

Vbi non dicit, texit abeno, sed lepta abeno mox texit. Adeò hoc solemne, ut Cedrenus in funeratione Heraclij Imperat. non factum aliquandiu notet.

ἔπειν τὸ σώμα) ἀνετεί ίμετες εἰς. Quinto, vna corobatur. Plutar. in vita Demetrij ait, ciuitates, ad quas

Coronabatur. appellebat desuneti Demetrij corpus ingessisse coronas illius vna. Verba eius. εἰς τὸν ἀνθρακαὶ τοιαύτου φέρεται τὸ ιδεῖσι. Et de vna, in qua cerebatur ossa Philopomenis ait, έπειν τὸν αλιθοὺς τραύματα, & στρέψαντο μόλις ἴρωμαν: pra multiudine vnitatum, & coronarum cerni vix posse. Hoc Propert. fieri voluit sue vnae, & lauro, quippe P. Oœta,

Et si in exiguo lauris superaddita busto.

vbi buſtum exiguum est vna. Neque, quæ sequuntur, pugnant, si examinentur. Sexto, studium erat amicorum vnam manibus contingere pre pietate in defunctum. Hoc certè factum in funeratione Philopomenis Plutar. narrat, cuius vnam amici obuij

Contingebatur ab amicis. His factis, vna nouum nomen comparabatur: non enim tum solūm dicebatur vna, sed etiam ossuarium, aut cinerarium, quod iam ex Sancto Hieronimo, & aliis astruxit Kirchmannus. Omittit, & addo nouum quoque nomen parari ossibus. Propert.

ēp[er]tū τὸ πόλεμον ταῦτα. Septimum aperit Tibullus, cùm ait:
Accipiat manes paruula testa mōs.
Id est, ossa, quæ tamen manes nominant. Quia videlicet Manes, & manes credebantur comitari ossa. Ita Sen. epist. 86.

In ipsa Scipionis Africana villa iacent hec tibi scribo, adoratis manibus eius, ut arca, quam sepulrorum esse tanus vni[us]i[us]i suspicor. Propert. laudato loco reliquias suas, & ossa dicit funus, in quem locum vide Passeratum. Dē-

Funus, ossibus.
Fragiles humanae rerum.

mum Poëta post ossa lecta, & condita erumpabant exemplando, humanarum rerum fragilitate commoti. Praclarus est Ouid. locus in Metamorph.

Iam timor ille Phrygum, decus, & tuula Pelagi.

Nominis Eacides, caput infusibile bello

Arserat; armata Deus idem, idemq[ue] crenatas:

Iam cenis est, & de tam magno restat Achille

Nescio quid, pariam quid non bene compleat vnam.

Hinc fortasse Propert. Eleg. 9. lib. 2. loquens de Bri-

feide,

& tanti corpus Achillis,

Maximæ in parua sustulit ossa manu.

Abfolni, qui promitti: & do morem alium de tem-

po, videlicet fieri solitum ossilegium nocti: quod fiebat

fatis docet Eurip. in Orest. vbi ait,

Nοτὸς φολασσον δεῖτον ἀνεψον:

Obseruant no[n]tū lectionem ossium.

Et indicat Virg. superiore tractu, vbi ait,

— semijug[li]a, seruant

Busta, nec anelli possunt, nos humida donec

Inuenit cælum bellis fulgentibus aptum.

Vides, vt quieti ad sepulcta essent usque ad noctem:

ossilegium ergo post aduentum noctis.

12. ONERABANT AGGERE.] E more hoc quo-

que. Martial. lib. 8. aggera contumulauit humum. Tacit. in

re simili 2. Ann. fructuif, aggerem. Cal. lib. 10. Cyprian

xeris adūtūs ēdāvō: imperfictis effossum terram ad tu-

mulum

mulum aggreditur. Sic 3. Æneid. aggreditur tumulo tellus. A p[ro]p[ter]o. Inde idem Iliad. 21. humationem vocat λυμπο-
Hom. etiam de hac agge stione 7. Iliad. τύμπον χέρο-
τολο ab agge ando. & Iliad. 23. τύμπον χέρο-

^a Iam verò in teatris prædiuitis vrbe Latini

Præcipius fragor, & longè pars maxima luctus.

Hic matres, miseræq[ue] nurus, h[ab]it[us] chara sororum

Pectora moerentum, puerique parentibus orbi

Dirum excrantur bellum, Turnique Hymenæos.

Ipsum armis, ipsumq[ue] iubent decernere ferro,

Qui Regnum Italæ, & primos sibi poscat honores:

^b Ingrauat hæc sœus Drances, solūmque vocari

Testatur, solum posci in certamina Turnum.

Multa simul contrà variis sententia dictis

Pro Turno, & magnum Reginæ nomen obumbrat,

Multa virum meritatis sustentat fama trophæis.

A R G U M E N T U M.

Abrot cedibus luctus ciuitum, etiam dissidia pro Turno, & contra Turnum.

E X P L I C A T I O.

^a N tibi iam παρακεν ad magnam partem huūis

Elibri, videlicet ad consilium Latini de pace, &

ad contentionem Turni & Drancis.

Quippe ab tot

cedibus ortus in Regia fragor, in vrbe luctus. Itaque

fragor speciat Regiam, vbi consilia agitantur: lu-

citus vrbem, vbi siebat comploratio.

Ergo, matres

plorabant suis liberos, nurus maritos, fatores suis

fratres, pueri patres, & omnes demum bellum exc-

crabatur, ut quod dirum, & imprimis Turni Hymenæos,

id est, nuptias, inuidiose hoc dictum, perinde ac si di-

ceret. Turni voluptas cantopere ambita emitur no-

nstrorum sanguine. Igitur, quando hoc ita est, ipse solus armis, & ferro decennat, ipse emat suo cruento Re-

gnum Italæ, & honores primos, id est, successionem

Imperi: nam hæc deoluenda ad illum, qui Lau-

nian duceret.

b Consilia hæc, & incitatum contra Turnum ple-

ben Drances incendebat se in Turnum, dicebat

quidam solum vocari ad singulare certamen, illum

pofci. Certe audierat ab Æneo,

Et quis huic Turno fuerat se opponere mori.

Si bellum sinire manus, pellerem Teucros.

Apparatus, his decuit mecum concurrere telis.

Sed plebi & Dranci multa se opponebant pro Tur-

no. Imprimis magna pro illo vmbra & defensio A-

matæ ipsa, quæ tota in eius nuptias incumbebat, &

Ænean odorat. Deinde illum tuebant magna &

præclaræ eius facinora, multos n. Troianorum in su-

periore bello interfecerat: ac propteræ tum dignus

videbatur, qui Imperio succederet: tum idoneus cre-

debatur, qui Troianos pelleret.

D

N O T A.

1. FRAGOR.] Videtur mihi locutus Poëta cum

respectu ad strepitum, qui interdum excitabuntur in

Senatu, & foro, in consiliis, & causis. Hoc vt putem,

viam mili Donatus aperit sua commentatione, qui

fragorem h[ab]et referat ad consilia perturbata in edi-

bus Latini. Qui verò nescit, que Tullius de fluctu-

bus concionavit, & forentibus tempestatis: Etenim

Cerdia in Æheid. tom. 2.

Aggerem.

2. MAGNUM REGINÆ NOMEN OBUMBRAT.] Vmbra, de

Cum dicat Seru. translationem sumi ab arboribus, nobilibus,

quia nomen nobilium tanquam vmbra est aliis, præsit mihi,

vt putem Sen. à Virg. lineas suas duxisse, cùm lib. 3.

Ben. c. 3. scriptis: vrum Octavius maius ullum beneficium

CC dedit.

dedit filio, *an patri Diuus Augustus, quamvis illum umbra A
dopini pars abscondi?* ubi sententia est, Octauii na
turalē patrē Augusti latuisse magnitudine Iulij ad
peantis Augustum, ut arbor minor latere sub magna
solet. Tum etiam Lucanum; cūm de Pompeio ait *stat
M. geni nominis umbra. Ut sententia sit, Pompeiū alius
fuisse veluti umbram;* & eo magis Lucanus à Vir
gilio, nam quae sequuntur de quere, quae

*— sublimis in agro
Exuas veteres populi, sacratāque gestans
Dona ducum.*
videtur sapere sequentem Virgilij versum,
Aulta virium meritis suffentat fama trophyis.
Itaque Amata pro umbra est Turno, ut Pompeius
suis ciuib; & Turnus glorioſus est suis trophyis, ut
querus suis.

- 225 ^a Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce super mœsti magni Diomedis ab urbe
Legati responsa ferunt. nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum: nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces, alia arma Latinis
230 ^b Quærenda aut pacem Troiano ab Rege petendum.
Deficit ingenti luetu Rex ipse Latinus.
Fatalem Aenean manifesto Numine ferri
Admonet ira Deum, tumalique ante ora recentes.
^c Ergo concilium magnum, primosque suorum
235 Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenere, fluuntque ad Regia plenis
Tecta viis: sedet in mediis Rex maximus auro,
Et primus sceptris, haud læta fronte, Latinus.
^d Atque hic Legatos Ætola ex urbe remissos,
240 Quæ referant, fari iubet: & responsa reposcit
Ordine cuncta suo. tunc facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens, ita farier insit.

ARGUMENTVM.

Redeunt Legati ab Diomedesse frustrati. Meret Latinus, concilium cogit, conuenient processus, fit corfusus, in
bet Venulus princeps legationis referre omnia, ille se narrationi accingit.

EXPLICATIO.

^a Vrbata omnia erant in ciuitate Latini, ac
cedit noua causa turbationis. Nam Legati, qui missi Arpos vibem Apuliae ad Diomedem, re
deunt mœstissimi, quia nihil actum impensis omnibus
tamquam q̄ exim. Videcet non donis, non auro, non
magis precibus. Hec sunt impensa illa. Quin affe
rent ab Diomede, ut quærerent Latini aliunde
opem, aut pacem ab Aenea peterent.

^b Indicat *λεπτόν τιχίαν* Latini, nam quid aliud
est *luctu defici?* ideo vero in hoc deliquio, ut ad
quem magna pars clavis denouebatur. Nam in
terum aduersitatibus, Regibus imprimis pericu
lum imminet. Præterea se Rex ipse pungit noua
consideratione. Nam ex multitudine casorum,
quorum tumuli erant ante ora, conicit Deorum
iram, qui manifestis indicis Aenean vocabant, ve
lut destinatum iam fato ad amplissimum Imperium.

^c Ergo in tanta rerum perplexitate concilium
cogit, & acciri sios iubet. Convenient illi ad Re
giam, & plena sunt commenctum hinc inde ad pa
latium via. Sedet Latinus in mediis, ut qui
Rex, ut qui *ano maximus*, ut qui *primus sceptris*, id est,

B inter sceptriferos. Sed inter tot præclaraz, tamen *hanc
læta fronte*. nam cura malis altius infederat. Erat in eo
confessu Turnus. Sed hoc *τὸν σωπάλον*, nam
in superiore libro substractus pugna Ardeam iue
rat.

^d Cūm sedissent omnes, iussit Rex Legatos cun
cta ordine narrare. Tacent omnes ad imperium Re
gis, & Venulus princeps eius legationis paret ac lo
quitur.

NOTÆ.

^{1.} HOS INTER MOTVS, &c.] Nescio an ex
penderis magnam Poëta huius consecutionem in
loquendo. Ideo *inter motus*, quia *tumultus flagrante*, ut
dicat: *tumultus flagrante inter hos motus*, consequenter,
ut dixi, quia sumpta metaphora ab igne, conse
quens est, ut addat motus, flamma quippe crescit, si
moveatur. Inde vetus illud, *Fax agitando ardescit*, &
Ouid. I. Amor. Eleg. 2.

*Vidi ego iactatas moto fuce crescere flammas,
Et rufus nullo concutiente mori.*
Et Portius Latro apud Sen. controversi. 10. Non vi
des, vi immota fax ropeat, & exagitata reddat ignes? à
quo verius sios Naso. Vide ibi Senecam. Sed huius
rei, flammæ scilicet crescentis ad motum, testimonia
aliquot inuenies lib. 10. ad illud,

Ac velut optato venis effate coritis.
Ergo Poëta ex hac rei natura dixit *tumultum flagrare
inter motus*. Hanc virtutem desidero in Hom. nam Homei
tum.

IN XI. ÆNEIDOS.

*Ιδυταιρα, recta volantem. & tamen ibi non recta vo
lat via, nam οὐ τὰ πῦρ ἡ ἀσπατεῖ, ab eo quidem aber
rat. Hac non satis consequenter dicuntur. Quis
non rideret, si tu Lector loquereris ita? *Μή
μηδὲ τὴν recta via volantem, qua aberrauit ab scopo.* Hac
in Hom. vitia tot penè, quot lineæ.*

^a Tomulus,
de aulis
Principum

Imitatio.

Animus
quibus ex
pugnat

Petendum
pacem.

Præponit

Quid struit his copiis, quem si fortuna sequatur
Euentum pugna cupiat, manifestius ipsi,
Quād Turno Regi, aut Regi apparere Latino.

Quād Turno Regi, aut Regi apparere Latino

250 Qui bellum intulerint, quæ causa attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore.

A R G U M E N T U M .

Aii Venulus, iuſſe ad Diomedem condonem tunc urbem, preuiſſe munera, & mandata legationis expofuſſe.

E X P L I C A T I O .

ACCIPIENDA hæc per ὅτερον τρόπον, quod genus narrationis familiare est Poëticis. Itaque prius erat, emicūs iter superauimus omnes causas viarum ac difficultates, & deinde, vidimus Diomedem, &c. Sed invenit, ut dixi, mox poëticos addere, & Rhetoricos, ut Seruius notat. Nam Rhetores quoque ita sepius similes Expende tertium versum. Nam quale est audire, apprehensam manum illam, quæ Troiam euerit? quæ re quid maius?

B Adhibet circumstantiam aliam, videlicet studium condende virbis, quo occupatum Diomedem inuenit. Ait Strabo libro sexto, & Seruius etiam, Diomedem condidisse urbem, quam vocavit Argos hippion à patria, quia videlicet δῶν τὸν ἄργος ιαπεῖσθαι, id est, ab Argō nubiente equo, ille traxit Argos hippion, id est, Argos equestre. Sed addit Strabo, corruptione declinasse hanc vocem in Argyriam, & postea adhuc maiore corruptione in Arpos. Itaque Argos hippion, Argyriam, Arpi, virbi est eadem, tantum diuersa nomina. Hanc igitur condebat Diomedes. Videndum etiam Appianus in Annibale, vbi etiam utrū virbem Arpos conditam ab Diomedes. Polybius libro tertio vocat Ἀργυραύλῳ. Sed vbi? in Apulia iuxta montem Garganum. Apulia quippe, Iapygia etiam dicitur ab flante inde vento Iapyge, id est, Cauro. Inde & Garganus mons Apulæ, Iapix dicitur, & Iapygius oto attributo.

Ab notitia locorum transit ad alias circumstantias, & omnes ordine debito. Ingressi ad eum sumus, postquam data est copia: præferimus munera, & fletcheremus; docemus nomen nostrum, & patrem, atque etiam eos, qui nobis bellum intulerint; si ita vir tantus, & pro nouis hospitibus, & contra antiquos hostes excitatetur: & hanc esse unicam profectionis nostræ causam. Nos ille ut audiuit, has reddidit, & ore placido: ut ita intelligas habitum futura orationis ad pacem spectantis.

N O T A .

Video, pro obseruo. VIDIMVS.] Non capio simpliciter, sed explico, obseruauimus, & diligenter omnia consideravimus. Nam videre antiquis fuit seruare & obseruare. Sic λιβαταγ

a O fortunatae gentes, Saturnia Regna,
Antiqui Aufonij, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, suadetque ignota laceffere bella?
b Quicunque Iliacos ferro violauimus agros

(Mitro

(Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes.

c Vel Priamo miseranda manus, scit triste Minerua

Sydis, & Euboicæ cautes, vltorque Caphateus.

d Militia ex illa diuersum ad litus adacti,

Atrides Protei Menelaus ad usque columnas

Exulat, Ætnæos vidit Cyclops Vlysses.

e Regna Neoptolemi referam, veris que penates

Idomenei? Libycœ habitantes littore Locros?

f Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiūm

Coniugis infandæ prima intra limina dextra

Oppetiit: deuicta Asia subsedit adulteri,

g Inuidisse Deos, patriis ut redditus oris,

Coniugium optatum, & pulchram Calydona viderem?

Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur,

h Et socij amissi petierunt æthera pennis,

Fluminibusque vagantur aues (heu dira meorum

Supplicia) & scopulos lacrymosis vocibus implent.

i Hæc adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt

Tempore, cum ferro cœlestia corpora demens

Appetit, & Veneris violaui vulnere dextram.

k Ne verò, ne me ad tales impellite pugnas.

Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum

Pergama: nec veterum memini, latore malorum.

A R G U M E N T U M .

A verba. *Violauimus*, quasi sacrilegium fuerit Troianos inuadere. *Supplicia infanda*, ut quæ non facile quicquam possit fieri præ multitudine. *Panas scelerum*, quasi scelerati Græci fuerint, quo nihil dici maius potuit à Græco homine.

c Indicium magna clidis, cum vel hostis ipse misceretur. Dilabitur iam ad explicanda mala, quæ passi Graci post illud: commeniorat naufragium commune Græcorum tum priuatas calamitatis Menelai, Vlysses, Neoptolemi, Idomeni, Locorum, Agamemnonis, & denum suis, & sociorum suorum.

E X P L I C A T I O .

EXORDIVM orationis diuclum à pace, qua semper Italia floruit. Continet, nam hanc vult persuadere. *O antiqui Aufonij, fortunatae gentes, quia Saturnia Regna, nam ut habetur lib. 8.*

Aureaq[ue] ut peribent illo sub Rege fuerunt

Sæcula, sic plædia populi in pace regebat.

Cum ergo séper pacem florueritis, ut qui vèrè Saturnij, quæ fortuna quietos vos sollicitat: præsertim cum bella ista ignota sint vobis: id est, cum ignotus hic hostis: & maior vestra culpa, quod velitis lacefcre.

b Vult narrare calamitates, quas passi Graci, qui Troiam euerterunt, & incipi ab his, quas experti ipso deceñali bello, imò has omittit, ut infinitas. Qeos enim omnes bello illo exhaustæ, & muliti pro sepulcro habuerunt aquas Simoëntis. Hac itaque omnitatis, & transiit ad supplicia, quæ passi possea; & ad postas, quæ expenæ. Expende tria

Corda in Aeneid. tom. 2.

CCC 3 f Ne

ARGUMENTVM.

Sequitur Latinorū orationis pars prima, ubi extolluntur Trojanorum virtus, & proponuntur tum formidanda, que pugni Itali in bello; tum quo imminet, cūm desitūtū sint omnis spes in posterum.

EXPLICATIO.

DIXERAT, audientium ora fierauisse, nunc opponens ait, ora quietant, & iepida, quia ibi turbata, inde est, ut animi quoque placentur. Latinus itaque iam ad placatos fari potuit, premissa, ut mos est, Deorum p̄fatione.

B Initium orationis ab malo, quod iam est praesens, & in fortibus, ut ita atceret auditores, cogitare ad id, quod intendit. Prius fuerat statuendum de belli summa, non hoc tempore, cūm obſideremur. In his latenter carpit Turnus, qui noluit periculū expendere initio bellī, nam lib. 7, ad illum Latinus,

— to Turne nefas, te mifte manebit
Supplicium, vortisque Deos venerabere fors.

En laus Trojanorum ad terrorem. Gens est Deorum, contra quam pugnamus, id propter Aenean. Inuidi sunt viri, id propter reliquos Trojanos: ac proinde bellum est impunitum, nam scilicet pugnamus mortales contra Deos, vieti contra inuidos. Probat,

C quae dixerat. Dij sunt, quia nulla eos fatigant prelia. Inuidi sunt, quia si aliquando fortasse vieti, tamen, nec vieti possunt abſtine ferro.

d Possent obiciere. Vieti sumus, sed erunt auxilia. Praecedit hanc spem, nam Aetoli (Diomedem indicat) auxilia negant. Possent rursus obiciere. Si non sunt externa auxilia, quisque sibi crit spes. Praecedit hoc quoque, quia hoc angusta est. Probat, nam cetera omnia perculta sunt ruina. Testes vos effis, vt qui oculis cernatis, & manibus traclatis tam diram cladem. Dicit hoc propter mortuos, qui ante ora recentes.

e Adiicit: non ideo incuso quenquam; quia, quanta esse potuit vestra virtus, tota emittit, & certatum est tota Regni mole, totis opibus. Quasi dicat: Non vos in culpa, sed hostes, ut qui gens Deorum, ut qui inuidi.

NOTA.

1. VT PRIMUM PLACATI ANIMI, &c.] Hanc post tumultum secutam quietem comparatione illustrat Perr. Apollon. lib. 2. Excid. Hieros. quam adhibeo, quia respondet Virgilianæ sup. adductæ, etiam si contraria gustu,

Maris quietis comparatio.

Sic ubi deseruntur carcere venti
Ceruleam turbare Thetin, Sphærania sensim
Subsidunt maria, & fluctus sua litora fernant
Pacati, totque silescunt murmura ponit.

Itaque discat inuenis comparare surgentia populi murmur cum tremore ventorum, quod fecit Virgilinus, & eadem compressa cum quiete tempestate, quod Apollonius.

Praefati Deos.

2. PRÆFATVS DIVOS.] Incipiant veteres illiorationes suas à Deorum precibus, & tunc dicebantur prefari. Plin. Pang. Traiani. Bene, ac sapienter, P. C. maiores instituerunt, ut rerum gerendarum, ita descendendi injūium à p̄cacionib⁹ capere. Quid nihil rite, quia multa,

Romani in-
dicti.

6. INVICTISQVE VIRIS.] Cūm hīc representari A inanimatis? Eandem de Demetrio, cui dat ēn. ἐργάτων δημεῦν τὰ μεγάλα ἔντυχα, ex extremis difficultibus summas felicitates. Hoc verò esse propriè αἰτιώσαν, Victorius explicuit, vt dicebam. Inde Argiui, magna clade accepta ab Spartanis, dixerunt se iterum velle ἀναπάγεσθαι: quibus tamen Spartanorum Rex Cleomenes pulchre respondit, non video cur diuinum syllabarum adiectione, nunc meliores, quām paulo antea suūs, esse possūs. Alludit quippe ad p̄p̄ositōnēm ἀv. Narrat hīc Plut. in Laconic. Graeca, quibus caret Victor. sunt. Σωματίῳ εἰ μέν συλλαβῶν ἀποδίην τὴν πρεστονες ἡγένετο, ή πρόσθετη ἦν. Porro & rei Virgilianæ probè annectes versus Horatianos Od. 4.lib. 4. phos,

Doris vi illex tensa bipinnibus
Nigra seraci frondis in Alrido,
per damna percedes ab ipso
Duci opes, animumq; ferro.

Quos versus ego alibi illustrabam non vulgari-
ter.

8. PONITE.] Contraria pari verbo. Nam lib. 1. po-
metu, & hīc, ponite spem.

9. SPES SIBI QVISQVE.] Sallust. Iugurth. Neque spes sibi
alius in alio magis, quām in se p̄tem habere. In codem
opere: Mibi sibi omnes in memet sita.

10. IACEANT PERCVLSA RVINA.] Nam quid non Bellum ma-
mali a bello? vbi, vbbique pugnaciura sub ensi iactant.
Agnosce Ouid. Eleg. 8.lib. 5. Trist. Parco communī
C loco.

11. TOTO CERTATVM CORPORE REGNI.] Non Corpus, de
vanē putat Germ. allusum ad pancratistas. Nam hi Regno va-
manibus, pedibus, ipsi adhuc vngulis, omni ope,
omni mixu, totis viribus, toto corpore decertant.
Hinc ego puto illustrari posse Oppianum 2. Cyneg.
vbi fluvium astuantem, & damna plurima inferent
tem vocat δέμας αἴπερ, arduum corpus, quasi tota pu-
gnet mole, & Tullium, qui de Tuberone pugnat in
Cæfarem, que tua mens? oculi manus? ardor animi? Non
enim frustra tot membra numerata, & tot partes.
Ammian. dixit lib. 20. cuncta oppidi membra. In lib. 4.
Epst. Famil. epst. 5. inuenies, cadavera populorum, vide-
licet de Corintho, aliisque eueris.

315 a Nunc adeò quæ sit dubia sententia menti,
Expediam: & paucis (animos adhibete) docebo.

b Est antiquus ager Thysco mihi proximus amni,
Longus ad occasum, fines super v̄isque Sicanos.

Arunci Rutulique serunt, & vomere duros

Exercent colles, atque horum asperrima pascent.

c Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitia Teucrorum, & federis aquas

Dicamus leges, sociosque in Regna vocemus.

Confidant, si tantus amor, & moenia condant.

d Sin alios fines, aliamque capessere gentem

320 E Est animus, possuntq; solo decedere nostro,
Bis denas Italō texamus robore naues,
Seu plures complere valent, iacet omnis ad vndam
Materies; ipsi numerūmque modūmque carinis
Præcipiant: nos æra, manus, tūtalia deimus.

Cerda in Ænid. tom. 2.

D D d 330 c Præ

COMMENTARI

330 Præterea qui dicta ferant, & foedera firment,
Centum oratores prima degente Latinos
Ire placet, pacisque manu prætendere ramos,
Munera portantes, ebonisque aurique talenta,
Et sellam Regni, trabeamque insignia nostri.
335 Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.

ARGUMENTVM.

*Pars altera orationis suadentis pacem cum diuisione, ut
Troianis detur ager in Italia, si velint manere: vel naues,
si velint abire.*

EXPLICATIO.

A 3. **D**eo dubia menti, quia proponit duo, & vtrum
eligat, ignorat.

b Laidaini proculdubio versus, vt quibus docemur descriptiones facere in re etiam tenui optimè & eleganter. Describit itaque agrum suum Latinus ab antiquitate, à situ, à dimensione, ab vsu. Ergo, est mihi antiquus ager; en primum: proximus anni Tyberi, en situs: porrectus in Occidem, & usque Sicanos fines; en dimensione: serunt illum Arunci & Rutuli, colles etiam exercent vensem; en vsus & utilitas: nam indicat agrum frumentarium. Sed de hoc in Notis.

c Hanc igitur partem, pinerum etiam vicini montis assignat Troianis, si velint manere in Italia: ac tunc foedus constituatur, & sint socij, non stipendiarij, vrbemque adscident.

d Si autem velint abire, se naues daturum dicit

viginti; aut plures, si illæ non satis toti genti: idque esse perfacile, materia quippe suppetente ad vndas. Ac propterea ipsius Troiani statuant aut numerum nauium, aut illarum formam & modum; & Latinis suppetant sumptus, artifices, ligna necessaria fabricæ. Sumptus intelligit per terra, artifices per manus, ligna per naualia, vtique viae Egypti, aut viae Iudea.

e Demum ait Latinus, mittendam esse ad illos speciosissimam legationem ad ferienda foedera. Speciosissimam scilicet, tum numero; nam centum: tum nobilitate, nam prima de gente. Ad hæc ornata in signi pacis, id est, olea: & muneribus, talents scilicet auri atque eboris: demum, quod maximum est, cum sella & trabea, quæ duo Regum insignia.

NOTE.

Pausis do- 1. **PAVCIS(ANIMOS ADHIBETE)DOCEBO.**] Ita-
tere. Tyberinus ab Aeneam lib. 8. paucis (aduerte) docebo,
Tò, animos adhibete, ab Lucret. qui lib. 2. Nm̄ ani-
mum nobis adhibe.

Agri opes 2. **ANTIQUVS AGER.**] Sapit hoc priscam Her-
olim Heroi-
bus. Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mibi Regna peto, paribus p' legibus amba-
Imitatio
7. **SIN ALIOS FINES, &c.**] Hæc pars orationis de abituris Troianis, dèque Rutulis præbituris, quæ essent necessaria ad viam, videtur ducta à consilio An-

Kai τέμπος νεμόμεθα μήδα Εύθυνο παρ' ὥχθει,
Καλὸν φυταλίνε καὶ ἔρηκε πυρφόρον:
Et primum magnum columbus iuxta ripas Xanthis,
Pulchrum, soli arboribus consut, & arui frugiferi.

3. **AGER.**] Dissidet à Donato Seruius, hic enim accipit agrum Romanum, cùm Donatus accipiat de agro, qui erat in Campania iuxta fluvium Vfentem. **Ager quo Latinus** dicitur.

Ratio Seruij, quia ex Latio, Sisenia, Catone, aliisque scriptoribus Romanis habetur, Troianos accepisse à Latino agrum, qui est inter Laurentum, & castra Troiana. Quin Caro commemorat modum agri, qui habuit iugera DCC. & verba Trebatij hæc lib. 7. de Regionib. *Luci, qui sunt in agris, qui concilio capi sunt, hos lucos eadem ceremonia moreque conquiri habent, opores, ut ceteros lucos, qui in antiquo agro sunt.* Verba hæc (inquit) ait Seru. de agro Romano intelligenda. Hinc iam omnia rectè procedunt. Nam *Thyscius annis est Tyberis. Longus in Occidem, quia ad Laurentum & Hostiam tendit, fines super usque Sicanos fines; nam ea loca, vbi nunc est Roma, Sicanis tenuerunt. Vnde lib. 8. & gentes venire Sicana. Hi postea à Liguribus pulsi sunt, Ligures à Sacranis, Sacrae ab Aboriginis. Hanc de Siculis opinionem firmant verba hac Marliani in Topographia lib. 1. c. 2. Vrbe Romam in Occidente ad Tyberim conditam, cemum & virginis stadiis à mari distante, Siculus primum inhabitate constat.*

4. **ARVNCI RVTVLQVE.**] Indicat agrum vectigalem, & stipendarium. Erat enim Regis, sed ferebant & exercebant Arunci ac Rutuli. Sic lib. sequente, conductaque pater tellure serebat.

5. **SERVNT, ET VOMERE, &c.**] Puto describi à Virgilio agrum, cui triplex virilitas, vt videlicet fit instrumentaceus, ideo, *Arvnci Rvtvlq, seru.* Deinde pars altera, quæ collina, apta sit vitibus: vinum quæ collinum Cato & Varo celebrant, & ipse Virg. in Georg. vbi & ego: itaque ad vituum agrum explicandum dixit, vensem exercent colles. Demum, vt pars tertia, quæ asperima, sit pascua, seruens caprarum pastioni, nam hoc animal solet depescere, quæ sunt asperiora.

6. **FOEDERIS. EQVAS DICAMVS LEGES.**] Tria fuisse inter Romanos foederum genera ex Liu. lib. 34. apertum fit: vnum, cùm leges dicebantur bello victis: alterum, cùm pares bello veniebant in amicitiam æquo foederi: tertium, cùm ad amicitiam sociali quodam foedere coibant, qui nunquam hostes fuerant. Ergo, versus Maronis procedit ex secundo illo foederum generi. Hostes enim iam fuerant Latini, & Troiani. Ut indicat atrox bellum, quod præcedit in decimo. Id est foedus iungit Aeneas cum Latino lib. 12. his versibus.

*Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mibi Regna peto, paribus p' legibus amba-
Imitatio
7. SIN ALIOS FINES, &c.*] Hæc pars orationis de abituris Troianis, dèque Rutulis præbituris, quæ essent necessaria ad viam, videtur ducta à consilio An-

IN XI. ÆNEIDOS.

Alio Antenoris lib. 7. Iliad. vbi ait, Græcis (si velint abire) reddendam Helenam, atque etiam opes cum ipsa,

— Ἀργεῖν Ελένην (inquit) οὐκ περιμέθ' αὖτις ἀντιδοτοῦσιν Αργεῖσι θυσίαν.

8. **BIS DENAS.**] Quas videlicet amiserat Aeneas longo nauigationis cultu, nam ipse lib. 1.

Bis denis Phrygium confundi nauibus sequor.

9. **TEXAMVS.**] Quod Polyb. lib. 1. επειρρωτεῖ Σερ. & Plut. in Thes. συμπατεῖ, uterque de nauibus. Vide verò quæ dixi 2. Æneid. ad illud, intexum abiecoſtas.

10. **MATERIES.**] Latinis materiali dicitur, & materiali, Græcis εργατικού.

11. **MANVS.**] Dicitur vocem hanc Germanus docte, vide illum. Simpliciter tamen capio artifices cum Seru. utique εργάται. ipse lib. 1. Æneid. Artificiū cum manus.

12. **PACIS RAMOS.**] Oleam intelligit, qua de re vbertim alias.

13. **EBORIS QVE AV. I QVE TALENTA.**] Aurum dari in donum, certissimum: de ebore firmat Vrl. producto loco Herodoti lib. 3. vbi Αἴθιοπες, inter alia munera, quæ ferunt ad Cambyses, tum ελαφρῶς οὐδὲ ταχές μεγάλους εἶναι, virginis grandes elephantorum dentes.

Sella Regni. 14. **SELLAM REGNI.**] Attingit proculdubio monrem Rom. Populi, qui sellam mittebat Regibus praecipuo munere. Liu. lib. 27. loquens de Syphace: Legati dona tuideri, togamq; & tunicam purpuream, sellam eburneam, pectora auream. Diony. lib. 5. ait, Romanos misit ad Poitennam Regem Hetruscum, sellam eburneam, scapulam, coronam auream, vestem triumphalem.

Traxere fortasse morē hunc Romanos ab Hetruscis, à quibus multa manarunt in populum potentem. Nam apud eundem Diony. lib., Hetrisci afferunt

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

mata, pīcta, eadem ve-
stis.

C instar trabis pīcta auro. Itaque ab auro pīcta, pīcta: à palma, palmatæ: & quia hæc pīcta palma instar trabis, trabæ. Quæ dixi de auro clara sunt.

Nam Aufonitis, pīcta vestis non magis auro suo & ins. Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Trabæ, pal-
mata, pīcta, vestis eadem. Hoc si est, liquet iam de forma trabæ, vt esset vestis, in qua esset palma

Et noua conspicuum pondera sentit ebur.

& Horat. epist. 6. lib. 1. curilo ebor. Quod ipsum etiam ab Hetruscis manasse credibile; nam Silius de Veteri

lona vrbē Hetruricē.

Hæc altus eboris decorauit honore curules.

Notabit diligens Lector parenthesin, quam interposui, de tribus magistratibus, qui vbi sella eburnea curli, vt non ducatur Seruij errore, qui in hunc locum ait, ea tantum vños, qui triumphali curru inuenisti suis. Clare errat. Et cum Festus curules magistratus dixit, eos tres intellexit. Volo etiam scias, sella Maronis, & illam, de qua locutus Liu. lib. 27. & Diony. lib. 3. & 3. verè esse Regios thronos, qui tamen sella nomine dicuntur à Latinis. Nam Diony. lib. 3. clarè, Spōn̄ ελαφράνων. & cap. 1. lib. Esther dicitur de Attarix, ζε. Ζερούθην οὐκ οὐκ. & Ioseph. de re eadem loquens lib. 1. Bell. Iud. c. 17. Spōn̄ ζερούθην οὐκ οὐκ. Adde etiam huic doctriña, thronum, sedem, folium, can-

Thronus, sedes, folium, res eadem.

et rem, tantum diuersa nomina. Hoc iam attingit Briss. de Regno Perfar. Nam Plut. lib. 2. de Fort.

Alex. κύριος Ζερούθην dixit. & Horat. Od. 2. lib. 1. Ζερούθην ē

Gerdæ in Æneid. tom. 2.

D D d 2 & in

βελεύθην οὐκ οὐκ, & ηνολογεῖ οὐκ οὐκ. αλλά in medium.

λα. Αeschyl. Suppl. ιονομόντες οὐκ οὐκ. Hoc Germanus.

Ego incidi in Homer. qui Iliad. 2. οὐκ οὐκ οὐκ.

oùio tuo aures nostras onerabis? Pulchra est metaphora. Ita etiam lib.4. *His germana mali oneras.* Plutar. in vita Caton. Vticens. ait, amicitiam Caesaris onus fuisse, quo premerentur Pompej humeri, quodque tandem depositurus in terram esset, cum ferre non posset. Eo enim spectant verba, quae ille usurpat, putat, *βερνιθετηραν τε θερημαν τε λαθιθηναν σωτιθηναν, μη τε φεγεντηθηναν.*

Aggerat iras.] Ex virtute Graeca, nam *πολεμούσαι, καὶ διάδειν, καὶ διάδειν, καὶ διάδειν,* quae voces propriæ de aggeribus dicuntur, traducuntur interdum ad iram. Hom. Iliad.19.

Rex tuorum γέ βασιλεὺς ἐν εὐχέστατην ἀρδετή καρφί.

Rex enim maior cùm inservio viro inferiori.

CONSULIS O BONE REX.] Later diuinitas in voc. Consulta enim Deorum füre. Stat.7.Theb. de Ioue, ille refert consilia patriæ. & in re sacra 6. Aeneid. dum *consula petis.* Ad eum modum, quo *ἀγνωστοῦ* verbum oraculorum traducitur ad Reges. Nam Plut. in disput. Auat. ait, Semitamidem postulasse ab Nino, ut sibi permitteret diem unum gestare diamena, & responsa dare; pro quo Græcus, *ἐπειδὴν τὸ σῆμα μαρτιῶσαν* Simili ambitione Romani Senatus sui decreta dicebant *consilia.*

DICERE MVSANT.] Reddunt Latini verbum *μυζεῖ.* Aristoph. Thesmoph. *τι μυζεῖ;* *quid myzest?* Et hoc verbum, redire vocep, & tanquam murmur per nares oculis labii. quod murmur in vix sapienter esse, cum non audemus loqui, nam tum status quidam per nares mittitur. Ita idem Aristoph. in Beroeg.

Kαὶ εἰνόντες γε παντεῖς διέργαντες,

Οὐδὲ μὲν τέλειον, τὸν αὐτοτυπούσιν λέγον:

Et solertia nares olfactores,

Τοὺς αγγειόδηρον στόματας εἶτε arguunt.

Quem in locum interpres, *καὶ συντελεῖται τῷ μητρὶ* per dicitur *τὸν φωνήν*, tanquam nares perficiere debant & completere vocem. Ergo ait Poëta. Ocluso sunt ore ad descendum pra Turni metu, naribus admurmurantur. Contrariam huic rei sententiam video in Lucan. lib.5.vbi.

Non patiendum iam murmur erat, nec pectus rotu-

In latens.

Peigit multis. Sed paria cum Virg. Cal.lib.2.aded, vt putem huic Latinum instituisse,

αὐτὸν αὐτοῦ διεργάντες

Μόλον εργασταρίαν τὸν διορθώσας εργάτης

Αγαθόν.

non clare

Sententiam dicebant omnes enim trepidi Regem suum

Verebantur.

DICAM, ILCET ARMA MIHI.] Non abudit Hom. Iliad.10. *πεπιπτεινεσσοις, εἰδούσινοι, λι-*

cēt mīhi irasciāris, non celabo.

LUMINA TOT CECIDI SSE DVCVM.] Lumen de homine, tritum. Soph. Antig. *πάτε τὸ οὐρανόν δέματα:*

lumen in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

Oculus si calix. *lumē in familiā Oedipi.* In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

Virgilius defenditur. Cado, de fulmine. *lumē in familiā Oedipi.* In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*

lumē in familia Oedipi. In Paneg. Constantini, *Luminibus ciuitatis existimatis.* Hom. *σὺ φατε γένεσις tibis lumen.* in 2. de Hecatore, *lux Dardanis.* & sexcenta alia.

Non abeunt similes locutiones. Nam Pind. *Συνελατεῖσθαι πόσιον, σιτεῖσθαι oculūs & lib.3. Anth. Corinthus dici-*</

Cicerone, καὶ τι ὁ θεὸς πενθεῖτο: *Quāquam dīj bonū.* Sed aptius certè est, vt aduersantem putemus, dolet enim se dixisse, *inermes dextras tendamus.* Quid? quid integrū hoc *quāquam dīj*, viderur respicere illud Eurip. in Bacchis, vbi Bacchus in summa ira, cùm videat se despici à Penthe dicit, *δέλλω μέντοι.* Ac proinde *quāquam* Virgilianum respondebit *δέλλω μέντοι.* Eurip.

S. Si solitae quicquam virtutis adesseret.] Cùm sententia sit, si esset virtus, non esset desperatio, quadrat in hunc locum sententia Eurip. in Furens.

Οὐέσθι διπλάσιος θεός τοι πάτερ
Πάτερ οὐέσθι, τοῦ διοπέντε καὶ πέντε:

Ille vir est fortissimus, qui cum ἐστι
Considit semper: nam desperare ignavi est hominis.

6. FORTUNA TVSQUE LABORVM.] Hellenicum, vt statim, egregiusque animi, & iu. 2. *fides animi.*

7. ET HVMVVM SEMEL ORE MOMORDIT.] Solenine hoc multis. Hom. II. Iliad. de interfecit, *δέλλω μέντοι: mordicus prebenderunt terram.* Lycoph. in Alexander.

Πολλοί δέ τοι γάλακτος κείνους ὃδέ
Δέλλω μέντοι πενθεῖτο:

Multi prius terram ab illa demibus

Mordebant precipitata.

De Eteocle, & Polynice Eurip. Phoeniss. δέλλω μέντοι: οὐέσθις οὐέσθις. Interfecti à Penthefilea apud Calab. lib. I. dicuntur *δέλλω μέντοι: οὐέσθις*, quasi ipsi mandibulis arriperent pulucem. & lib. II. 2. *δέλλω μέντοι: terra dentes impressi.* Nonnus lib. 22. *τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτον δέλλωτι: compressit terram into dente.* Hac satis testimonia. Porro formas, quibus aliò hoc dixerint, referuo ad locum alium huius libri. Sed hī causam perseguar, cur hoc ita solemine Vatibus. Sunt, qui hoc non referant ad morem aliquem, sed ad id, quod necessariò accedit, nam cùm aliquis pronus cadit, necesse est terra os conspurget. Huc trahit Victorius Homerum, apud quem proculs interfecit ab Ulysses χθύντε τύπτει μετάποτε, fronte terram percutit. Et ego possum Agathiam, qui de Fulcati duce Herulorum moriente in acie tantum ait, *τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτος.* & Virgilium, qui lib. 10. de cadente Pallante solūm dixit, *petit ore terram hostilem*, vt & Senecam in Furens. de Lyco, *terram petuit ore.* atque etiam Hesiodum in Scuto, qui, *μετά τοτε τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτος.* nec non Horatium Od. 7. lib. 2. qui, *Turpe solūm teigere mento.* Hac ego attuli iuuans explicationem Victorij. Sed certè credibilius est, id ab Heroicis Vatibus scriptum, vel causā ostendandæ iræ in morientibus, ad eum modum, quo Stat. lib. 2. Theb. *immoritique cadens obmutuit hostia.* & quo Liuus de cæsis Romanis in Cannensi prælio scripsit: *Inueniunt sunt quidam meritis in effossam terram capillis, quos fibi ipsi fecisse fouerat, obruentisque ora subiecta, super humo inietta, interclusisse spiritum apparebat.* Quod triste inuentum nulla res alia excoegerat, quam ira & indignatio morientium. Sed clarè Nonnus lib. 22. ad. iram retulit, ita scribens,

— τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτον δέλλωτι:
Ενγυχαιὴ τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτον δέλλωτι:

— τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτον δέλλωτι:

Late hians compressit terram dene rebido: Sic & apud Olaum Mag. lib. 5. Epit. de Gigant. cadens Starchaterus ferocitatem indicat hac vna re. Verba Scriptoris sunt. *Quod (caput) corpore annulsum, impatiensque terra, glebam mortuam carpisse fertur, ferocitatem animi moribundi oris atrocitate declarans.* Vel id faciebant cadentes, ne quis gemitus anteacta vita indignus exciperetur à circumstantibus. Quin (quod

A Deltrius Noster commenmit in Comm. Sen.) suē Barbari hac constantia, vt cum risu etiam morerentur, olentandæ vanitatis causā. Nam de Agne o quod integrū hoc *quāquam dīj*, viderur respicere illud Eurip. in Bacchis, vbi Bacchus in summa ira, cùm videat se despici à Penthe dicit, *δέλλω μέντοι.* Ac proinde *quāquam* Virgilianum respondebit *δέλλω μέντοι.* Eurip.

8. SIN ET OPES NOBIS, &c.] Praeciatè ante auxilia & socios constituit opes suas. Nam fructu Princeps bellum illarurus alienis opibus condiderit, nisi suis nitatur. In Thucydide vidi (locus excidit) *non fidendum faderibus*, non alio sensu, quām hoc. Iosephus cap. 14. lib. I. Bell. Iud. de re eadem loquens. *οφελεταὶ δὲ λαοὶ τοῖς ιδίᾳ λογίᾳ, οἱ δὲ παροιαὶ μάθεται τοῖς πολεμίαις συλληπταὶ.* Οὐ δέ τοι ποτε: *ὑπομένων αὐτῷ Κροῖσος Φύλαρχος quendam, ut imbellē reprehendebat, dicens paramiacum illud, militarem tubam neque in sonis audire scis.* Demum hoc allusum à Iuuen. Sat. I. aspitate eruditorum collegio:

Ridendo exceptit leibum, moriensque cachinno.
9. TROIANIS CVM MVLTO GLORIA VENIT Non sine SANGVINE.] Est hoc, quod Hom. Iliad. 17. loquens labore ue de Gracis. *δέλλω μέντοι: τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτος: nec pugnabant ipsi fine sanguine.* Et Ioseph. lib. I. Bell. Iud. cap. 12. *εἰνάρειαν εὐσόχων.* Καὶ γὰρ διὰ τοῦ καὶ αὐτοῦ πραιοτερούς διέτενον: *Non tamen illi omnia pro voto cedebant, sed ipsi quaque interdum cum offensione recedebant.*

10. SYNTVQE ILLIS SVA FVNERA, PARQVE, Pugnade, &c.] Germanus ait, innui pugnam illam, quam bia.

C *De Eteocle, & Polynice Eurip. Phoeniss. δέλλω μέντοι: οὐέσθις οὐέσθις.* Interfecti à Penthefilea apud Calab. lib. I. dicuntur *δέλλω μέντοι: οὐέσθις*, quasi ipsi mandibulis arriperent pulucem. & lib. II. 2. *δέλλω μέντοι: terra dentes impressi.* Nonnus lib. 22. *τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτον δέλλωτι: compressit terram into dente.* Hac satis testimonia. Porro formas, quibus aliò hoc dixerint, referuo ad locum alium huius libri. Sed hī causam perseguar, cur hoc ita solemine Vatibus. Sunt, qui hoc non referant ad morem aliquem, sed ad id, quod necessariò accedit, nam cùm aliquis pronus cadit, necesse est terra os conspurget. Huc trahit Victorius Homerum, apud quem proculs interfecit ab Ulysses χθύντε τύπτει μετάποτε, fronte terram percutit. Et ego possum Agathiam, qui de Fulcati duce Herulorum moriente in acie tantum ait, *τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτος.* & Virgilium, qui lib. 10. de cadente Pallante solūm dixit, *petit ore terram hostilem*, vt & Senecam in Furens. de Lyco, *terram petuit ore.* atque etiam Hesiodum in Scuto, qui, *μετά τοτε τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτος.* nec non Horatium Od. 7. lib. 2. qui, *Turpe solūm teigere mento.* Hac ego attuli iuuans explicationem Victorij. Sed certè credibilius est, id ab Heroicis Vatibus scriptum, vel causā ostendandæ iræ in morientibus, ad eum modum, quo Stat. lib. 2. Theb. *immoritique cadens obmutuit hostia.* & quo Liuus de cæsis Romanis in Cannensi prælio scripsit: *Inueniunt sunt quidam meritis in effossam terram capillis, quos fibi ipsi fecisse fouerat, obruentisque ora subiecta, super humo inietta, interclusisse spiritum apparebat.* Quod triste inuentum nulla res alia excoegerat, quam ira & indignatio morientium. Sed clarè Nonnus lib. 22. ad. iram retulit, ita scribens,

— τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτος.
Iria κατέχαλος δέ:
Non tibi foli hafta est,
Neque cypraea munitus are.

Ceterum Iul. Scal. ait, hæc eo animo dici à Turno, vt leniat inuidiam contractam ex oratione Drancis, nam euentus is, qui communis est etiam hostibus, D Turnum non onerat.

11. TEMPESTAS.] Ita in rebelli Hom. 4. Iliad. de Tempetas exercitu dixit, *τοφηγέ μεμνόμενοι γάλακτος, nubem peditem.* Quin aferre bellū & fert comparationem nimbi excitati ad explicandam Nubes.

tempestatem belli. Obium hoc in Nonno, Calabro, aliis. Tale & illud. 7. Aeneid. Diluvio ex illo, &c.

De bello quoque Claud. 2. Eutrop. & si quid tem-

petas prima reliquit.

12. IN LIMINE PRIMO DEFICIMVS.] Non dubium, quin sermo trahatur ab his, qui offendunt in limine, & non audent ingredi viam, vitantes omen.

E Erant enim religiosa limina, præsertim templorum, vt apparerit ex illo Lucanilib. 2. *λαβάσκεις in limine sa-*

cro Attonea fudere comas. ex illo Paulini in tertio

Nat. Felicis: *πετῶνα liminibus sterni.* Prudent. in hymn.

S. Laurentij, *exsculanus limina.* Arnobij lib. I. Limi-

na ipsa conseruare osculus. Cùm ergo sacra essent limina,

factum, vt qui offendenter, desisterent ab in-

gressu, vel domus, vel via, deterriti omne.

13. CVR ANTE TVBAM TREMOR OC- Ante tubas

CVRAT ARTVS?] Adducit Erasm. Chil. 2. metus.

Cent. 8. cap. 69. versum hunc Maronis in speciem

Prouerbij, sed nulla re ditat. Posset Nonnum ad-

iungere, ita loquenter ad rem hanc lib. 30.

Πή φίνεται Διόνυσος; τι δέλλω μέντοι;

Ωνδρος Βασιλεὺς; quid tibi meus ante bellum?

Posset & Euripidem in Bacch.

Φέρεται Σεπτέντη, ποτὶ δέλλω μέντοι;

Metu perierfecit, priusquam hastam tangeret.

Pulcherriù de ignauis dixit Claud. 2. Europ.

— iam signa, imbæ.

Molleſunt, iſos ignavia fluit in enſas.

Germanus ait, fieri allusionem ad illud Phylachi,

quod Plutar. commenmit, & Eustathius in 21.

Iliad. Extremi verba hæc sunt. Φύλαρχος δέλλω μέντοι, εἰπὼν παροιαὶ μάθεται τοῖς πολεμίαις συλληπταὶ.

Οὐ δέ τοι ποτε: *ὑπομένων αὐτῷ Κροῖσος Φύλαρχος quendam, ut imbellē reprehendebat, dicens paramiacum illud, militarem tubam neque in sonis audire scis.* Demum hoc allusum à Iuuen. Sat. I. aspitate eruditorum collegio:

— tecum prius ergo voluta

Hoc animo ante tubas, galeatum sero duelli

Promite.

Tuba primò funerum, deinde bellī.

Dies vna multa potest commutare.

14. TVBAM.] Cùm tuba ad mortuos pertinet, vt dixi sup. in hoc libro, dubitabam aliquando, an Romani instrumentum hoc à funeribus ad bellum traduxerint, vt si quis dicat, *tocar a morir.* Itaque foras origo prima fuit funerum, inde ad bella.

15. MVLTA DIES, &c.] Ab Enn. qui 7. Annal.

— multa dies in bello conficit vnu.

Et rufus multa fortune fortè recumbunt,

Hudquaque quenpiam semper fortuna fecuta est.

Eurip. in Oedip. *ἵμερα μελέσσας πολλὰς ἔχει: Dies multa habet mutations.* Heliod. lib. I. Hist. Eth. tractat locum hunc; sententia eius est, diem vnum in termiū plurimum conferre ad maximas mutationes. Hecuba apud Eurip.

Tὸν παντάς δέ τοι ποτὲ ἔν μέρειλε:

Vniuersam felicitatem abstrusit mihi dies una.

Ioan. Chrysost. Hom. 22. de ira. *γάλλοις εἴρει τὸ τέλος ἡ θάνατος: nefasim enim, quid sequens (dies) pariet.*

Nazianz. Orat. 43. *μία βοσκὴ καρφός (όποι) πολλάς φραγμάτων μελέσσας: Affert unicum temporis momentum*

multas rerum vicissitudines. Pind. Od. 3. Isth. ad finem:

Αἰών δὲ παντούντων

Αμέρειας δέλλω μέντοι εἰς

Εἰλαζεν.

Tempus autem, dum voluntur dies, alias aliam afferi re-

rum vicissitudinem. Theoc. eid. 4.

Οροῖς γάλλοις Βάτη, ταῖς αἰλίαις ἔστε ἀμείνον:

Confidere oportet Batte, forsan cras erit melius.

Ad mentem Poëtae omnino Liu.lib. 42. *Multa diem*

tempisque afferre posse, quibus non amissa modo recuperare,

sed timendas ultra his esse, quos nunc timere posse. Et Plin. cap. 40. lib. 7. qui elegantissimè, alius de alio indicat dies. Quia videlicet sequente die multa in melius

referuntur, quæ deteriora erant in præcedente. In-

de dictum Pindaro Od. 1. Olymp.

Διάρρηση δέλλω μέντοι

— Non erit auxilio nobis Αἴτολος, & Αρπι:

At Messapus erit, felixque Tolumnius, & quos

430 Tot populi misere duces: nec parua sequetur

Gloria delectos Latios, & Laurentibus agris.

b Eſt & Volscorum egregia de gente Camilla,

Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.

c Quod si me solum Teucri in certamina poscunt,

Idque placet, tantumque bonis communibus obsto;</p

- 440 Ille licet. ^d vobis animam hanc, sacerisque Latino
Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus
Deoueo. Solum Aeneas vocat, & vocet, oro.
Nec Drances potius, siue est haec ira Deorum,
Morte luat: siue est virtus & gloria, tollat.

ARGUMENTVM.

*Pars ultima, in qua docet satis esse auxiliorum in Italia,
& se deouet pro communi salute.*

EXPLICATIO.

CONTRA Diomedem, & Arpos eius urbem opponit validiora auxilia (nam hoc restabat Turno probandum) videlicet Messapum, Tolumnium, duces plurimos ab magnis viribus. Expende hic quapiam. Diomedes *Etolus* dicitur, veluti in contemptum, non fauet ille Graecus & imbellis. nam tales Graeci habitab Romanis. Ergo, huic imbelli opponitur Messapus, qui fortissimus, *Quem nego fuis igni cuiqueam, nec sternere ferro.* Huic infelici, quod ipse Diomedes de se praedicatorat, vt Legati etiam, opponuntur Tolumnius, qui felix. Demum huic, qui vnu est, opponuntur magni & plurimi duces. Sequitur. *Nec parua sequetur,* &c. id est, (ex mente interpretum) feliciora & fortiores erimus Graeci, nam breui tempore Trojanos vincemus, non vt Graeci, qui decennio, ac vix tunc.

b Vultis adhuc & validissima auxilia? adsunt nobis Volsci, & illorum dux Camilla cum equitibus, maior viris femina.

8. M A N D I T H V M V M .] Vide supra ad illud, &

humum semel ore momordi. Hic dabo formas, quas ibi

omisi, & promisi. Homer. *σαρπίδες εἰσειδεις.* & D

forma alia 6. Iliad. *οὐδὲ λαχεῖται γάτα*, à quo Apol-

lon. lib. 3. Arg. *καλαντούσι τοτε λαχευται.* Lycoph. in

Alex. *γατούσι τοτε λαχευται.* Nonn. lib. 11. *ισθητές γάταν*

διαφέρει. explica, *στρινεῖ, pressit.* Inuenio & duas alias

formas in Calab. nam lib. 1. *στρινεῖ μέτοι κάτιν,* & lib.

11. *γατούσι οὐδὲ λαχεῖται.* Quid Latinus? Omitto, petere,

oppetere, occubere, qua verba de cadentibus prono-

ore. Matius Poëta antiquus antiquo etiam verbo,

ille *hiatans herbas moribundo ore.* Solemne est verbum

mordeo, quod intulit Princeps Virgilius, à quo Ouidius, Claudius, Plinius. Primus lib. 9. Metamorph.

& arenas ore momordi. Alter de bell. Get. *Italiamque* E

momordit arenam. Tertius cap. 16. lib. 8. de leone:

Creditum est à moriente bimana mordere. verbum mando

hic habes.

9. S V P F O S S O .] Retulit ad stimulum, quo equus

fossus, vt lib. 6. *foderet calcaribus armos.* Possis etiam

ad alium, qui hasta traicerit. Itaque, Seruius, qui

explicat, *σφυρίον* & *cademī*, non placet. Potius

arriperem illud ejusdem legentis, *σφυρίον*, id est, catu-

ro. & adiicit: *σφυρίον* equi dicuntur, quos vulgo incipiata-

qui.

10. S V P F O S S O .] Retulit ad stimulum, quo equus

fossus, vt lib. 6. *foderet calcaribus armos.* Possis etiam

ad alium, qui hasta traicerit. Itaque, Seruius, qui

explicat, *σφυρίον* & *cademī*, non placet. Potius

arriperem illud ejusdem legentis, *σφυρίον*, id est, catu-

ro. & adiicit: *σφυρίον* equi dicuntur, quos vulgo incipiata-

qui.

tur, ac proinde & illum Camillam quod necesse in gyranter circulo. Ac tandem excepto tempore (*auxiliis intelligere*) in ictum insurgens, secundum semel & iterum impedit, qua arma, & osa penetravit, caputque precabundi aperuit, & sparsit cerebrum. Intelligo preces fusas post ictum primum, quibus contemptus, iterum illa ingeminauit.

^a In exultantem post cædem hanc Camillam fortasse Aunus incidit Auni Apenninicolæ filius, natione Ligur, neque in re belli, si res agenda esset fraude, postremus.

^b Instabat ita Auno Camilla, ut ille, cum videaret, se non posse cursu euadere, doli consilium cœperit. Itaque Reginæ obiecit, non tam virtute propria, quam equi, belli gloriani comparata: videbat quippe Aunus (hæc enim mens Poëta) Orsilochum viatum à Camilla simulata fuga, inde moneretur, ut equum relinquit, & pugnet pedibus, ut pateat cuius sit gloria.

^c Arsit Camilla furore irarum, quia viderat detrahi sibi glorianam interfici Orsilochi, quem viccerat dolo equi fugientis. Itaque equum dimisit, & pedes cum enī tantum & parva fortunam belli periclitari cum Auno voluit. vocat *parum parvam*, quam nullo insignita facinore. Ait *armis paribus*, quia ita congreßum putabat Aunus.

^d Apparuit tunc Auni dolus, nam statim non tam currere, quam volare visus, habens conuersis, & equo fatigato stimulis. Tò *anolat*, est, quæ inde volando ablatus. Vide verò, ut etiam *quadrūdum que ciuum*, etiam volet.

N O T A.

Statuta militaris.

^{1.} DVO MAXIMA TECVRVM CORPORA.] De militari statuta dixi alibi, adiicio Cedren. qui loquens de Belisario, ὅπλα τέ τοις αρδεστοῖς εἴησι, τοῦ πολέμου πατέσθαι.

^{2.} SEDENTIS.] Εὐδήλων, δικυρέων, ἐποχεύεται.

^{3.} LYCENT.] Cùm huic parti corporis det lucem, videtur mihi alludere ad frequens attributum, quo colla dici solent *lactea*, *nivea*, *candida*, *eburnea*. Sic de Gallis in 8. *lactea colla*, quem locum adi. & in 10. de Ascanio, *ceruix cui lactea*, vbi, quia *ceruix lactea*, ideo *ebur*, cum quo ea comparatur, *lucet*. Ait enim,

Lucet ebur, fusos ceruix cui lactea crines.

& de Venere in 1. *nivea ceruice refusit*, vbi *fugor ab nive*. Sic ergo hoc loco lux ab fulgente ceruice.

Pendens quis.

^{4.} DEPENDET PARMA.] Parmæ, clypei, pelte, parma, quæ, & talia loro illigantur, vt, cum necesse sit, neglectim gestentur, & pendeant. Plutar. in vita *Æmilij*. *πόλεμον τούτον τὸν τοιούτον μάρτυραν* ἀπέλασθε, ei δὲ τις ἦστι, τούτῳ τέχνῃ ἔκτος εἰς ἄντες:

Enea, nunc animo confidis tuo fortissimum te esse, è tigri rem gemæ, unde etiam femina imbellis pugnat cum hostibus. Si autem aliquis tuus, sustine extra murum armatus.

Imò mihi persuasi Virgilij sententiam pendere ab hoc loco, mutata tantum turri in equum.

^{5.} ELVIT GYRO IN TERTIORI.] Consulenda hic, quæ dedi lib. 5. ad illud, *Radit inerllum interior*. Sed roges, quæ fieri potuit, ut Camilla, cum ipsa fugeret, & illam Orsilochus sequeretur, dicas illum sequi subiicit enim, *sequiturque sequentem*. Solutio est facilis: nam *interior*; cum enim illa breuiore cursu gyros duceret ex summa peritiae, periferetque velut in centro circuli, factum necessarium, ut tandem aliquando sequeretur sequentem. Expli-

cti *interior*, finitior. Sic etiam Seru. & ita est verè. Sed de hoc iam lib. 5. Porro ab hac militaris artis techna sole explicare illud Tullij lib. 1. Offic. *Homines secundis rebus effraniatos* (alijs efferatos legunt) sibique

13. *Aequo*

^a 13. *ÆQVO CREDE SOLO.*] Vt 9. Æneid. dat. A re se æquo campo, quem locum vide. *Vero gloria, de quibus.*

^b 14. *VENTOSA GLORIA.*] Sophoc. in Antig. *βροτος εργανα: ventosum confitum.* Rationem huius attributum Liu. aperit lib. 42. *Quodam venosum ingenium*, quia *Perseus magis aura populvis erat*. Ergo ventosæ gloria, quæ plena est popularitate. Sic supra ventosæ lingua de Drance, quia videbatur reu populi agere contra Turnum. Sic & Ancus lib. 6. Æneid. quia abundus, & totus popularis, dicitur *gaudere auris*, illis verbis,

— sequitur i. d' anterior Aeneus

Aura de populo. *Nunc quoque i. m. nimium gaudens popularibus auris.* Quintil. Declam. 352. *Incerti populi aura.* Ennod. in Natali Sancti Epiphani. *aura popularis existimat.* In *Lectio Virgiliana.*

^c 15. *LAVDEM.*] Commodus est tentus, si ita legas, quæ si *περιστεραὶ* dependeat laus. Multi tamen enim contendunt, legendum *frumentum*. Nam *frumentum* in iure est etiam *maxima pars*, *dominus*, *detinens*. *περιστεραὶ* *πολεμοὶ*, *Ιοσές*, cui inanis faustitia afferat noscam. *τοις* sunt *Seru.* & *Gifan.* in Indice ad Lycum, qui autem hanc esse veterem lectionem & veram, Cicero, citante Seru. *Ne frumentis cūiā qui populus est ad companionem vocavit.* Sic *Sallust.* *Catil.* *Diem fratrum*, *ameguam sine fraude liceret ab armis discedere.* & *Lucret.* *frandi esse*, pro, danno esse. Schardius quoque idem notat ex Cufacio. Et ego in confirmationem ciudem lectionis noto dictum à Poëta fer. ut. *Sunt vero multi* (vide Schard.) *qui fraudem ducent* *πολεμοὺς φέρεν.* *Sic infra, frans perferet.* nam qui dolo & fraude agunt, alienum auferunt.

^d 16. *TRADIT EQVM COMITI.*] Duxit videbatur contumelia, quod obiectum fuerat, ideo equum relinquit, ut sibi spem fugæ præcidat, quod magni quoque duces fecerunt. Julius lib. 1. *Gall.* *Cesarpri- mium suo*, *deinde omnium è conspectu remotois equis*, *ut aquato periculo spem fugæ tollerer.* & *aquato* (air) *periculo*, vt Virg. *aquo solo*, *Spartacus* quoque apud Plut. in vita *Crassi*, gladio equum admotum confudit. Sed Virg. sententia ducta videtur ab Hom. Iliad. 8. vbi *Cebritones ad pugnandum ēν σφραγίσας θύρας* θύρα, *ex curru in terram defluit.*

^e 17. *ENSE LEVIS NVDO, &c.*] Dat Camillæ velitatem habitum, qualem velitibus dat Liu. lib. 38. de qua re nihil dico in tanta aliorum luce. Ait *nudo esse*, vt Nonn. lib. 21. *γέννησε σελασθραντα μαχαριά*: *mudanit fulgentia dorso machera.* Vide & lib. 9. vbi habetur idem hemistichium.

^f 18. *PVRA PARMA.*] Lege, ut illustres hunc locum, quæ dedi lib. 9. ad illud, *parmæque inglorius alba*. Ita verò dicta *pura parma*, ut ab Iuuenal. Sat. 9. *argenti vescula pura*, & ab Plin. epist. 1. lib. 3. in *argento puro*, & antiquo.

715 ^g *Vane Ligur, frustraque animis elate superbis,*

Nequicquam patrias tentasti lubricus artes,

Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.

^h *Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis*

Transit equum cursu, frænisque aduersa prehensis

720 Congreditur, pœnasque inimico à sanguine sumit.

ⁱ *Quam facile accipiter saxo facer ales ab alto*

Consequitur pennis sublimem in nube columbam,

Comprehensamque tenet, pedibusque euiscerat vncis,

Tum cruor, & vulsa labuntur ab æthere plumæ.

ARGUMENTVM.

Camilla pedes fugientem equo Aurum consequitur, & mactat ad satietatem: adhibetur comparatio accipitris cuius scierant columbam.

EXPLICATIO.

VOCAVANUM, vel quia frustra elatus superbis animis; quasi dicat, nequod & tu futiliter superbire. vel vanus, id est, verisimilis & fraudulentus, quod explicans addit,

Nequicquam patius tentasti lubricus artes.

Quasi dolus in bello vana sit umbra virtutis, non vera virtus: nam qui vincunt dolo, vincunt inani fortitudine. Sed qui veram seriem Virgilij amat, ita explicet: *Vanus*, quia frustra elatus. & quia frustra, ideo nequicquam tentasti lubricus artes, & quia nequicquam tentasti, ideo non fuiturus in columnis. Ne scilicet laetetur fallax pater fallacis filii, dolosus pater dolis filii. In voce *lubricus* allusum fortasse ad naturam serpentum.

Hac cum dixisset, ea velocitate volantem equum pedes ipsa anteuerterit, vt ignem dices, quo elemento nihil leuius, & celerius. Astitit equo e regione, nam hoc est, aduersi prehendit frenam, hominem interfecit. Et nota concinnitatem Poëta, quia dictum lib. 7. Camillæ cursu ne segetem quidem laedit, fit ut hinc equum volantem pedes ipsa anteuerterat.

c Comparatio & apta, & plena acuminis. Aptam, nam ut accipiter consequtur columbam in nube, id est, volantem: sic Camilla hominem equo volantem. Ideo enim sup. de Auno, auolat, quia adduturus hanc comparationem. Plena acuminis, nam videbatur potius vir comparandus accipitri, femina columba. Sed secus est: nam Liger verius erat femina, Camilla verius vir, inde commutatio. Dicitur accipiter *sacer*, quasi exsecrandus, & metuendus auibus, & obiter allusum ad Gracum ipsorum, aut ipsorum. Vox *pennis* videbitur alicui ambigua; vt accipiter dicatur assequi *pennis* columbam: vel columba dicatur *sublimis* *pennis*. Si me consulas, nihil ambiguum, nam omnis ambiguitas reponenda inter vitia est, & D ideo amanda ab auctore Latini sermonis Virgilio. Dicit ergo *pennis sublimem columbam*, vel ex nomine ipsum coniunctione. Denum expende viam descriptionem euisceratae columbae, stillantis cruoris, labentium plumarum. Videor nunc cerneare columbam hoc malo affectam inter vincos pedes accipitris.

NOTÆ.

I. VANE LIGVR.] Ab explorato hoc loco Ouid. lib. 9. Metamorph. ore Herculis videntis rapinam Nefi,

*qui te fiducia, clamat,
Vana pedum violente rapit.*

Et statim,

Haud tamen effugies, quamvis ope sudis equina.

2. PATRIAS ARTES.] Audiuerè quippe male Ligures. Cato 2. Orig. loquens de illis: *Sed ipsi unde oriundi sunt exacta memoria inliuerati, mendaces, quae sunt, & vera minus meminere. Nigidius, Nam & Ligures, qui Apenninum tenuerunt, larones, infidiosi, fallaces, mendaces. Vtrumque Seru. aduocat. Ratio videtur indicari à Nigidio. Nam qui montes habitant,*

A & sylvas, infidiosi, vt plurimū sunt, quod in hoc Ebro, & alibi astruxi. Ligures itaque, qui in Apennino, hi perfidi. Inde sup. signanter,

Apennincola bellator filius Auni, quasi tota frus ab Apennino. Quod Virg. patius artes, patrium ritum, patrium morem, Demosthen. sexissimum. *Cum audieris.*

3. AR TES.] Id est, dolos. Hac enim vox in hoc Ars pro do. us. Quidam. Declam. 30. menitus es patri, & amo. rem meritoris finisisti, plena est huiusmodi artibus vita, plena sunt eius theate. Circumscribuntur & seruorū artibus pares & mendacis filiorum. & Declam. 338. artes uercales. & Declam. 341. Mille artibus circumscribuntur. Hac exemplula, addenda aliis, quae alii.

4. NEC FRAVS TE, &c.] Ita cominodè legi post test, imò & citra vulgus. Nam quamvis fortunæ at- tribui soleat redditus in patriam, Virg. noluit forunam nominare, sed fraudem. Dixi hoc, nam non nulli legant, *Nec fors te, &c.* quia idem, *Sed queis fortuna negarit in patriam redditus.* Ita hinc aiunt, fors non te preferet in columnam.

5. PERNICIBVS IGNEA PLANTIS.] Sumpsit à Imitatio. Carullo, sed mutauit flammam in ignem. Ille itaque de Achille,

Flamea præteriens celeris vestigia cerne. Hanc celeritatem Soph. Antig. *καὶ τὸν ἐξαπατῶντα.*

7. FRÆNIS PREHENSIS.] Allusum fortasse hac vacula ad luctatorum *λαζην.*

8. QVAM FACILE ACCIPITER, &c.] Cùm ac- Accipiter. cipiter multis aliis auibus sit formidandus, vni im- comparatio. primis columbae. Ab hoc ergo timore sumpta compariatio Virgiliana. Eurip. Androm.

Πλειάδες οὐδὲν οὐδὲν φύγειν εἰσέβασται.

Columba viso accipire fugam capessit. Columba timor.

Lucret. lib. 3. specie quadam ironice,

Effugeret canis Hircano de semine saepe.

Cornigeri incursum cerui, tremereque per auras

Æris accipiter fugiens veniente columba.

Horat. Od. 37. lib. 1. *accipiter velut molles columbas.*

Hieronym. ad Demetriadem. *De agmine columbarum crebro accipiter unā separat, quam statim innadat, & lacaret, cuius carnibus, & cruento saturetur.* Ab his inimicitias consilium suum astruxit Calchas vates apud Calab.

lib. 12. vbi *ἴρητος οὐδὲν εἴλεται, accipiter persequebatur columbam.* Lege reliqua. Ab eodem Calab. lib. 1. Penthesilea dicitur esse facilis labor, vt captiatur ab Achille, *ὅτος ίρητος οὐδὲν, ut accipiri columba.* Apollon. lib. 1. Arg.

Oι δέ αλλοι εἰζαντες ὑπέρτειαν, οὐτε κίρκες

σκυνθετας οὐδὲν δύνανται πάλεαν:

Ἄλλον fugientes tremuerunt, veluti accipitres

Celeres turmatim tremunt columba.

Hom. Iliad. 15. ait Apollinem descendisse è cœlo similem *ἴρητος φασόφων, accipitri veloci occisoris columbarum.* Hom. idem de Diana loquens Iliad. 21.

φέρειν οὐδὲ πάλεα,

Ηρά θεά ίρητος κείλην εἰσεπέπειται πάλεαν:

Ἐνδιλος διμονος μηδέ τετέλεται:

Tanquam accipiter in montibus velocissimus volucrum

Facile volans post timidam columbam.

Has duas comparationes ad trutinam vocat Scal. & Accipitis,

Latino, vt solet, dar palmam. Denique inter notissimas animantium inimicitias solemnis est haec accipitrum, & columbarum, adeò vt Gracis ab hoc vni-

co timore columba dicatur simpliciter, & nulla re addita,

IN XI. ÆNEIDOS.

addita, *τετράποδος τε τετράποδος.* Inde Euripidem in Hecuba scribentem,

τετράποδος τε τετράποδος
Θεοῖς τετράποδος τετράποδος.
— adibus me quasi aenem
Cum terrorre hoc euolare fecisti,

de columba accipio; cùm prefertim addat *τετράποδος.* Hæc enim auis versatur in domibus. Notabis locum Iustin. lib. 27. vbi Ptolemaeus Hierax cognominatur, id est, *Accipiter*, quia instar huius auis inuolaret in alienas fortunas.

9. SACER ALES.] Non immerito visum Scruio al-

lusum ad vocem Græcam *ἱππος*, quasi *ἵππος*, quia haec auis nota est sacrorum peritis.

Huc pertinent, qua adduxi superiore Nota ex lib. 12. Calab. vbi ab hac

auie Calchantis augurium & cōsilia. Nec alto quidem sensu, quam ab auspiciis idem Calab. lib. 5. aquila vocat *ἱππος, σαρκαν αενem.* Vide vero vt auie hanc in re militari inferat Virg. vt alibi aquilam. Ita enim duæ volucres ad rem belli trahuntur, vt notæ rapacitatis. Hinc est, vt magni olim duces dici voluerint, non solùm *ἱππος, fulmine*, sed *ἱππος, καὶ ιππος, & accipitres*, vt auctor est Plutar. in vita Ariadne. Vide & Iustin. lib. 27. de Ptolemaeo.

10. SVBLIMEM IN NVBE.] Cycni ab Eurip. in Helen. dicuntur *οὐρανοις νεφελον δόροις: consores nubium confus.*

11. COLUMBAM.] Hæc una auis sepiissimum assu- Columba timidissima. mitur ad timidorum naturam explicandam. Inde illam dicensi absolute à Græcis dici *τετράποδος.* Soph. in Aiace,

Μέγαν δύνον ἔχω, καὶ τεφόειμα,
Ιπποῖς ως ὄμια πελεσα.
Sum trepidus & in metu,

725 **a** At non haec nullis hominum sator, atque Deorum Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo:

Tyrrenum genitor Tarchontem in prælia sœua Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.

b Ergo inter cædes, cedentiāque agmina Tarchon

Fertur equo, variisque instigat vocibus alas, Nomine quemque vocans, reficitque in prælia pulsos.

c Quis metus, o nunquam dolituri, o semper inertes Tyrrheni, quæ tanta animis ignavia venit?

d Femina palantes agit, atque haec agmina vertit? Quòd ferrum? quidue haec geritis tela irrita dextris?

At non in Venerem segnes, nocturnaque bella: Aut, vbi curua choros indixit tibia Bacchi, Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ.

Hic amor, hoc studium, dum sacra secundus aruspex

Nuntiet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.

D EXPLICATIO.

a VIDIT Iuppiter res perditas Troianorum, fessos milites, duces desides: vidit Camillæ gloriæ, ferocitatem, assaultantiam. Inde voluit Tarchontem

Tyrrenum, ducem excitare, qui milites acuieret, prælium reficeret, iras adderet. Obseruans nonnullis oculis, est, obseruans non otiosè, oculis non connuentibus, imò impigre, & oculis viuidis. rō, summo

Corda in Æneid. tom. 2.

ARGUMENTVM.

Verba exemplo firmat, nam in hostes incurrit, Venulum equo abripit: quod facinus, ut egregium, illustri comparatione exornatur aquila rapientis draconem, lacerantemq; in aere.

EXPLICATIO.

A OPERE ardore, quo milites reprehenderat, se in medium agmen concitato equo coniicit, moriuntur, & ipsa, vt mortui iam alii fuerant, qui in hostes incurrarent. Itaque noluit superstes esse suis. Sed aliter fata disposita, & eius virtus. Nam, vt erat ardore turbidus, Venulo se aduersum intulit, quem, quanta potuit vi, equo diripuit, complexus validè, transfluitque in suum equum, portauitque ante gremium. Nescio quæ hic latet coccinatus, nam Tarchon, qui erat in auxiliis Aeneas, interficit Venulum, qui petuerat auxilia contra Aenean.

b Ad infolium spectaculum, & virtutem penè ultra mortalem sublatus clamor omnium, conuersti Latinorum oculi. Tarchon in arduis toto volat æquore ferens arma & virum, id est, armatum virum. Erat Venulo hasta, cuius ferrum Tarchon diffingit, & nouum bellum genus inchoat. Tu expende quale esset spectaculum cernere. Venulū inter duros Tarchontis & hostiles complexus, & hunc quidem rimantem apertas ab armis partes ad inferendum lethale vulnus, illum contrā repugnatem, sustinentem dimouentemque ab iugulo illius dexteram, & vim viribus euitantem. An tu quicquam tezyuāt̄?

c Sequitur comparatio, quam nemo satis expendat, vbi species Tarchontis & Venuli viuidē representatur. Soler aquila draconem rapere, illi vnguisbus inhärente, ac totum implicare, ille contrā, vt semel est fauci, sinuosus se flexibus ac voluminibus versat, horret squamis, ore sibilat, altius insurgit: aquila vero lucifantem comprimit, vrgit, & tundit aduncitate rostri, neque ecclat interim à volatu: tam finge eam pugnam. Tum Tyrrheni ad Principis D sui exemplum audiē contra hostes incurrunt. Adicit Poëta etiam euēnum, quasi promitterent sibi eandem felicitatem.

NOTA.

1. MORITVRVS ET IPSE.] Talis ea Priami senis deliberatio 1. Aeneid. vbi denos ferunt moriturus in hostes. & Pallantis superioribz.

Hac ait, & medius denos prorumpit in hostes.

2. CONCITAT.] Equum admittimus intelligit, quem cursum cōtr̄vō vocat Iosephus lib. 1. Bell. Iud. c. 5.

Romanahistoria reperitata.

Similitudo historica.

3. DIREPTVM QVE AB EQUO, &c.] Volunti interpretates, atque etiam Scal. lib. 3. Poët. cap. 26. tractam hoc ab historia Iulij Caesaris, qui ita quoque ab hoste Gallo rapitus est, vt ipse in Ephemeride sua commemorat. In historia Hieropolymitanu apud Iosephum lib. 7. Bell. Iud. c. 5. quidpiam est simile, imò maius. Nam Pedanius miles Romanus, Iudaicus in fugam versis, cum iequo veheretur contra illos fugientes, tantum se inclinavit sedens ipse in equo, vt Iudaicum quandam raperet fugientem, gravem corpore, & totum armatum, talo pedis comprehensum. In quo facto ostendit (ait Scriptor) multum. sparsus et ierat, equestris perita. Simile facinus

A Romani militis apud Plut. in vita Camilli, qui sanè miles aperit uerēpōvōs ēpōvōs tēpōvōs, videlicet, molēris, valentior viribus hostem arripi sublimē. Apud Calab. lit. 1. si hoc est aliquid ad illustrationem Poëte, time Penthefilea Achilleum, qui

Hōm. pur μέλλοντα πεπελέμην εὐθέτης οὐτε
Iam ipsam à celeri equo abstrahitur era.

Apud Nonnum lib. 29. inducitur Bacchus simili virtute,

— περιέπεπεριβόστατά πέριποστα
Οδίον, διπέπτων, ἐν τετρά πεπελέμην

— ελαφεῖστος —
Rectum, altiuolum, dērias per vias
Indum attollens.

Sic & apud Hom. Illad. 16. dux quispiam alium
εἴλην ἐπέδειν τὸν αὐτοῦ πόλεμον —
Tricū super currum prebensim basi.

Et subiecte comparationem aptam reiſue, vt trahi solēt pīcīs pīcīs pīcīs hamo.

4. MVLTA VI CONCITVS AVFERT.] Iosephus in Pedani historiā, τοσκήν επεδειξαν της δεξιας τον πόλεμον, καὶ της λογικής σώματος. Ait videlicet, ostendisse illum hoc factō virtutem, firmitatemque dexterā, ac totius corporis. Et verē ad hanc rem necessaria vis, & multa.

5. TOLLITVR IN COELVM CLAMOR.] Duceit Ma- Imitatio, crob. c. 1. lib. 6. ab illo Enni,

Tollit in celum clamor tum exortus virisque.

6. CONVERTERE OCYLOS.] Lin. lib. 26. in bello Annibali loquens de bellica. Nauij virtute: *ingen* corpus erat, & arma horrefabant, & sublatum alie signum converterat ad spectaculum cines, hostiis.

7. VOLAT.] Quæstum verbum, nam comparatur statim Tarchontem cum volante aquila. De qua Virgilij obseruatione iam locis aliis.

8. ARMA VIRVMQVE.] Cūm hoc loco sententiā sit, quam attrui in Explicatione, fortasse ipsissima etiam est fauci, sinuosus se flexibus ac voluminibus versat, horret squamis, ore sibilat, altius insurgit: aquila vero lucifantem comprimit, vrgit, & tundit aduncitate rostri, neque ecclat interim à volatu: tam finge eam pugnam. Tum Tyrrheni ad Principis

fui. similitudo. D sui exemplum audiē contra hostes incurrunt. Adicit Poëta etiam euēnum, quasi promitterent sibi eandem felicitatem.

IN XI. AENEIDOS.

Zōo 17' ἀπεταιρύτα καὶ μὲν λιθοῖς χαρπαῖς,
Καὶ τὸν ὑπερισχετὴν τὸν διάβολον δεσπότην
Ιστρατικὸν δύνασθαι τὸν πόλεμον πεπελέμην.
Αλυπότες δὲ θύροι. —
Aquila altiuolum ad sinistrum populum continens,
Crucem draconem gestam vnguis immanem,
Viam adhuc palpitans, & nondum oblitus est pugna.
Percussit enim ipsam tenem ad peccatum apud colum
Renovatus retro, hoc autem à se deruisti in terram
Dolens doloribus. —

Vide, si placet, Tullium lib. 2. Diuinat, vbi Homericos versus connectit non insuauerit. Macrobius pessimo iudicio victoram dat Homero, Scaliger Virgilio iustissimo, quem si adeas, videbis & ridebis. Macrobius nugas, & admiraberis Scaligeriani ingenij felicitatem. Quantum enim inferior Homerus Virgilio est, tantum Macrobius Scaligero. Sed ego risam illam omitto, vt longissime producam, & adduco tantum ut Virgiliana comparatio respondeat rei proprieat, vt tu docearis imitari Virgilium. Venulum corripit Tarchon his verbis,

Direptumq; ab equo dextera complectitur hostem,
Et gressum ante suum multa vi concutes asper.

His paria sunt illa,

— rapum quem fulua draconem

Fest aquila, implicuit, pedes, atque vnguis hostis.

Deinde, vt ibi, volat igneus aurore T. webon, ita hīc, simul aethera verberat alis. Itaque agnosce volantem vrumque, Tarchontem & aquilam. Tereti Tarchon purus rimatur apertas, qua vnluis leb. de feru, vt aquila haud minus urget adunco luctantem rostro. Quartū, Venulus repugnat, & suflinet à jugulo dextram, &c. vt ferens versat sinistri volumina, horre squamis, ore sibilat. Sed quoniam hic locus proprius est imitationis, videamus utrū alij. Claud. in Bell. Gildon. ad vestigia Virg.

— fuliusq; tonantis

Armiger ad liquidam, cunctis speculantibus, ethram

Correptum pedibus curvis innexit hydrum,

Dumq; relinquantem mortis partitur obvno,

Hesit in vngue caput, trincatus decidit anguis.

Sil. lib. 12. de aquila contra serpentem,

Ilia hostem rostro, atque affuetis fulmina ferre

Vnguis incessus, &c.

Lator Silio Ouidius lib. 5. Metamorph.

Denique nūcūmēnē contrā elabiq; volantem

Implicat ut serpens, quem Regia suflinet ales.

Sublimenq; rapit, pendens caput illi pedesq;

Alligat, & cauda spatiantes implicat alas.

Ab Nonno etiam lib. 38. inducitur

Λιπτὸς ὑψηλεύεται φονεὺς κορύζων.

Θηραλέος ὑπέρχον:

Aquila aligrada serpentem cornuum ferens

Acutis vnguis.

Ac statim draco dicitur σφρόντης αἰλίττοντος

flectens (contra aquilam) audacem certicem. Plutar. in

vita Timoleontis, σφρόντης τοις ὕπερ τοις δια-

πεπελέμην: forebat draconem (aquila) vnguis confi-

xum. Natae omnes Poëtarum comparationes ab ini-

micitiis notissimis inter aquilam, & draconem. Plu-

tar. in Comment. de inuidia, & odio, notissimas ani-

malium inimicitias commemorans, ab hac incipit

tanquam à principe, πολεμεῖται καὶ θετοῖ, καὶ σφράγε-

ται. Nicander in Theriac. celebrat has inimicitias à

versu illo, τοις μόνοις τοις διατάσσον, &c. Inde & Soph. in

Antig. Polynicem aquila comparat, & partes The-

banorū, atque Eteoclis draconis attribuit, visus non

Cerdas in Aeneid. tom. 2.

A posse aliter melius explicare fraternas illas inimicitias. Aristot. lib. 1. Hist. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Plin. cap. 4. lib. 10. Aerius est cum draconem pugna, multoq; magis antea, etiam si in aere. Celebratricē Lacedamō. etiam Lacedemonij, quorum sigillum erat aero. g. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506.

- tum fatis debitus Aruns

760 Velocem iaculo, & multa prius arte Camillam
Circuit, & quæ sit fortuna facillima, tentat.
Qua se cunque furens medio tulit agmine virgo,
Hac Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat:
Qua vietrix redit illa, pedemque ex hoste reportat,
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat
Vndique circuitum, & certam quatit improbus hastam.
Fortes sacer Cybelæ Chloreus, olimeque Sacerdos,
Insignis longè Phrygiis fulgebat in armis,
770 Spumantemque agitabat equum, quam pellis alienis
In plumam squammis auro conferta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro
Spicula torquebat Lycio Cortyraia cornu:
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida: tum croceam chlamydemque, sinuque crepante
Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, siue ut templis praefigeret arma
780 Troia, captiuo siue ut se ferret in auro,
Venatrix, vnum ex omni certamine pugnæ
Cæca sequebatur, totumque incensa per agmen
Femineo praedæ, & spoliorum ardebat amore.
Telum ex insidiis cum tandem tempore capto
Coniicit, & Superos Aruns sic voce precatur,

ARGVMENTVM

*Aruntis dolus in Camillam, Chlorei armati venustissima
descriptio, Catilla ceca & inculta cupiditas.*

EXPLICATIO.

- C**ONTINENT hi omnes versus venatoriaam disciplinam, ad quam Poëta alludit, quasi Aruns prædam venetur. Inde sunt verba illa, circuit, remat, lufrat vestigia, pererrat hos, arius hos adiut, omnem undique circumuit & talia. Inde etiam Camillam vocat *velocem*, quo attributo possis ceruum afficere, & Aruns est cum iaculo venatorio. Explico nonnulla. Est Aruns *fais debitus*, vt intelligas non fore illi impunem hanc venationem, erat enim fatale mori illum, qui Camillam interficeret. *Multa arte*, id est, multa fraude. Sic *arte Pelaſga*. Ait *furuna facilissima*, id est, qua tutius, & ciuitius posset. Aruns *sabit*, vt qui cum dolo. Vocabula *furtum* noſtar bellī insidias. Sic *superprā*, *furta paro bellī*.

B Praeclarè Seru. locum istum intellexit. Queritur bona occasio ad mortem Camilla, ut Sacerdotem maioris Numinis conetur occidere, per quod quasi exanthoraur Diana fauor, interteniente majoris Numinis uacundia.

Ceo: partim Hippomatus ornatus, nam haec est *peregrina ferrugo*. Ita ex diuersis orbis partibus ducem istum exornat. Fulgor armorum varius erat, nam imprimitis ipse fulgebat. Arcus erat *aureus*. Claritudo mixta ex *istro*, & *ferragine*. Huc refer tunicae picturam, quæ ex *acu*. Ritum armorum attingit in arcu pendente ex humeris, in cinctione, qua crepantes finis carbasi collecti in nodum erant. Peculiaria ex Notis pendent. Exquisita hæc, & accurata descriptio pertinet ad illiciendum Camillæ animum, vt redderetur incauta, & ita tandem periret. Quippe quæ ingenio muliebri tota fulgoribus illis inhaeret, & minus sibi caperet. Nec alia est mens Poëtae.

En, quæ dicebam modò. Vides ut Camilla cœca, incœca sequatur *unum ex omni certamine*, ut ardeat amore præda, & spoliorum. quippe amore feminino. Ratio vero duplex. Prima, siue ut tpls preferret armia Troiana trophyi loco. Altera, siue ut se ferret in autro capitulo, cum venaretur. Indicat, quād sint feminae ia-

stantie cupidæ , & ihanis ostentationis. Ergo Aruns A tempus idoneum obseruat , cùm illa minus cauta, præmissis ad Deos precibus.

Notæ

- Debitus f-** i. **FATIS DEBTIVS.]** Eodem sensu κατέλεγεν φυ-
χλω dixit Iosephus cap. 3, lib. 1. Bell. Iud. id est, **damna-**
tam animam. Intellige fatum κατά μόρον. Fatatum enim
haec hor moris genus, cui oppone ὑπέ μόρον. Eo-
dem sensu, quo hic debitus, Horat. Od. 3, 6. lib. 1.

Placare vituli sanguine debito
Custodes Nymphae Deos.

AUNS H- 2. **ARVNS.]** Hic forasste Hetruscus genere, nam
Plutar. in vita Camilli meminit Aruntis cuiusdam
Hetrusci, sive Atrontis.

Venatio re- 3. **MVLTA PRIOR ARTE CAMILLAM CIRCvit.]**
Expliciti totum hunc tractum cum allusione ad rem
venatoriariam. Triplicem locum sumillimum in Virg.
inuenio ab hac eadem re; hunc, in quo sum, & illum
lib. 8. vbi Hercules,

— omnēaque —

Accessum lustrans, huc ora ferebat, & illuc.
Lege reliqua. Item illum lib. 9. vbi Turnus
huc turbidus, arque huc
Lustrat equo muos, adiuuūq; per aua querit.

4. **TENTAT.]** Posset Aruns, quod Horatianus il-
le Sat. 9. lib. 1.
Haud mibi deo, non desistam, tempora queram.
Est enim oratio haec tentantis omnia.

5. **QVA SE CVNQVE FVRENS, &c.]** Ab hoc ver-
su Prudent. in Psychom.

Qua se cumque fugax irrepidis fert curibus agmen.
Est apud Plut. in vita Pyrrhi quidpiam sumillimum.
Inducit Scriptor Italum quenpiam in bello ἐπιχειρεί-
σῃ Πύρρῳ, καὶ τὸν ἵππον ἀντιπαρέχειντο, καὶ συμμεθί-
σάδεσσον δὲ, καὶ συνκινέσσον, intentum uti Pyrrho, atque
infesto equo inimiciem; ac quascunque ferret & moueret,
semper affectantem. Ita vt aliis videns ita moneret
Pyrrhum: *Γε γὰρ εὐρὺ καὶ πορφητής τε τοπεῖς τονιζάτος με-*
σος ἀν καὶ θύρας, τες δὲ ἀλλες ἐπιχείρειν: Te unum in-
tuetur, tibi imminent spuriūm & animorum plenus, alios
omittit.

6. **VESTIGIA LVSTRAT.]** In Eclog. sua dum vesti-
gia lustro.

7. **QVA VICTRIX, &c.]** Inducit Aruntem Σονι-
κῶν. vbi ego noto miram poësim ex duabus per-
sonis, Arunte, & Camilla. Aruns obseruat Camilla D
vestigia, Camilla Chlorei: Auruns caute & cum do-
lo Camillam sequitur, cupidus vindictæ; Camilla
incaute Chloeyum, cupida spoliorum: Aruns perer-
rat omnem adiutum, omnem circuitum, vt vnam pe-
rat Camillam; Camilla rotunda agmen, vnam Chlo-
reum. Ita sunt humana, ille tibi insidias struit, tu
alteri.

8. **FORTE SACR, &c.]** Ductum fortasse ab
Iliad. 5.

Hv d'ris ēi Throeoī dāpns, ἀφνεοī, αρπα μωρ,
Ιεροī Ηρασοī:
Eras quifiam inter Troianos Dares, diues, optimus,
Sacerdos Ulcani. —

Virgiliani credo Sacerdotis imagine Valer. produ-
xit suum in autem lib. 6. ab illis versibus;

Indigenis sacratus aquis, magnique Sacerdos
Phaspidis, Arctis Achites errabat in armis.

Vide reliqua. Ab eadem imagine Prudentius Super-
biam in Psychom. illis versibus;

Foris per effusas inflata Superbia turmas.
Effreni volvabat equo. —

Epir. in Suppl. *οὐας κατά της σκληρῶν ἀρπές λέπτη.*
Aristophan. in Lysistr. ad explicandam apri iran, τοῦ
τοῦ δι' αὐτοῖς τὰς γένες φύσεις: *fluebat plurima per*
οὐρανού. Sed quid si etiam sudantem equum Virg.
intelligit? Nam ibidem Comicus,

Πολὺς δὲ ἄρτας
καὶ κατὰ τὴν σκληρῶν ἀρπές λέπτη:
Plurima etiam
Ibat σφυρι σιμιλ per crura.

B 11. **QVM PELLIS AHENIS, &c.]** Intelligit equum
cataphractum, aut cataphractarium. Et quidē equi-
tes cataphracti dicebantur, qui ipsi toti erant munici-
tate, atque etiam illorum equi. Quales equites de-
scribit Athen. lib. 5. *Ἐπιπτον κατά τοῦ αὐτοῦ ἔοικες μα-*
*ρον τοῦ ἐπλοκεῖ, & qualem Matisium Plutar. in Ariliti-
de, & μόρον τέρπα, καὶ μικραλεῖ, ἀλλὰ κατά τοῦ ἡγεμονοῦ,*
καὶ καλαῖς, καὶ σιδηρῷ κατέπιπρημον: non ταῦτα
πετύλι, & οὐρα, sed & reliqua membra habebat manuā
auro, art. ferro. Intelligit certè πανοπλία. Vide verò uti
Nazarius describat hanc formam in Pan. *Quae illa Cataphract*
fuisse dicitur species, quam atrox visu, quam formidolosa!
Operimento ferri equi atque homines pariter obsepti (cliba-
narii in exercitu nomen est) supernè omnibus testis equi-
rum petitoribus, demissa lorica, & crurum tenus pendens si-
ne impedimento gressus à noxa vulneris vendicabat. Loca
quapam Claudiiani de cataphractis supra attuli in
hoc libto. *Quae de cibaniis attigit Nazarius inuenies apud Amm. libro 15. & Lampridium in vita*
Alexandri.

C 12. **PELLIS AHENIS.]** Sententia est, equum Chlo-
rei ornatum pelle aliquius fere, qua pellis tota esset
concreta arcis laminis in modum pluma. Ita equus
Æneas lib. 8.

— quem filula leonis —

Pellis obit rorū profulgens vnguis aureis.
Statius lib. 4. equum producit velatum germe dicet
lyncois. De equo Superbia Prudent.

— quem pelle leonis —

Texerat, & validos villis ornauerat armos.

13. **IN PLVMAM SQVAMMIS.]** Plumariū hoc opus
attigit Sallust. citante illum Seruio. Verba Scriptori-
ris: *Equis paria experientia erant, que linteo ferreis lanu-*
nis in modum pluma adnexuerant. Hoc scilicet ante in-
uentos thoraces, qui essent, aut fusi, aut cusi arcis. In
Iustini lib. 14. sunt lorice plumata. & in Stat. lib. 11. tho-
rax plumatus. Ait enim,

Qua malis iam plumbis imus tegit inguina thorace.
Sed de hoc iam alij fuisse, ideo ego hic parce. Tan-
tum noto, cùm in autorebus legeris opus squam-
matum, posse te tutò intelligere opus plumarium, opus.
etiam si absit in dea vox. Nam Virg. adhibet squam-
mas in formam plumarum; vt cùm sit Plut. in vita
Luculli Θρακα πολὺ ἔχει τοῦ προτελείων θρακας: Cui
habens thoracem ferricum squammas refugientem. Nam,
cur non ista squammas in formam plumarum, vel ex
Virgilio coniungente vtrumque? Notò etiam, opus
hoc in vsu etiam extra squammas, & ferrum. Nam
Ammian. lib. 17. Lorica ex cornibus risis & leuigatis plu-
marum specie linteis indumentis imvere. Aut eundem
Amm. lib. 24. vt habeas causam plumarum huius ope-
ris: *Hocsterni ondique laminis ferreis in modum tenis pluma*
connectum, sidentimque, quod tela regensis ferri lapsibus im-
pacta resiliunt.

Aurum, sc
nebulia.

Ferrugo
Ibeia.

Purpureus
color in
bello.

Cortynos
vrbis.

Aurea
omnia ex
decoro.

14. AVRO.] Explicui de nebula, qua squamis A
nebulis perfusa, & intincta. Lipsius alter: *An quis aurum (inquit) squammis mistum? an quia ipsa squamis aurum innixa? Neutrum puto. Decepit illum vox conserua, quam iungit auro. Cùm tamen sententia sit, pellis conserta squamis alienis. Sed res hæc leuicula est.*

15. PELIGRINA FERRVGINE.] Hoc integro versu cape colorem, quem Hispani dicunt *mordio*, in quo est ferri color, & cum nitore. Est hæc enim vera purpura, quod in Georg. astruixi, nec vanc, vt credo. Vide, quæ dixi lib. 9, ad illud, & *ferragine clurus fibra*. Ea enim omnia & loco huc conuenient. Vtatum porrò veteribus purpurâ gestare in bello, prefertim hoc in vsu Lacedæmoniis. Vel quia hic color viros decet, ex opinione gentium. Vel quia idem hic color faceret, vt cognatione, qua est illi cum sanguine, minus vulnerata terrentur. Hac ratio est in Eustath. ad lib. 14. Odyss. vel demum, quia hic color iram acuit, vt vidi in Pluracho. Philostratus etiam in Epistolis ait paria fermè cū his, quæ iam scripsi. Ait enim gestarum in bello à Laconib. vel, vt εκτάλιστος τὸς πελεπίκης, τορνευτοῖς, vel, vt αγνώστῳ αἴμα τῷ κιναρίῳ τῷ βαζίῳ, sanguinem non agnoscere communione coloris. Utunque, color hic in bello visitatissimus est, vt probant Romane chlamydes, quæ purpureas, testæ Athenæo, & aliis. Aristophan. etiam in Pace adducit cassidem φωνίδα, purpuream. Deniq; notetur locus Platonis 12. Legum ad hanc ipsam rem. Σχολικὴ ἡ λεπτὰ φρίστονται θεοῖς εἰναι, βάρματα δὲ μη προσθέσθαι, ἀλλ' ἢ πρός τὰ πελεπίκην κορυφαῖς: Color albus præcipue decorus Deo est, in tua vero abficit, nisi à bellicis insignibus. Et quidem vox Graeca βάρμα ducit te ad tinctiōnem purpuream ex frequēti usurpatione, vt probat βαζός, vnde & dibapha.

16. LYCIO CORTYNIA CORNY.] Cortynos, aut Gortynos vrbis Creta, qua, vt tota Creta, sagittariæ diarie floruit. Inde καὶ ἔχοις σφιcula Cortynia. Plutar. in vita Cleom. βίλεται τοῖς τοῖς Κρήταις, & Plinius cap. 36. lib. 1. loquens de vls sagittarum: *principis hic usus in Creta. Sic & Lyci, ut in genere omnes Orientales. Inde arcus cornua ab illis sumit etiam καὶ ἔχοις. Sunt cornua in arcu, quæ postea Poëta vocat capita, eo versu, donec curvata coirent inter se capita, &c.*

17. AVREBS EX HYMERIS SONAT ARCVS, &c.] Aurea omnia ex decoro, qualia Eurip. in Phœniss.

Ως ὅπλοις χρυσέσσινον εὐπορηπής, γέρων,
Εἶσαι δύσια φλεγόθιν
Βολῆς αὐλίες—
Arnis aureis quam decorus, δὲ σηνεξ,
Matutini fulgurans sicut
Radij Solis.—

In ipsa auræ usurpata sepius voce, potuit hærente Calimacho, qui Hymno Apollin. ξύστοι dixit de induimento & fibula. & statim repetit, ξύστοι καὶ τὰ μίδατα, aureis etiam calcamenta. & absoluunt, πολὺς οὐρανὸς. Sed similia de auro loca adduxi lib. 7, ad illud,

Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
Tecti auro filium mandunt sub demibus aurum.

Qui duo verbi auro effulgent, vt hi, in quibus sum. E
Est enim istud venustissimum, aureis arcus, aureis caſſida fulvo in nodum collegerat auro. Tale illud Stat. lib. 6. Theb. etiam si de colore alio,

Ipsæ habiunt nubes, nubes dant colla ingales,
Concolor est albi & caſſida, & infusa criftis.
& illud eiudem, mutata materia alia,
Ferrea compago laterum, ferro arcta teruntur

Linnæa ferratis incumbunt testa columnis.
Ego aliquando ita lusi ad horum exempla,

Glares pellucens argento, argenteus annis,

Argenti rident per amona virginitas flores.

His amoenitatibus plenissimus est Plautus, vt cùm de die dicit in Capt. amoenitate amona amenes. & Catin. Mala male male monstram, & Epid. Quippe tu mihi aliquid aliqua modo alicunde ab aliquibus blattis. & Bacchidib. Bacchus Bacchus metu, & Bacchanal tum.

17. SONAT ARCVS.] Stat. 4. Theb.

—trux leua sonat arcus, & aspera plumis
Terga Cydones corylus arundine pulsit.

De Phœbo 4. Aeneid. Tela sonant humeris. De Hercule lib. 4. Epig. εὐρύτητος ἐν ἀριστῃ.

18. AVREA VATI CASSIDA.] Pari forma Pro- Cassida, per. Eleg. 11. lib. 3.

Avra cui postquam mudauit cassida frontem.

Norat Seru. ponit Virg. accusatiuum pro nominatiuo. Firmat cius mentem Passerat. in Propert. nam & Varro compedam posuit pro *comps*, & chlamydia pro *chlamys*. & Festus *Ionia* pro *Ionis*. Difficilis expeditio Poëtarum. Facilius expeditus, si dicas, formam esse harum vocum duplicum, vt inlecatum *cassis*, *caſſida*, & *cassida*, *casside*, vt & *comps*, *compedis*, & *compeda*, *compedæ*; & sic in aliis: ita tamen, vel altera formetur à quarta casu prima. Quod in verbis Græcorum visiratissimum, nam barytona multa formantur à futuris aliorum barytonorum. Festus ait: *Cassidam antiqui pro casside ponabant*. Ita enim Festi locū legit Luc. C Fruterius lib. 1. Verisim. cap. 5.

19. SINVS QVE CREPANTES.] Statius etiam in ve- Crepo, de
ste lib. 7. Theb.

—crepat aurea grandine multa

Palla.—

Hanc locationem assumpit Sidon. epist. 7. libro 1. crepantes adulatioñum bullas. Sophoc. in Antig. dixit ζεῦς τέλεσις χρυσέσσινον εὐπορηπής, γέρων. Et unius ἔργον τοῦ Θεοῦ
Εἶσαι δύσια φλεγόθιν
Βολῆς αὐλίες—

Arnis aureis quam decorus, δὲ σηνεξ,
Matutini fulgurans sicut

Radij Solis.—

D & in ea simus carbasos. Ital lib. 8. ait de Tybri, eum temmis glauco velabat amictu Carbasos. Cum glaucus color non multum abeat à croceo, videtur carbasus Carbas in hoc colore infici solita à veteribus, congruente in vnam rem utroque Virgili loco. Et quidem Chlorei chlamys fuit carbæta, ad eum modum, quo notat Plin. lib. 19. cap. 1. ad finem, induci ab Hom. pugnatores thoracibus lineis. vox Hom. 2. Iliad. est λινοθόρης. Sic ergo thorax Chlorei esse potuit ex carbæta linea infæcta colore croceo.

21. FYLVO IN NODVM COLLEGERAT AVRO.] Videtur hic nodus fuisse in pectore ex imitatione Prudentij Psychom.

Carbasæ ex humeris summo collecta coibat
Palla finu, teretem nectens à pectore nodum.

22. PICTVS ACV TVNICAS.] De pictura, qua ad pictura in acum refertur, dixi in 3. bis, & in 6. fennel. Consule. vestibus Ita accipio & Eurip. in Herc. ξύστοις φέρετ: aureis filii textum amictum, id est, pictum acu. Lazius inter genera chlamydum lib. 8. c. 10. pictam agnoscit, & eō reuocat verbum hunc Virgilij. Sed qui potest nam Poëta tunicas pingit, qua super chlamydem, non ipsam chlamydem,

23. ET

Barbari di- 23. ET BARBARA TEGMINA CRVRVM.] Id est, Phrygia regmina. Phryges enim καὶ ἔχοις di- eti barbari. Plut. in vita Periclis, βαρβαροί πόλις, de vrbe Troia. Euripid. in Helen. βαρβαροί πόλις, remo barbaro, de navigatione Paridis. ibidem, βαρβαροί χθονες, de Phrygia ipsa. Et in Androm. de ipsam Andromacha, βαρβαροί βαρβαροί. Vide 2. Aeneid. ad illud, Barbarico postes auro. Inde consequenter hæte tegmitta pista erant acu. Phryges quippe acu ptingere inueniente. Quod cui non tritum? Et quidem hoc argumentatio picturæ vestis confugio ad Phrygas. Nam, nisi hoc esset, Italica regmina intelligerem in Italico Sa-

cerdote, ex trito more, quo Italia dicta est, Barbaria;

Italia dicta
etiam Bar-
bari.

Non enim hec ptiliphagus operis fecit

Barbarus.—

Id est, Italus. Sed argumento, vt dixi pictura confugio ad Phrygas. Redeo ad Virg. Tegmen etiam de ro simili dixit Catull.

Mollia undata tollentem tegmina sive.

Et quidem in Virg. possum capere per tegmina barbaræ, non oreas, sed serica regmina, & acu pista, quæ super oreas: ad eum modum, quo super chlamydem iniecta tunica. Germanus ad *bracchias* refert, ex eo Taciti 18. Annual. *bracchias tegmen barbarum induit*. Ut velis.

24. VT TEMPPLIS PRAEFIGERET ARMA.] Dixi de hoc more 3. Aeneid. ad illud,

Ere cano clypeum magni gestamen Abaniis.

Hic audi Eurip. in Elec. vbi de Agamemnone,

—ὑπόπλοιον οἵ θητοί

Naon τέλεσις στούλα πλάτης αὐτορεπορτοί

—excelsis autem in

Temporis spolia plurima Barbarorum.

25. CAPTIVO SIVE UT SE FERRET IN AVRO.] Notat feminam κομπάδην διατέλειαν εὐρα, vt loquitur Plutar. in vita Luculli, id est, vanæ iactabundam, often tabundam. Virtus hoc mulierib; attingit idem Plut. in vita Periclis, οὐαὶ τοῖς θεοῖς τοῖς νεανίσκοις οὐαὶ τοῖς θεοῖς τοῖς νεανίσκοις: insolentis more mulieris, qua se preti

785 28. TEMPORI CAPTO.] Quod supra, arreptotem- pori Turni. Vide ibi.

29. VOCE PRECATVR.] Non est pleonasmus, sed modum explicat. Poterat enim precatio fieri missi-

uatione quadam. An voces pleonasimus, illud Di- donis in 4.

Hoc precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo. Non certe. Certè pleonasimus, cum sit vitiosus, no-

lo sit in Rege Poëtarum vllus, quantumvis illis Homerus scateat,

^a Summe Deum, sancti custos Soraçtis Apollo,

Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo

Palcit, & medium freti pietate per ignem

Cultores multa premimus vestigia pruna:

Da Pater hoc nostris aboleri dedecus armis

Omnipotens. ^b non exuuias, pulsæve trophæum

Virginis, aut spolia vlla peto: mihi cætera laudem

Facta ferent, hæc dira meo dum vulnere pestis

Pulta cadat, patriam remeabo inglorius vrbem.

^c Audiit, & voti Phœbus succedere partem

Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.

Sterneret vt subita turbatam morte Camillam,

Annuit oranti: reducem vt patria alta videret,

Non dedit; inque Notos vocem vertere procellæ:

Præces Arunis ad Apollinem, quibus petit cadem virgini, & reditum in patriam: cadem annuit Phœbus, reditum abnuit.

^a V OCAT initio Apollinem summum Deorum ex affectu, quo illum colit, sic postea omnipoës, ex eodem affectu. Nam aliquo Iuppiter credebatur ab.

NOTÆ.

1. ILLA MANV, &c.] Est hoc, quod de Pallantein*io*.

Ille rapit calidum frustra de vulnere relum.

Quod Hom. 13. Iliad. εν γεως οχι διατασσεν. vide dictum locum.

2. LABITVR EXSANGVIS.] Calab. lib. 1. de cadiente Amazone, η τοπ έλασσην. &, ιππελάσσην μελίσσων.

Dicit, solutam fuisse & debilitaram membris. Cum ait *exsanguis*, notat alborum, quo mortui pallent. Albor mor- tuorum. Prudent. de mortuis loquens hymn. 10. Cachem.

*pallida tabo
Color albidius inficit ora.*

Inde *albori* opponit statim Poëta purpuratum colorem.

Oculi labuntur in morte.

3. LABVNT VR FRIGIDA LETHO, &c.] Ait oculos labi in morte. Huc spectauit, ni fallor, Quintil. in prefat. lib. 6. vbi de filio moriente: *Tuofne ego, ο mea spes inane, libentes oculos, tunc in fumentem sanguinem vidit?* & Ouid. 3. Trist. Eleg. 3.

Nec mandata dabo, nec cum clamore superno
Labentes oculos claudet amica manus.

Æquales.

4. AEQYALIBVS.] Ita dicuntur aulico sermone, quos Hispani vocant *meninos*. De quo l'incipium more iam lib. 3. Ænid.

5. PARTIRI CVRAS.] Ea forma, qua super, *mecum partire laborem*, quia Phcedrus in fabell. *Amplexus ille virumque, & carpens oscula,
Dulcissimum in ambo charitatem partens.*

quem in locum vide Rittershus.

6. POTVI.] Non subaudio cum Seru. potui vivere, pugnare. Inde, potui, est ιδων, valui viribus, & potens fui bello. Nam tametsi à re nihil differat, multum certè ab energia.

7. VVLNV ACERBV.] Alludit ad immaturam mortem, & indebitam florenti etati; de qua iam lib. 6.

8. TENEBRIS NICRESCVNT OMNIA CIRCVM.] Nihil frequenter in Hom. qui sapissime de his oculorum tenebris in morientibus. Libo paucula ex uno lib. 13. Iliad. in quo sum, cùm haec scribo. Ergo,

*τρόπον Τροίων ἐπεινῆν γυναικαὶ καλύψασι:
— aliquem Troianorum obscura nocte regere.*

Et iterum:

*τὸν δὲ στόλος δοκὸν ἐπάλυψε:
— hinc vero tenebra texerunt oculos.*

Et post pauca;

*Τὸν δὲ στόλος δοκὸν ἐπεινῆν γυναικαὶ καλύψασι:
Hunc autem in oculis obscura nox cooperuit.*

Demum forma alia,

*— συγέρος δὲ αἴρει μητρὸς διέλει:
— tristes illum tenebra ceperunt.*

Euripides quoque milles hanc rem. Alcestis moritura,

*Kαὶ μην οὐκοτένειν οὐμα μόνον πεπίνει,
Aiqui nebris mei granantur oculi.*

Iterum:

— Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor

Sydera: deiecta crudefecit pugna Camilla.

Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrum,

835 Tyrrenique duces, Euandrique Arcadis alæ.

A *Σκοτία δὲ ίππος θεασιν νόον ἐπέφερε:
Tenebrosa nox adferit oculis.*

Et de moriente Hippolyto. *κατ' θεασιν κυκλέας μὲν οὐδέποτε, & de Polynice in Phenisi. ίδην γράμματα οὐδέποτε. Sed si queras imitationem Virgilij veram, ea sumpta est ex Calabro, cui has sit in toto hoc Camilla *imitatio*.*

B *Calala occasus, quod sic efficio. Camilla moriens ex equo fluit. Penthesilea θεος δὲ θεμέλιον τοπος. Camilla armis reliquit. Penthesilea εἰς θεολογον χειρὶς, μέλιται. Μετονομασθεισαν οὐδὲν οὐδὲν θεοντανταν. De Camilla, exsoluit se corpore. Penthesilea οὐτενλάθθι, μελίσσων. Vt Camilla feritur in pupilla, ita & Penthesilea. Vt Camilla nigritum omnia tenebris, ita de Penthesilea, εμφι δὲ οὐδὲ φθαληρούς οὐχισε.*

9. SVCCH DAT PUGNAE.] Mandata hoc versu similitudo contenta simillima sunt illis, quae habet in re simili historiæ. Polyb. lib. 3. vbi ad Tiberium mittuntur nuntij δηλεῖταις μηδὲ πλευρασίαιν τρόποι πολεμior, διόπειρος δὲ διενθείουν τρόποι πολεμένων, ιδην βούθειν τοις ιδίοις πράξισιν, ut certior fiat de hostiis aduentu, misericorde, que destinauerat, patria quam primum openferat.

10. LINQEBAT HABENAS.] Ita criam de morte. Lingue rient Hom. Iliad. 16. εν δέ άρπα χειρὶς ιντε ήχοισι: habenas.

C habene ex manibus defluxerant. & lib. II.

Εκ γὰρ σφίας χειρὶς φύγει οὐδεις στρατηγός:

Ex ipsorum enim manibus fugerant habena arrisiciata. Apud Stat. lib. 7. quandam equus suis, nec iam armata, aut frena tenentem portat. De moriente Pyrrho Plutar. οὐδὲ πονηται τοις ιντεσαις εἰς χειρες: habenas manus remiserit. Imitationem si queras, ea sumpta à Furio, qui lib. 1. Annal.

11. AD TERRAM NON SPONTE FLVENS.] Equo caderet hoc, quod in simili malo lib. 3. Georg. etiam si re.

D *Ad terrāmque fluit deinceps pondere cervix.* Imitatio. De Constantino illo, quem Phocas in bello interfecit, Cedren. pag. 570. Καὶ δὲ μην λεποθυμίας τῷ ἀντροποτρόφῳ δὲ πληγής, πίνναι τοξοτρίχα τῷ ἵππῳ: Inolerabilis vulneris vis, equo statim decidit, animo illum deficiente.

12. LENTA QVE COLLA.] In hac lentitie videtur spectare ad tacitam florum, aut papaveris comparationem, qua idem est virus 9. Ænid. in obitu Euryali.

13. POSVIT CAPVT.] Allusum ad verbum κατέπονο, moro, quod etiam in mortuis, & τοτεναι.

14. VITAQVE CVM GEMTV, &c.] Reddidit Imitatio. versum Hom. Iliad. 16.

*Ψυχὴ δὲ ἐν βέβεω πεπεινη, διδότης βεβηνες:
Adiuvans autem ex membris anima, iuit in infernum.*

Hoc ipso versu clauditur tota Æneis. vide, vt ibi illustrum. Qui moriuntur indignabundè, dicuntur Oppositio. mori cum gemitu, vt hic Camilla, cui morti opponit directè Theocrit. loquens de Adonide, Λεωτον δημόχον: emittens animam tenuiter.

15. Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor

Sydera: deiecta crudefecit pugna Camilla.

Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrum,

835 Tyrrenique duces, Euandrique Arcadis alæ.

b At

b At Triuia custos iamdudum in montibus Opis Alta sedet summis, spectatque interrita pugnas.

Vtque procul medio iuuenum in clamore furentum Prospexit tristi multatam morte Camillam,

840 Ingemuitque, deditque has imo pectori voces.

c Heu nimium, virgo, nimium crudele luisti

Supplicium, Teucros conata laceſſere bello.

Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam

Profuit, aut nostras humero gessisse pharetas.

d Non tamen indecorum tua te Regina relinquit

Extrema iam in morte: neque hoc sine nomine lethum

Per gentes erit, aut famam patieris inulta.

Nam quicunque tuum violavit vulnere corpus

Morte luet merita. e Fuit ingens monte sub alto

850 Regis Dercenni terreno ex aggere bustum

Antiqui Laurentis, opacaque ilice teſtum.

A sub monte alto, & exterreno aggere. notat aggestam terram in tumulum; ac clementum tumulum opaca ilice, ad maiorem cultum, & religionem.

ARGUMENTVM.

Æneas acies acris incubit, Camilla vieta, Opis Diana famula, que pugnas spectauerit, dolet ecclidiſſe virginem, pronuntiisque vltionem. Describitur sepulcrum Dercenni Regis.

EXPLICATIO.

a TROIANORVM vires Camilla vna confre- gerat, hac ergo vieta, illi lacabundi clamoribus infiungunt, & de nouo bellum recrudeſcit. Incumbunt omnes simul, Teuci, Tyrrheni, Arcades. Quibus verbis Poëta Troianos, & auxilia numerat.

b Conquicfit Poëta, à bellis intentus vni vltioni virginis. Meminerit Leitor supra in hoc libro vltionem interfictæ Camilliæ mandatam Opi ab Diana. Opis itaque (ait Poëta) pugnas spectabar sedens summo in monte. Eānque ait ingemuisse, & fleuisse ad Camilliæ occasum, vt primum illam, videnter furentum iuuenum fremitus multatam morte.

c Sequitur Nymphe flatus, in quo flatu ira ren- gerit Poëta, vt querat laudem Troianorum, etiam in aliena re. Nam mortem, qua multata est Camilla, vocat supplicium, quod persoluit, quia aucta est Troianos bello laceſſere: quali hi sancti fuerint, & à Ioue geniti, contra quos nihil erat audiendum. Inde sequitur, nihil Camilla profuisse (est hac magna conquetio) Diana cultum; nec gessisse pharetas, quas gestare solebant hitiū Deæ Nymphe. Itaque contra Troianos nec Diana ipsa potuit.

d Pergit ad solatium vltionis, qua decoranda est Camilla. Est enim honoris argumentum habuſſe paratam vltionem: sicut contraria indecorum, inultum aliquem cadere. Ita verò loquitur de Camilla, quasi ea sacra fuerit, ideo more luet, qui iuuenum corpus violavit vltionei. Sacra enim dicuntur violari.

e Describit locum, ad quem descenderit ē monte Opis ad occidentidum interfictæ Camilliæ Aruntem. Is locus fuit sepulcrum Dercenni Regis, qui vnu fuit ex antiquissimis Regibus urbis Laurentis. Erat itaque hoc sepulcrum, & ingens, &

D

f paratam vltionem: sicut contraria est indecorum, inultum aliquem cadere. Ita verò loquitur de Camilla, quasi ea sacra fuerit, ideo more luet, qui iuuenum corpus violavit vltionei. Sacra enim dicuntur violari.

g Sed nulla tunc illi vltitas in Diana sagittigatidu-

Liceat interpretibus aliquando voces tales confi- gere.

h Describit locum, ad quem descendit ē monte Opis ad occidentidum interfictæ Camilliæ Aruntem. Is locus fuit sepulcrum Dercenni Regis, qui vnu fuit ex antiquissimis Regibus urbis Laurentis. Erat itaque hoc sepulcrum, & ingens, &

I

j per dūmis, qui in sylvis, & lucis intelligit: hęc enim campi passim, sylvas & lucos intelligit: hęc enim campi pars Diana sacra.

k Hymero gessisse pharetas. Nota poëticos flexus, vt docearis. Hęc cum humero ticus.

l Cerdia in Ænid, tom. 2.

III 2 Ænid.

Eneid. Illa pharetram feri humeris. Ista notula ducent te ad imitationem Virgilii. Ad tuco exemplum. Possum ego ita imitari. Telum humeris pender Diue. Vel, Telu humero pender Diue. De ornatu porrò pharetrae, cum ad humeros, cum ad latus, alibi.

Morslinea. 9. EXTREMA IAM IN MORTE.] Ita 2. Aeneid.

Extrema iam in morte parant defendere telis.

Verè extrema mores, quæ linea rerum, ait Horat.

Acumen. 10. NEQVE HOC SINE NOMINE LETHVM.] Nota acumen. Lethum dicitur στρόγγυλον, ab obliuiscendo. Ergo ait, lethum hoc, lethum verè non erit, nam hoc est, non sine nomine.

Inultum morierat dedecus. 11. AVT FAMAM PATIERIS INVLTÆ.] Erat hoc plenum dedecoris. Inde Romanis Lucas obiicit, conuictos ad bella ciuilia, cum Crassus erraret umbra inimici. Ioseph. lib. i. Bell. Iud. cap. 17. τιμωρεῖ πάντας τὸν θεόν οὐκέτι Μαρτίου διώσον : οὐλευτοὶ μάνες Ὑρανοὶ, & Mariannae.

Deorum iusta. 12. NAM QVICVNGVE TVVM VIOLET, &c.] Nunquam atrocius mortales puniebant Diū, quād cūm violassent, quæ sibi essent sacra. Ita 2. Aeneid.

Nam si vestra manus violasset dona Minerua, Tum magnum exitum Priamo, Phrygib[is]que fuiturum.

Et suprà in hoc libro, — infanda per orbem

Supplicia, & scelerum penas expendimus omnes, videlicet,

Quicunque Iliacos ferro violauimus agros.

^a Hic Dea se primùm rapido pulcherrima nisu Sistit, & Aruntem tumulo speculatur ab alto.

^b Ut vedit fulgentem armis ac vanam tumentem.

855 Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum, Huc periture veni: capias ut digna Camillæ

Præmia: tunc etiam telis moriere Diana?

^c Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam Deprompsit pharetra, cornuq[ue] infensa tetendit,

860 Et duxit longè, donec curuata coirent Inter se capita, & manibus iam tangeret aequis

Læua aciem ferri, dextra nieroque papillam.

^d Exemplò teli stridorem, aurisque sonantes Audiit vna Aruns, hæsitq[ue] in corpore ferrum.

865 ^e Illum expirantem socij, atque extrema gementem Obliti ignoto camporum in puluere linquunt.

Opis ad ætherium pennis aufertur Olympum.

ARGUMENTVM.

Opis arcum contendit, Aruntem interficit, redit in ca-

EXPLICATIO.

^a ERYLORVM Dercenni descriptum ex occasione est, nam in eum tumulum Opis se contulit, Aruntem inde speculatura. In illis, rapido pul-

A Quasi Troiani agri sacri essent Diis.

13. MONTE SVB ALTO.] Scribit Seru. Sepulcrum apud natiōes, nobiles aut sub montibus aliis, aut in ipsi montibus. monibus sepeliebantur. Firmabis ex Lucano, qui,

Et Regum cineres exruēto mone quiescum.

Ex Iuuenale, qui Sat. 5.

Clinos & ucheris dum per monumenta Latina.

Inde sepulcrum à Græcis εποντας vocantur, ut quæ in crepidinibus. Credo falli eos, qui alio detorquent hanc vocem.

14. DER CENNI.] Alij Dercenni, aut Dorenni, Leuctro Vi. & Dorenni. Quidam etiam Steveni. Putatur fuisse giliana. aut Rex Aborigenum, aut fictum. Deest lux historiae.

15. TERRENO EX AGGERE.] Alludit Agger, de proculdubio ad sepulcrorum sepimenta, quæ diec- se bantur tumuli à tumore. Ita in 7. Agger compoſitum tumuli. Catull. de eadem re loquens, excelsa cunctarum aggere. Hac sepimenta siebant ex materia aut faxa, aut terra. Extremam inducit Poëta; de qua capiendus Plin. lib. 35. cap. 12. Quin & definitos se- multi sibi filium solis condi maluere. Non enim Plin. vrnam frictum intelligit, sed terrenum tumulum, intra quem inclusa vrna.

16. BVSTVM.] Ponitur pro sepulcro, ut etiam Bustum, pro ab Catullo, sepulcro. Cum tere excesso coaceruatum aggere bustum.

17. OPACQVE ILICE TECTVM.] Ex Arboribus dignitate & more. Strabo lib. 5. loquens de Augusto sepulcro, ait, ambitum sepulcri illius fuisse minus aliis constum, ērōtē q[uod] αἰγαλούς καὶ φύλακα.

IN XI. ÆNEIDOS.

tentio. Ita cornu illud duxit longè, ut capita inter se coirent curuata. Factum ab hoc longo curuamine, ut manus dextera, qua nerus tenebatur, papillam Nymphæ artingeret, atque adeò ipse etiam nerus: sinistra vero, qua tenebatur cornu, artingeret aciem, id est, cuspidem teli emitendi. Nulla arcus intentione esse maior potuit. Qui haec non percipit, meditetur secum gestum iaculantis, & capiet.

^d Ea fuit celeritas sagittæ, ut Aruns uno tempore puncto & ferrum tenet in corpore, & teli stridorem in adsonante aura. Hac est sententia, etiam si poëticæ aliter prolatæ.

^e Pertinet hac ad vltionem: factum enim permisso Diana, ut nulla cura expirantis haberetur à sociis, nulla cadaveris. Itaque relictus à suis est Aruns inter sordes pulueris. Opis statim in cœlum remeauit, nuntiatura, credo, Diana executionem facti.

NOTÆ.

1. NIL SISTIT.] Quod lib. 4. nicens Cyleniis aliis constitut. Lucret. lib. 6. dixit, Pernarum nisu, & postea, nictari, & infestare aliis.

2. VANA TUMENTEM.] Ετοίμα ἐδίστησα dicere Hom. καὶ δύσκολον, id est, καὶ ἔρωτα. Seru. explicat per νερον οἶται.

3. CVR, INQVIT, DIVERSVS ABIS?] Ita lib. 5. Quo diversus abis? Stat. lib. 7. Aquilonis histus in diversa ferunt.

4. PRÆMIA.] Species est ἔρωτα, ut lib. 2. premia reddant debita. Sic dona, & munera, ut lib. 10. illustrauit.

5. TUNE ETIAM TELIS MORIERE DIANA.] Triplex sententia. Prima nostra, quam iam adhibui explicans. Altera Seruji, qui ait respectum ad fabulam Niobes. Tertia Germani, qui ita concipit. Tunc etiam opprimere subito mortis genere, & à Diana, cum sis vir? Quia videlicet tarda Diana telis suis in viros vtebarunt. Illud verò de subito mortis genere explicat ab Eustathio, qui in 6. Iliad. ὅτι δὴ τῇ Κρτειδι, τετέστη τῇ σελήνῃ τὰς αἴφιδας θαράτους τῇ γυναικῶν αἰτιοθεσιν ἡ Ἐλληνικὴ δίξα, διῆλθε τοι, ώστε ὁ Απόλλων πλέοντας τὸν τρόπον τοιούτοις τὰς αἴφιδας: Grecorum opinio fuit, ut Diana, hoc est, Luna, fibita menses feminarum attribuantur, quemadmodum Apollini, hoc est, Soli, fibita virorum menses. Ceterum, cur arcus & sagitta dicantur Diana tela, quis ignorat? Tantum nota ex Pausan. in Attic. hanc Deam primam vnam arcu in venatione iuxta Ilissum amnem, in loco, qui Agra dicitur.

6. THREISSA.] Cur Opis ita dicatur, apparet ex Commentatione Seruji editi ex bibliotheca Pet. Danielis, qua tamen Commentatio mendis plurimi deformata est. Inde tamen elici potest, Nymphæ ex Hyperboreis venisse in Thraciam ad Latonam, ad educandam Dianam. Vna earum fortassis Opis fuit. Si quis melius conicet ex Scruio, audiam.

7. SAGITTAM DEPROMPSIT PHARETRA.] Ad verbum Hom. 4. Iliad. οὐλα τοῦτα φαρέται. Verbo alio Nonn. lib. 29. γυμνάζεται τοῦτα φαρέται.

8. DONEC CVRVATA COIRENT INTER SE CAPITA.] Est hoc, quod Hom. ii. Iliad. ὅτι τοῦτα πάντα ἀνείλεται, ubi τοῦχον posuit pro cornu. Nonn. lib. 10. βέλος δὲ οὐκτολάθη νερον ἀλλεν: intendit telum in neru ad circulum. Ut hic οὐκ ανείλεται, ita Cala-

Cerda in Aeneid. tom. 2.

Aber lib. 10. verbum ιενίλθο, ηενίλθη (inqūit) ἢ πέρα. Ad verbum Ouid. ii. Metamorph. Nec mora, curvauit cornu. In hastis verbo alio vultus Homeri. Iliad. i. 3. ἤχα ἐπινόσοιο, fllebebantur, contrahebantur, plicabantur. Nauius præclarè, cornutus auro, id est, curuat arcum aureum. Sidon. Paneg. Anthem.

Flexa reluitantes in cornua trudere neruos.

Ouid. 8. Metamorph.

Impositis calvis patulis finianerit arcu.

Hæc curuatio tota ad vim sagittæ emitenda, scribente sic Plutarchio in vita M. Crassi. ιενίλθη ὃς arcus ad πληγας, καὶ βασις διδόντες δέοντας πρατανον καὶ μετάνοιαν. λαρ, καὶ τὴ σολούτη τὸ καρπος ἡπακανούσον τὸ βέλος.

B δοστελλον: validas autem plagas, & violentias incusserunt ab grandibus, atque formis arcibus, qui ex toruſa flexura impellebant magna velutum. Ceterum verbum Impleo, verproprium artis huius si velis scire, est impleo. Dicitur arcus uniuersus, in curuatione reddit figuram Lunæ plena. Vegetius lib. 1. cap. 15. Major adhibenda solertia, ut (tyrones) arcum scienter teneant, ut forte impletum, ut dextera cum ratione dicatur. Sidon. epist. 2. lib. 1. Spicula caput, implet, expellit. Secundo est de arcu. Hinc illustrati potest illud Zacharie cap. 5. num. 13. Quoniam extendi milbi Iudam, quasi arcum: implusus Ephraim, id est, quasi arcum impleui. Euripid. in Rheso expressit per verbum iungo, nam tum plenus est arcus, cum iunguntur extrema: Versus est.

Z. δύναται κεράδες τὸ τέλος νερον: Inglite neruis arcus cornos.

9. CAPITA.] Sidon. epist. 2. lib. 1. Acceptum Caput, de arcum infinitatis è regione capiibus intendit.

10. LÆVA ACIEM FERRI.] Hunc laue manus contactum ad teli cuspidem, dextre ad pectus aut papillam, egregie excoxitauit Virg. cum Homero tantum dixerit 4. Iliad. per Virgi-

Nerum μέσον μαζεῖ πλέασαν, τοῦτο δὲ σίδηρος: Nerum quietem mammæ applicuit, arcu autem ferrum.

D Plebeium hoc esse iam censuit Scalig. Cum Virgilius multo illustrius complexus fuerit manuum æquale officium, simul & diuersum. Nonnus lib. 29. sententiam hanc dilatat hunc in modum:

Ἴον ἐλὼν προσλίπεται, καὶ εἰρησιν οὐδέποτε, Locorum similitudo.

Τέλον διπλοθόνος παλέμην πυκλέμενον δίκην. Ακροβάτην δὲ σίδηρον ἐρεισαμένον τοῦτο τρέψει.

Φέρεια νέρη πλέασαν γεννοῦν μαζεῖ: Capiens prominentem telum traxit confutum neruum, Arcimque incurvatum ab manu retro intende.

Summum vero ferrum firmans circa arcum Leibales neruis boum applicuit vicinem mammæ.

11. DEXTRA, NERVOQUE PAPILLAM.] Commodè hunc in locum adducit Germ. verba hæc Eustath. in 6. Iliad. οὐλα τοῦτα ἀρχαῖντα τὸ σίδηρον παλέμην πυκλέμενον δίκην.

Τὸ δὲ μέσον, καὶ εἰς τὸ δέξιον τὸ αὐτὸν ἐτείνει, νεοτερος, δὲ καὶ προστότητα τὸ τέλον πλέασαν γεννοῦν μαζεῖ: Isopet:

Sciendū fuisse veteris moris nerum mamma applicare, Aces iacuquidē Amazonum fuit, ut dictum est: recentioris vero landi mos, illum ad dextram usque aurem extendere, ut Procopius scribit in Libyorum præcio.

12. TELI STRIDOREM.] Ita Virg. stri- Stridore iacula. Dicam lib. 12. Dionis Chrylost. sententiam.

13. IGNOTO CAMPORVM IN PULVERE.] Hu- Insepultus. ius contumelie plenisimius Homerus. Vide & il- lud lib. 10. Iffīc nunc metuende iace, dñeūs ἀνθελέ-

III 3 dixit

mihi Poëta loqui cum animo vel ad ignem ingruentem, corripien temque omnia, vel ad fluum grafsantem, deuantemque. Poëta alij sibi non satisfaciunt, nisi expresse comparationes adducant: vnu Virgilius tacit illas insinuat. Annon, obsecro Trojanis, qui hinc inducuntur ingruentes infensi, corripientes omnia, ferentes metum ad mœnia, aptari possent versus illi. Aeneidos?

In fœgerem velui cùm flammæ furentibus Austris
Incudit, aut rapidus montano flumine torrens

Sernit agros, sternit f. i. leta, &c.

Est hac maxima poësos virtus, & nulli Poëtarum animaduersa. Sic lib. 6. audis,

penitusque necesse est

Multa diu concreta modis inolestere miris.

vbi torus ferro tendit ad infestiones arborum, vt iam explicui alio loco libri huius undecimi. Cùm libro 4. audis,

Quæ luctantem animam, ne quisque res fueret arius,
omnia petuntur ab athletis, luctatio, nexus, resolutione, ta-
cito athletarum nomine. Sic statim vbi legis, fumantes
pulvere campos, intellige puluerem comparari ad
fumi nebulae: & cùm subficit,

Continuoque incant pugnas, & prælia tentent,
videor cernere tauros duos volentes inire pugnas,
tentare prælia. Cùm ait alibi,

Cornu in vulnus, sonum siq. er armis dedere,
quis non videt cadentem arborem? Sic expende mihi illud Apul. lib. 5. vbi ille ita loquitur ad Venerem de filio Cupidine: An quod etatē porras bellule, propriea

Portare xta tibi semper puer videatur? vbi loquitur cum respectu ad
te, de vino:

Louis pot- 4. NAM SÆVA IOVIS SIC NVMINA POSCVNT.] Expressum illud prima Iliados, Διὸς δὲ τελείσθε βολὴ.
stas. vbi si pro, γρ̄ ex interpretibus notat Vrbinus. & sic Virg. nam. Sententiam similem repetit in Epigramm. quod est apud Demosth. de Corona, οὐδὲ θυγατρίς εἰ
Διὸς δὲ τελείσθε.

Campus in 5. CAMPVMQVE TENEBAT.] Nescio an satis ce-
bello de qua perit vulgaris Lector. Campus dicitur de æqua pla-
nicie, & cum oppositione ad colles. Vnde vinum
campestre, & collum directe opponuntur auctoribus
Rei Rusticæ, quod iam in Georg. Ergo, cùm Turnus

D dicitur defuisse colles, & campū tenuisse, perinde est, ac descendisse à vertice in planum. Sic lib. 9. non
aquo dare se campo. vbi aquus campus est planus, vtique
aequor. Hæc loca rōmus ὅπης vocat Polyb. libr. 3.

Campi ery- & idem simpliciter αἱ τοποὶ. Quin si erymon campi consideres, nullum aliud, quam planicies, vbi se
equi exercent, flectuntque in omnem partem, οὐ τὸν τῆ
κανθάνειν. Hesychius ait, hippodromus, & campum sibi
respondere. Sic campa, & campare, vbi erat equorum

flexus.

6. APER TOS.] Explica, liberos iam insidiis. Itaque
Oppositio. opponuntur aperta, & obessa loca, aut insidiosa. Sic op-
ponit Ioseph. lib. 1. Bel. Iud. c. 12. οὐραπλεύ-
ροι, & λοχώτες, loquens de his, qui se impuntunt, aut
aperto, aut insidioso bello.

7. SIG AMBO AD MVROS, &c.] Plutar. in vita
Similitudo Timoleontis. καὶ παῖς δὲ αὐτῷ μέτα σωμάτων, αὐτὸς δὲ
τον διεφέρειν, τοὺς οὐαὶς φέρειν οὐδὲν, τοὺς παρ-
ότας: Accidit autem forte fortuna, dum pro se marurat vices,
ut sub idem tempus adcesserit ambo.

8. AT SIMVL AENEAS FVMANTES PVLOVERE
CAMPOS.] Simile indicium aduentantium hostium apud Liu. lib. 21. Densus deinde incessu tot hominum, equorumque oris puluis signum propinquantium hostium fuit. Similiter in Epp. 8. Ann.

9. FVMANTES.] Ut hinc fumus in re pulueris, ita

Imque ferè puluis ad cœlum usq. videtur. Imò, iam puluis pro campo militari, vt in Horat. pul- Puluis pro
uere Troico, &c. in Val. lib. 1. puluere pugna. campo mi-
litari.

9. FVMANTES.] Ut hinc fumus in re pulueris, ita

Eurip. Troad. 10. δι' ιερὸν. vbi puluerem fumo puluere.

comparat. & Val. Flacc. lib. 6. αὐτὸν in puluere. Calab.

lib. 4.

10. SÆVVM AENEAN.] Fortem explicit Seru.

Gifan. Tunib. alij.

11. ADVENTVMQVE PEDVM.] Ad hunc versum

adtingit Hieronym. Colum. illum Enn. in Thyestes,

Sed sonitus aures meas pedum puluere increpat.

Et Lucretium, qui lib. 2.

— subterg. viuim vi

Exemitur pedibus sonitus.

Suprà:

Adventusque virum, tremuntque ardescit equorum.

12. CONTINVOQVE INEANT PVGNAS, &c.] Cùm Nox pu-
fentitia sit, dirempta pugnam à superueniente gressu
nocte, pertinet huic illud Hom. lib. 7. Iliad. vbi Idæus mit.
præco,

Nῦξ δὲ τὰ τελέαι, οὐδὲν δὲ νυκτὶ πιθεῖσθαι:

Nox iam ad ist. bonum autem nocti parere.

Et lib. 18.

Nῦξ δὲ τὰ τελέαι τοδινα τολμεῖσα:

Nunc quidem nox cessare fecit velocem Pelidem.

Eodem adhuc libro,

Ηέλος δὲ τὸν τελέαν τολμεῖσα Αχαιοῖς

Φυλέσιδος κατερπός, Εὖοις πολέμοιο:

Sol occidit, & cessabant dinimini Achini

Aforti conflikti, & bello simili.

Calab. lib. 10.

— τὰ γέρα πανδομα:

— à prelio enim

Nox nigra anomaut.

Nonn. lib. 24. Dionys.

Ηέλος δὲ αχαϊοῖς τελέαν τολμεῖσα έγχιθραν δὲ

Διεν τιτανῶν θυμαρίστης τανεῖσθαι δέηται:

Iam caliginosa extenditur nox, propè verò apparens

Pugnam reprimens fulget Heffers stella.

Plaut. Amphit.

Sed prælium id tandem nox diremit interuentu suo.

Mitto Ennium, Silium, Lucanum, quos alij iam ad
rem eandem composueré, & in quos ego incideram:
& profero loca aliqua Romanæ historiæ. Sic Sabi-
ni, & Romani: Romulus, & Tatius dirempti sunt
prælio nocte aduentante, uti narrat Dionys. libro 2.
Idem successus narratur in bello, quod habuit Ro-
mulus cum Veientibus. Id creberrimum in historia
Liu. libris 3. 21. 27. in historia Iugurthina Sallust. Ad-
duxit has historias ex gusto illorum, qui purant sepe
Virg. allusio ad res Romani Populi. Id si est verum,
fortasse in hoc peculiari successu spectauit ad histo-
riam Marcelli, & Annibalism, de qua Liu. lib. 27. Cum storia repre-
sentata, Mart. agno discessum est, cœtra exiguo di-
stantia Spatio raptim ante noctem permuniua. Nam Virgil.

nec longis inter se passibus absunt.

13. INEANT PVGNAS.] Re Etè monet Germ. di-
ctum ineant, & teneant, pro, iniussint, & tentassent, ex iniussent
Grecorum, & Homi. imprimis imitatione. Sic lib. vlt.
Odyss. οὐ νοῦστος θεος κολαστικὸς εἴη θεός, pro, θεόν
τεν δι.

14. PVGNAS, ET PRÆLIA.] Est hoc, quod Hom. sc-

pe, μεχρὶ πόλεμος Ι. 8. οὐλεμπίστη, & μάχεσθ. & Lucret. lium.

Et velut aeterno certamine prælia, pugnásque
Edere turmatim certamia.

15. ROSEVS PHOEBS.] Ita ludunt Poëta. Lu-
crt. lib. 5.

Dum rosea face Sol inferret lumina mundo.

Prudent. lib. 5. in Symmach. rosis vestit rotas adhuc,
& lora Solis,

Immotaque rotas, & flecti nescia lora

Aut ornat redimita ross, &c.

De Lucifero, Aurora, Iride, Venere, stellis aliis id
tritum.

Locorum si- 16. FESSOS IAM GVRGITE PHOEBS IERO-
militudo. &c.] Arripuit Sen. in Thyestes,
— nequit fessos

Tingere currus, nec firmantes

Sudore iubas mergere pontos.

Quem in locum Hispanorum fabulas iam Noster

A Deltius commeninit, qui affirmabat Solem in ex- Hispanorū
tremis Hispania occidere in mari, cum magno stre- antiquorum
pitu, veluti candēfero in aquā immerso. Cuius rei fabula.

aduocata estores Cleomeden lib. 2. & Posidonium
apud Strabon. lib. 1. quod putandus allusisse Aufon.

epist. ad Paulinum,

Stridebag, fredo Titan insignis Ibero.


Procedunt hæc ex duplice veterum ignoratione: pri- Solis fabula.

ma, qua putabant Solem esse ignitum ferrum, aut la- pidem flamma succensum: altera, qua credebant So- lem quotidie mori in mari, & eum, qui postero die

visebatur, diuersum esse Solem. de qua re ego iam alibi.

17. NOCTEM QVE DIE LABENTE REDUCAT.] Con- Oppositi.
traria sententia Eurip. in Rhei. οὐτέ πειρα φέρει. &
νῦξ οὐτέ φέρει φέρει.

FINIS LIBRI VNDECIMI.



P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
LIBER XII.

ARGUMENTVM.

CONVICVNT Latini culpam in Turnum rei male gesta, ille ardet & furit, poscirque ab Rege singulare certamen cum Aenea, resistitque monitis tam Regis, quam Amata, ac visum temporis Lanizia ardentiū furit, mittitque ad Aenean Idmonem, qui nuntiet singularem congressum, itque ad domum, ubi armatur: idem Aeneas facit. Interponitur luno monens Iuturnam, ut fratri saluti consulat. Procedunt ad fædus, quod ante singulare certamen solet feriri, inde Latinus & Turnus, hinc Aeneas & Ascanius, jurant Reges, maestantur hostiae, Iuturna dolos nequit pro fratre, turbantur omnia. Primus Tolumnius hastam iacit in Troianos, principium pugnae. Ab hoc initio sauitum deinde in bello acriter commisisti phalangibus fugit in urbem Latinus, & tolluntur raptim, que parata ad sacra. In ipso statim initio Aeneas vulneratur, cedit acie, Turnus animos capit, volitat, proterit, necat multos mortalium. Laboratur interim in curando Aenea, sed nihil ars proficit, & tamen diuina Veneris ope saluti redditur, reditque ad bellum: Latini ceduntur, & fugiunt, sed ille vni intendit Turno, quem cum non possit seruante Iuturna assequi, obuios quoque trucidat, ut etiam seorsim Turnus, donec integræ acies commiscentur. Adhibetur noua ineundi belli deliberatio, iubente Aenea, ut vrbis diruatur, que multipliciter oppugnatur. In hoc rerum articulo Amata sibi exitium suspendio facit, que calamitas mirum in modum omnia turbat, hanc ab nuntio Turnus accipit, ac statim decernit cum Aenea congregari, illum vocat ad singulare certamen, audit & adest Aeneas, incipitur congressus coniectis hastis, dein cominus nudatis gladiis, sed frangitur Turni gladius, & heret Aenea hasta, arma uterque recuperat diuina ope, redeuntque ad certamen. Hoc dum geritur, Iuppiter Iunonem hortatur desinat à fauientia Turni, paret illa, tantum petens, ut Latij nomen, Alba, & Rome perpetuum in Italia sit, abolito Troianorum: annuit Juppius, ac lata discedit Iuno. Hoc facto, ut inde quoque Iuturnam depellat Iuppiter vnam è Furiis mittit conuersam in noctuam, agnoscit Iuturna diram volucrem, ac proinde Iouis voluntatem, disceditque ab acie. Redeunt statim Aeneas & Turnus ad certamen, in quo Turnus vincitur, atque eius morte clauditur illustrissimum opus Eneidos.

Vrnus ut infraeatos aduerso Marte Latinos
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
Se signari oculis, vltro implacabilis ardet,
Attollitque animos. ^b Poenorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo: gaudetq; comantes
Excutiens ceruice toros, fixumque latronis

Impact

- Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.
10 Tum sic affatur Regem, atque ita turbidus infit.
Nulla mora in Turno, nihil est quod dicta retractent
Ignauit Æncadæ, nec, quæ pepigere, recusent.
Congredior. fer sacra pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanum dextra sub Tartara mictam
15 Desertorem Asiae (sedeant, spectentque Latini)
Et solus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat viatos, cedat Lauinia coniux.

ARGVMENTVM

Coniunctum Latinum culpam in Tiernum rei male geste, ardor, & furor, ut solet percussus leo positiq_z ab Rege singulare certamen cum Aenea.

EXPLICATIO

TRIPLEX causa ardoris, & iracundia Turn
Prima, Latinos defecisse, vt qui iam tot be-
lis fracti essent. Altera, qua efficacior, repofci à
promissa, id est, singularē cum Aenea congre-
gata. Tertia, qua efficacissima, sc omnium oculis figurari,
imbellum, & non audenter cum Aenea congre-
gata. Hinc ergo ardor implacabilis, & ira supra modum

b Comparatio apta ab leone, qui non solum sa-
cius est vulnere, sed etiam gestat fixum telum. Qui
ille tunc: *Monet arma, toros excutit, telum frangit impa-*
dus, fremit cruento ore. Talis Turni ira.

Eadem, quare reliquos, i.e. Regem adit, docē que, velle se congregdi cum **Æne** singulari certamine, nullam in se esse moram, nihil valituram ignorantiam Troianorum, qui id recusabant. Studiosi ha pro se Turnus, nihil enim recusabant Troiani, su fiets duce, sed hoc illis Turnus appingit & affingit. Pergit Turnus hortans Regem & compellans, v ferat facia, & fœdus concipiatur solemini verborum forma.

^d Ingens pollicitatio, dextra hac, deinceps, mittam se
Tariara, locum inferni profundissimum; eo enim ne-
cessè erat ire desertorem, id est, fugacem hominem a
prædonem: &c. Aſſe, id est, imbellem planè & effem-
inatum; nam tales Asiatici. Quod h̄i id non fecerit
habeat victos, ducat Latiniam. Quid Latinis? ſed am sp
Etēnique rem plenè tragicam tamquam ē theatro al-
quo; ego enim ſolus refellam crimen, non verbiſ, vt re-
felli in foro ſolent criminia; ſed ferro, vt in bello.

NOT.

- I. INFR ACTOS.] Senius explicat iniectos, nā efficiacius: vt qui antea semper iniecti & ap. nesci fuisse, Diam tandem aduerso Marte deficiant. Nolui hoc: nam nemo ita usurpat Latinorum, apud quos infracti sunt verē fracti ac vieti. Seneca de Breuit. vita cap. 5. infractam etatem Augusti vocat, cūm ille agebat annum circiter quinquagesimum octauum. & epist. 90. mollesque cantus & infracti. Valer. lib. 4. cap. 7. infracta fortuna homines magis amicorum studia desiderant, id est, Cerdia in Eneid. son. 2.

bit illud Luciani de Gymna
KKk

C O M M E N T A R I I

Multa manu : necnon aurumque , animusque Latino est.
 25 Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris,
 Nec genus indecores : sine me hæc haud mollia fatu
 Sublatis aperire dolis, simul hæc animo hauri.
 • Me natam nulli veterum sociare procorum
 Fas erat : idque omnes Diuiq; hominesq; canebant:
 Victus amore tui , cognato sanguine vietus,
 30 Coniugis & mœstæ lacrymis vincla omnia rupi,
 Promissam eripui genero , arma impia sumpsi.
 f Ex illo, qui me casus, quæ Turne sequantur
 Bella, vides: quantos primus patiâre labores.
 Bis magna vieti pugna : vix vrbe tuerimur
 35 Spes Italas, recalent nostro Tyberina fluenta
 Sanguine adhuc, campiq; ingentes ossibus albent.
 g Quò referor toties? quæ mentem insania mutat?
 Si Turno extincto socios sum accire paratus,
 Cur non incolumi potius certamina tollo?
 40 Quid consanguinei Rutuli , quid cetera dicet
 Italia? ad mortem si te (fors dicta refutet)
 Prodiderim , natam & connubia nostra petentem?
 h Respice res bello varias, miserere parentis
 Longæui , quem nunc mœstum patria Ardea longè
 45 Diuidit. ———

A R G U M E N T U M.

Oratio Latini ad Turnum, qua monet ut opes consideret, quas habet præter Regnum: neptias, quas habere potest præter Latiniā: Deorum, & hominum oracula, quæ iubent illam dari externo: clades, in quas coniecta est Italia: periculum vite, quod de nono imminet: euentus, qui varijs in bello sunt: senectutem patris, qui tunc erat Ardeo.

E X P L I C A T I O.

a Deo sedato corde, quia ad sedandos Turni imperiū. Itaq; eo verculo includitur habitus sequentis orationis.

b Exordium orationis, ubi & Turnum laudat, & reddit sermonis sui rationem. Laus in illis, præstans animi. Reddit rationem sui sermonis, cùm ait, velle se expellere casus omnes, ut qui metuat & caueat, quod pertiner ad senilem prudentiam: idq; eo impensis ab se præstandum, quo ille ferocius fecit.

c Ratio prima, qua argutissime negat illi sua Regna, quia iam sunt ibi Regna patris Dani. Deinde sunt ibi multa oppida capta manu tua. Ergo, si propter Regnum vis dimicante, habes paternum: si propter gloriam, multos virtute superasti ita Seru. sequitur, necnon aurumque, animusque Latino est. Quæ verba variè Seru. & alij explicant. Hærebo Turnebo ita explicanti, ut dicat Latinus: ut tibi sunt Regna tui patris, & alia oppida; sic mihi est aurum, & animus. Quasi dicar: Nec tu mei indiges, nec ego tui; non sunt necessaria ista nuptiae, ut tu mihi præsidium quæ-

A ras, non ut ego tibi. Sunt mihi opes & aurum; est animus ad tuenda mea Regna.

d Ratio altera. Vis Latiniā, vel quia adhuc virgo, vel quia ex Principe genere. Atqui sunt multæ aliæ innuptæ virgines in toto Latio, & adhuc in agris Laurentibus; & si non ex Principe genere, certè non indecores. Obiicit aliquis. Volebat Turnus dotatam Regno. Hoc iam excluserat superiore ratione, sunt tibi Regna patris Dani, &c. Ab his rationibus pergit ad tertium, ad quam præmitit simplicitatem dicentis, nam hoc est, sublatis aperire dolis, ut Turnus acquiescat, etiamque quæ dicturus est, molia fatu non sint.

e Ratio ergo tertia, quæ tota posita in vera narratione rei gestæ. Natam adiungere debui nulli veterum procorum, loquitur generaliter, ne putet Turnus sibi necti dolos. Ratio, quia id canebant Diui, propter Faunum; homines, propter vates. Vide vero quanta sit potentia amoris tui , cognati sanguinis (quia Venilia mater Turni, foror erat Amata) lacrymarum coniugis. Vietus his omnibus rupi vincla omnia religionis & fæderis, eripi genero Aenea promissam per Legatos filiam (sic habetur in septimo) sumpsi arma impia, quia in generum meum.

f Ratio quarta à præsenti, & futura clade. A præfenti, nam vides, & Turne, casus, in quos coniecti sumus; bella, quæ sequantur nos; labores, quos ipse imprimis patet. A futura, nam cùm bis magna pugna vieti sumus, sit proinde, ut vix tueramur fratres Italas. Argumento est Tyberis, qui adhuc calet nostro sanguine; campi, qui albent nostris ossibus. Hæc eod spectant, ut videat Turnus nullam fore in posterum recuperandæ potentie spem, cùm florentissimus quisque in acie ceciderit. Ait, recalent, ad indicandam frequentiam casorum.

g Ratio

I N X I I. Æ N E I D O S.

5 Ratio quinta, qua se insania coarguit, hunc in modum. Si, te extincho, necessariò mihi ascendiunt externi socij; cur non potius, te viuo, tollo certamina? nam Rutuli omnes, & Itali insanum me esse dicent, si te, nam meum petentem, morti (quod abit) obicerim.

h Inbet demum, ut consideret varios belli evenitus, ne eum ignauia tantum videatur arguere, ideo supra, atque omnes meueniem experiere casus. Post omnia definit in affectus vice epilogi, moxens ~~omnem~~ ab senecta Dauni patris, ab cuiusque lacrymis & mœstitia. Annebit Seru. longe mœstum, nam longè diuidit, non procedit, non enim Ardea longè Laurentio. Ut velis.

B verba hæc: Adolescens est, omnes cupidates, omnes impetus in hoc atque facilis conualescunt. Seneca in Octauia:

Inuenitis ardor impetu primo furi.
Horat.Od.4.lib.4. in bellis opponit:
— nec imbelli feruas

Progenerant aquile columbam.
Eurip.Poeniss. p.27. vocat aueniliter exultantem.
7. TANTO.] Noluit elegans Poëta vulgus sequi.
Alij tamquam, quamvis, tamquam, quamvis ab hoc (inquit) discessit. Nam cùm præcellerit quamvis, quamvis, tamquam subicit, tamme impensis. Hoc enim sublimius tanto, est, quam si diceret tantum. Non aspergetur hæc elegantiam, nisi citi aures limatissima.

8. ME IMPENSIVS AQQVM EST CONSULERE.] Se-
neca Octavia:

Principere nitem conuenit pucris senem.
Habes Lector in Latiniō typum prudentis, cuius est Prudentis manus, repræmtere ferocienter furem. Præclarè typus.

Homer. Iliad.8. singit, solam Minervam prudentie Deam, ausam fuisse louem alloqui vehementer iratum, cui sanè Dex post tot iras placidum se praebuit. Non malè huc referas etymon avulsa. Reges enim dicti non solum *βασιλεῖς*, sed etiam *ἀνδρεῖς*, vi-

spondet δὲ τοῦ ἀγένειον, quod se habeant prouide et diligenter. Eustathius in lib. 1. Iliad. *ἀνδρεῖς τιτανεῖς οἱ πατέραι τοῦ βασιλεῖον τῆς τιτανῶν, οὐχὶ θηταῖς, οὐχὶ εἰποτεῖς μόνον: Veteres vocabant Reges non solum βασιλεῖς, sed etiam ανδρεῖς, quod solici et effent præsubditis.*

Et quidem duo illa verba *ἴψε* & *με* capienda emphaticè, ut ipse Turnus iuuenis opponatur seni Latino, Prudentia in quo ab auctore senilis prudentia. Synclus lib. de in seibus.

Insomni, ita expendit Homerum. Kaj. Odysseus ἦρε τὸ τῆς Δίης γνώμην ἐπέβαλε τοῦ θεοῦ πρεξ, μάλιστη ὅτι

φρότε. Οὐ γάρ αρεῖ, καὶ πλεῖστα τοῦ εἰ.

αὐτῷ δίποτε τῷ φρεστερῷ, Οὐ τοῦ, καὶ γέ τούτου πλεῖστα εἰς τοῦτο εἰμια συντείνει τοῦτο εἴπειν, οὐτὶ συμβαίνει τοῦτο τοῦτο πάλιν γνώμην: Apud Homerum Deorum res ex arbitrio Ionis pendunt, quod

natu sit maior, plurique norit.

ob id nempe, quod natu sit grandior. Ad hoc enim statim mentionem arbitror in his versibus perinere, quod pro tempore diuinitate plura nosse comigerit. Præclarè dixit Euphr. in Phœniss.

Ωτεν, ν. ἔνδεινε τῷ γραμματῳ,

Ετελεῖες, φρότεστι. ἀλλ' οὐ μακεῖται

Ἐχετι λέχει τούτων φρεστερον;

Οἱ οἱ, οὐκ οὐκαντεῖται

Ινσιν Ετελεῖες; sed experientia

Habet aliquid sapientius dicere, quam inuenies.

9. SVNT OPPIDA CAPTA MVLTA MANV.] Manu cape-

Intelligit Turnum fuisse *ωτρησιπα*, & *ωτηρησι*. vide.

que dixi lib. 3. Georgic.ad illud,

Educi rapta manu dixerit ex hoste trophae.

10. SVNT ALIA, &c.] Locus Homeri, qui ore

Imitatio. Achillis Iliad.9.

Πολλαὶ δὲ Αχαιδεῖσιν τὸν Έλαστήτα τοῦ Φθινού

Κρητας δεσμον, οὐτὲ ηλιαθραζυρατα,

Ταῦτα λοιποι φίλων τονθοποι οὐτεριν.

Μυτια αυτην Achille sum in Graciatique, Pthitha-

que

Filiæ Principum, qui ciuitates tueruntur,

Hæram, quam valuerit dilectam faciem uxorem,

Putat & Vrsinus adiectum animum ad Theocrit. in

Dioscur. vbi præmissa mentione multarum prouin-

ciatum & vrbium, subicit,

K K k 3

furo Tuini. Joseph.lib.1. Belli cap.17. &c. *aviles* in op. A
In *is*, *ceteris* *erat* *offeratur* *sua* *inmedicabili*.
Q. incipit, 5. *SIC INCIPIT ORE.*] Non est pleonasmus, ni-
non pleo-
nasmus.
se tandem os fungi suo munere, quod prius clausum
pra ira cundia.

6. *QUAM PRO ME CVRAM, &c.*] Valer. Flacc. lib.7.
I precors, atque vitum pro me dimittit timorem.

Ceterum oratio Turni conferri queat in homines,
qui ruunt in suam perniciem, neque acquiescant
salutaribus consilii.

7. *LETHVM QUESINAS PRO LAUDE PACISCI.*] Lethem pro
laude pa-
cisci.

Ita in *viamq; volv pro laude pacis*. Neque contraria
est sententia, etiam ibi *viam*, huc *lethum* dicat.

Nam sententia est, emendam laudem ipsa vita, ipsa

morte. Omnino quod Terent. Phorm. scen. 3 aet. 2.

Ita me Di g bene ament, ut mibi liceat t. undiu, quod amo,

frui.

Iam deprecisi morte cipio.

Et Proper. Eleg. 16.lib.3.

Tale mors preio vel si emonda mibi.

Lege loca que dedi lib.9. Aeneid. ad illud,

qui vix bene credat emi, qui tendis bonorum.

8. *E F NOS TELA PATER, &c.*] Tale illud Hom.

Iliad. 20. ore Hectoris ad ministratum Achillem, *in te*

et ipso bēlos dēcū: meum est accūm telum. Neque abie-

illud Acamantis 14. Iliad. contra insultantes Gre-

cos,

Oū θη διον γε πόνος τ' εατραις & διδύς

Ημην, κλλαδ' πολ' αδε κατακρατεῖσαι & υμας:

Non quidem solis labor erit & luctus

Nobis, sed aliquando sic occidemini & vos.

Notus verius Ouidianus in epist. Paridis.

Et mihi sunt vires, & mea tela nocent.

Diomedes lib.5. Iliad. ad Mineruam fugam sibi ad-

hortantem, *έτι μοι ἔπεισθε τοῦ : αἰδού μιῃ vires sum*

integra.

9. *LONGE ILLI DEA MATER ERIT.*] Solita dari

ab heroicis Vatibus Numina heroicis viris ad horum

custodiam, vt cum ait Homer. Iliad. 20.

Aīt οὐδεποτέ οὐδεποτέ λογίον ἀπίστων:

Semper enim adeit vires Deorum, qui perniciē auertat.

Plena tora Iliai huius moris. Hoc ergo longe esse ab

Aenea vult Turnus, alluditque ad locum lib. 5. Iliad.

vbi Venus eripit. Aenean filium Dionedi. Sententia

Virgilij similis illa Statij 3. Theb.

At Regina noua pugnae conterrata forte

55. *Flebat, & ardenter generum moritura tenebat.*

b Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amata

Tangit honos animum: spes tu nunc vna senecta

Tu requies miseræ: decus, Imperiumque Latini

Te penes; in te omnis domus inclinata recumbit;

60. Vnum oro, desiste manum committere Teucris.

c Qui te cunque manent isto certamine casus,

Et me Turne manent, simul hoc inuisa relinquam

Lumina, nec generum Aenean captiua videbo.

A R G U M E N T U M.

Armata Turnum obtestatur, ne cum Troianis pugnet,
nam eo extincto, in quo Regia totius fulcrum, ipsa quoque

habuerat est vita exstinxit.

— *procul hac tibi molles*
Infula, terrificique aberit clementia Phabi.
De locutione ista longe erit, pro longe aberit, lege Mu- Long effe-
retum lib.10. Variar. cap.4. vbi & locum Iulij corri- git lib.1. Gall. longe his fraternum nonen Populi Romi- fum, non abfutrum, ut vulgo legitur, quia videlicet Virg. longe erit. Id ipsum sentit Lips. 2. Elec. Sed certe vulgaris lectio Iulij retineri potest, neque locus ille ea eger medicina, ut etiam putat Vrbinus in Notis ad Iulium, nam Ouid. 4. Metamorph.

— *longe tibi Iuppiter absit.*
Longe aberit.
Et Tibull. Eleg. 5.lib.1.

At nihilo nunc longe gloria fortis absit.
Cicer. etiam epist. 22.lib.12. longe gentium absunt. Quæ ista licentia trucidandi auctores Larinos? Ecce, quia Virg. dixit longe erit, pro longe aberit, nemo iam tuto potest dicere longe absit. Sunt hec aei huius monstra. Ceterum ab Nostro Plin. in Paneg. Longe tunc illi diuinitas sua, &c.

10. *NVBE FVGACEM TEGAT.*] Calab. lib.2. *άχλινη* Nube teg-
θεσσον κεκαλυμμένη: *τεττη* densa caligine. Homerus ta-
men 5. Iliad. ad quem locum hic alludit Poëta, ait
Venerem texisse filium, cum extenderet *ώντες λαγη*,
& *ώπλοι φανη* *πτύημα*: *υλης candidas, pepli fulgidi*
plicaturam. De nube tacet, & hanc dat postea Apolli-
ni, qui Aenean à periculo eripuit *κανέναν ηρώην*. Quem
vero hic *fugacem* Turnus, supra *deserto* dixit.

11. *SESE.*] Cùm sententia videatur petere id ac-
cipiendo de Aenea, quem Venus texit, tamen particula se ad Venerem nos ducent, considerata vi Virgilii. Grammaticalis reciproci. Hinc est, ut aliqui Virgi-
lum defendantur. Sed videant, an vero Poëta eas parti-
culas ad Venerem referat: nam cur non Venus cre-
atura natum sele vmbritis occultaret? dicente Cala-
bro lib.3.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*
— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

Neque vero necessaria auctoritas, cùm sciamus, Dij. tecum
Deos vt plurimum, rectos caligine apparuiss. Ergo Di. tecum
aīt Poëta: Longe erit Venus, qua tegat natum, qua
se ipsa occulat. Imò ita plenior erit sententia, nec bis
dicet rem eandem, quod esse vitium omnes faten-
tur.

Locorum si-
militudo.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

— *quando mibi cor anguratur*
Esse Apollinem, eum qui horrenda latet caligine.

— *έτεινεν τοι μοι πητερ θελπεν*
Ερμηνει *Απόλλωνα λυρη* *κεκαλυμμένον οφῆι*

COMMENTARI

—ἀλλα σ' ἐγώ γε
Παντάς θεούς κέλομαι, μή δὲ ξενθός Μενέλαος
Αντίσιον πολεμεῖν πολεμάσθηκε, μή δὲ μαχώμενος:

—sed te ego

Cessare in beo, neque flano Menelao

Hōstem te in bello, & pugna prabere.

Manum cō-
mittere.
Locorum si-
militudo.

A **Quores cumque cadent, vnum & commune periculum,**
Vna salus ambobus erit.

Et Propert. Eleg. 18. lib. 2.

Viam si viuet: si cadet illa,cadam.

Plaut. Mostell. Si cades, non cades quin tecum ca-
dam?

12. INVISI.] Quia lumen, ideo invisa. Huic, lu-
men relinquere, opponit Virg. 2. Georg. solis in oras lumi-
nis, &c. 7. Aeneid. ed. sub oras lumenis.

- a** Accepit vocem lacrymis Lauinia matris,
Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
b Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa: tales virgo dabat ore colores.
c Illum turbat amor, figitque in virgine vultus,
Ardet in arma magis, paucisque affatur Amatam.
Ne quæso, ne me lacrymis, n'cve omne tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem
O mater, neque enim Turno mora libera mortis.
d Nuntius haec Idmon Phrygio mea dicta Tyranno
Haud placitura refer. Cum primum craftina cœlo
Punicis inuecta rotis Aurora rubebit,
Non Teuqros agat in Rutulos, Teucrum arma quicscant
Et Rutulum, nostro dirimatur sanguine bellum,
Illo quaratur coniux Lauinia campo.

ARGUMENTVM.

*Visa tum temporis Lauinia (cuius pulchritudo ex occa-
sione describitur) ardorem Turni acris incendit, qui Amata
lacrymas verbis castigat, & ad Aenean mittit Idmona
nunniatum singularem congressum.*

EXPLICATIO.

- a** SERVIVS sic ordinat. *Lauinia accepit vocem ma-
tris, perfusa lacrymis flagrantes genas. & deinde,
cui rubor subiecit ignem, pro, cui ignis subiecit rubo-
rem, nam hypallage est, inquit. Neutrum placet.
Non primum, quia indignum est tanto Poëta nesci-
uisse voces aliter disponere: non alterum, quia non
necessarium. Ego sic explico. *Accipit Lauinia matris
vocem vna cum lacrymis, id est, & vocem, & lacrymas,
nam respicit illud, Turne, per has ego te lacrymas. His-
panè, oyo que suamadra dabo voce cy quelloraba. & infra
fit mentio lacrymarum Amatae, ne quo n'cve lacrymis,
nunquam Lauinia. Pergit, perfusa genas flagrantes, id
est flagrantia & ardore perfusa genas. Fateor hoc es-
se difficultius. Sed mauolo Poëtam difficultem, quam
stupidum. Mihi tamen difficile non videtur. Nam,
cur non poëticè quisquam dicat *indurus corpus sola,
caput galea*. Sic etiam egregie & poëticè dicam, per-
fusus midentes oculos, pro, perfusus oculos madore. Procedit.
Adeo verò plurimus fuit rubor & flagrantia, vt i-
guem subiecerit toti corpori: quasi rubor multis**

B penè in ignem.

b Sequitur comparatio. Vidisti ebur perfu-
sum purpureum, aut alba lilia permista multis rosis, &
veluti ab istis ruborem trahentia: ergo, tales virgo da-
bat ore colores, mixtos scilicet ex candido, & purpureo.
Ordino multarosa, non lilia multa alba, vt male Ser-
uius. Illud meum multo opportunius.

c Est hoc hysterion proteron. Ex fixis oculis in
virgine sit illi turbatio, ac proinde ardenter ad
bellum. Itaque statim à virgine conuersus ad Amatam, petit ab ea ne ploret. sunt enim lacrymae aduer-
sum omen eunti ad bellum. Adiicit: neque enim Turno
mora libera mortis, id est, detrectare pugnam hanc non
possum, cundum mihi vel ad certam mortem est, res
hæc non mihi est integra. Nescio cur Seruius dicat,
locum hunc esse insolubilem. Est enim oratio hæc
effrenati & precipiti hominis, inquit Turneb. qui-
que obstinato est animo ad mortem.

d Nauctus Turnus egregiam occasionem ostendit
amoris sui erga Lauiniam, vt videat illa & audiatur
nullum pro ipsa detrectari periculum, conuersus ad Aenean
perferre, vt sequenti statim die exercitus à bello cel-
lent, & arma militum conquiescant: nam meo (in-
quit) & illius sanguine bellum dirimi necesse est, co-
campo queretur vxor Lauinia, singulari inter nos
duos tantum congressu.

NOTÆ.

- 1. ACCEPIT VOCEM, &c.]** Tria loca innuenio in Locorum
Statio, quæ fluxere ab hoc Virg. 3. Theb.

At gemi

IN XII. AENEIDOS.

A enim nulli sunt infectores choris. Imprimis ma-
gnus pondus Virgilius ipse, qui hoc non diceret, nisi
ars his aliquando suisset. Sed produco alios. Hom.
4. Iliad.

Δέ δὲ ἔτε τὸς τρίτου φοίνικα μητρίαν

Μητρίαν Κάλεσα, περιπολοῦσσαν φρεσκωπήν πότνιαν:

Κέλυνι τούτῳ μιλιάρια αἰγαλεῖαν πορφύραν

Μετονία, aut ex Caria, ut seruatis equo ad macillas.

Ab hoc Ouid. 1. Amor.

Aut quod (ne longis flavefcere possit ab annis)

Λαονίδης Αφρίνιος femina tinxit ebur.

vbi est & ratio artis, ne ebur flavefcatur, ideo infici-
tur. Claudi. 1. Rap.

non sic Deus ardet eburnum

Lydia Sydonia quod femina tinxerit ystro.

Dicit Lydia, quod Homer. Mycè, nam Eustath. ibi,
Μητρίαν γυναῖκα Λυδίας & Μαγεῖς, iudicem, qui & Λυδοί. Re-
deco. Achilleus Alexandrinus candens arcem Lydis at-
tribuit. Ouid. 4. Metamorph. loquens de colore, ait
esse similem ebori tintio. Stat. lib. 1. Achill.

Lactea Massagera veluti cūm pocula fiscant

Sanguine punico, vel ebur corrumpitur ystro.

Maximus Tyr. Disserrat. 2. 4. Ἐλέφαντος ἔπειτα γυναικείας
βαρεστροφούσιν ἐκπονοῦσι: eboris à femina barbararum purpu-
ray rubefacti. Philost. lib. 2. Icon. τούτη μητρὶς ἡ οὐρανοῦ εἴ-
στρον τερπνόν τε μητρίαν & sanguis, ut in ebo color floret, &c.

Allusit Valer. lib. 2. Arg.

Exanimum veluti multatamen arte coactum

Ardet ebur, Pavifusse notas, & nomina sumit,

Cum lapis, aut liquidi referunt miranda colores.

5. VIOLENTIA. Ita reddit Homericum μινύρων Violo, de

Propior ad Homerum. Stat. in lundato loco, vbi cor-
ruptio. Et propior adhuc Valer. lib. 4. Arg. inferens
verbū maculo, vbi ait,

Lyda rarus florido telas maculaverit ystro.

Graci alij (auetore Eustath. in locum dictum Ho-
meri) βαπτειν, & φαρμακειν, ad hanc rem. Sic Ouid. Tingo,

Claudi. & alij verbum tingo, quod respondet τὸ βαπτί-
τω. Plin. lib. 9. cap. 41. verbum inebrio usurpat loquens
de colorum mistione. Plutar. in lib. 26. τοῦτο ita tra-
stat Homeri locum. τὸ δὲ ἐπινεύει τὴν νεφελήν, ἐπί τοι
διῆ μητρὶς ἐπεροῦ ἐμαστος, ὅτι τοῦ Σωματοῦ ἐλέφαντος
τὸν φανερόν βαρεστροφούσιν μητρίαν φωτίζει τοῦ μητρόν δομάτων
ζετον. Dicit, id quod sincerum est & purum, scilicet inīceatur,
Inquino.

Purpureus color quan-
do optimus.

D. RUBOR.] Pudor maxima est virtus virginitatis. Apul. lib. 1. Virginali verecundia. Simonid. apud
Athen. lib. 13.

Περφυρά δὲ τὸν εἵδον φωτίζει:

Verecundo ex ore vocem emisit virgo.

Itaque Virgilii cūm videbit nullam pulchritudinem
esse dignam laude, nisi que pudibunda, ruborem
Lauiniae dedit. Inde Cornel. Gall. Eleg. 1.

Candida contempsi, nisi que suffusa rubore

Venerant propriis ora serena rosis.

Apuleius etiam lib. 11. rōsē rubore flammida. Plato in
Charmide, ἀντροθέας ἐν τοῖς χειροῖς τοῖς φωτεινοῖς
μελλοντοῖς ἐφαντασθεῖσι τὸ δὲ αἰχμητικὸν αὐτοῦ τὸ μητρόν τε φωτεινόν.

E. RUBOR.] Ai Charmide rubore ipso apparuisse pulchritudinem,
quoniam pudor decet eam aratem.

4. INDVM SANGVINEO, &c.] De ebore Indico,
quod aliis præstantius, dixi in Georgicis. Hic dicam,
quæ pertinent ad locum istum. Olim ebur infici so-
litum purpureo colore, multa clamant, quæ hanc

artem communíunt, etiam si desita ab nostris sit: nunc

Sic mulier rubuit seu lacte & purpura mixta.

Tam Ennius, quād Nonnus accepere (credo) ab A-
nacreonte, qui,

Γράψε πίνα, γραπτας

ARGUMENTVM.

Relinquit Turnus Regiam, itaque ad ades suas, ubi post adductos paratosq; ab antiquis ad praeclaram equos, ipse armatur lorica, infuso, clypeo, hastæ.

EXPLICATIO.

BELLANDI audium indicat ex rapiditate, qua inde recessit, ex diligentia, qua equos potuit. Vix nominat, & iam adsunt ante ora; gaudetq; audito illorum fremitu.

b Sequuntur elegia equorum. Primum à primis possessoribus, fuerit. n. Orithyie Reginę Thracum, & dati dono tanquam in decus magno Principi Italorū *Pilumno*. Quales ergo illi deinde à candore, quo niues superabant. Tertio à perniciitate, qua auras.

